ΙΟΥΛΙΟΥ ΠΟΛΥΔΕΥΚΟΥΣ ΙΣΤΟΡΙΑ ΦΥΣΙΚΗ ΚΑΙ ΧΡΟΝΙΚΟΝ

JULII POLLUCIS HISTORIA PHYSICA ET CHRONICON

A JOANNE BAPTISTA BIANCONIO

E CODICE MEDIOLANENSI

ΑΚΕΦΑΛΩι

PRIMUM DESCRIPTA

NUNC E CODICE BAVARICO AUCTA

ET PLURIBUS EMENDATA.

BONONIÆ MDCCXCV.

EX TYPOGRAPHIA S. THOMÆ AQUINATIS

SUPERIORUM PERMISSU.

EMINENTISSIMO ET REVERENDISSIMO

CARDINALI

D. ANDREÆ JOANNETTO

BONONIÆ ARCHIEPISCOPO

ET S. R. I. PRINCIPI

PHILIPPUS SCHIASSIUS F.

Accidere mihi optatius nihil poterat, PRINCEPS EMINENTISSIME, quam ut Angelus Michael Bianconius optimo sane consilio illa editurus, quæ ad Julii Pollucis historiam perficiendam in promptu feliciter habuit, editionis curam mihi demandarit, idemque voluerit,

luerit, ut ego ejus nomine universum tibi librum offerrem. Cum enim gaudebam voluntati obsequi viri mei amantissimi, tibique carissimi, tum recenti a te auctus beneficio lætabar etsi re aliena (qui autem mea possem?) gratum tibi animum ostendere. His namque rebus evulgatis intelligebam expletum quoad fieri potest opus emitti, quod non modo sapientum judicio in pretio esse debet, verum etiam Seminarii tui alumnis, quod tua maxime interesse arbitrabar, usui fore videretur. Quos enim ad græcam linguam, atque ad ecclesiasticam historiam informandos novo prudentissimoque instituto decrevisti, eos fructum aliquem censui capturos ex libro, qui et græce scriptus sit, et quædam quasi semina historiæ complectatur universæ. Qua de re minime dubito, quin et librum valde probes, et harum edendarum rerum laudes consilium. Hunc autem librum in lucem primum exeuntem Joannes Baptista Bianconius sanctissimo Jesu nomini cum inscripserit, quid excogitari aptius poterat, quam ut idem nunc ab ejus fratris filio tibi inscriberetur, qui dignitate, moribus, omnique genere virtutum Christi refers imaginem? Magno itaque animo ad te illum defero nihil veritus, ne minus acceptam habere velis mea causa nuncupationem, sed contra futurum sperans, ut ipsa vel propter librum, qui nuncupatur, vel propter Bianconium, qui nuncupat, me tibi reddat gratiorem. Faxit Deus optimus maximus, ut nobis, christianæque reipublicæ commodo quam diutissime valeas.

LECTORI.

SAcram historiam e codice mediolanensi descriptam evulgaverat jampridem, et interpretatione, atque animadversionibus auxerat vir cl. Joannes Baptista Bianconius, cui magna sane eruditionis inde laus accessit. Sed illam tamen dolebant omnes mancam esse, atque omnino ἀκέφαλον, quippe cujus et initium deesset, et auctor ignoraretur. Peropportune autem factum est, ut ejus fratris filius Joannes Ludovicus cum bavaricam bibliothecam pro summa hominis doctrina evolveret, in græcum codicem inciderit, qui compertus deinde est mediolanensi ferme similis, quique nec careret initio, imo Tabulam præterea haberet, et Julium Pollucem, alterum scilicet a grammatico, præferret auctòrem; illius enim Onomasticum Commodo dicatum, hujus ad Valentiniani et Valentis tempora historiam productam habemus: ut alter secundo, alter quarto saltem sæculo floruerit. Hujus vero Julii Pollucis historiam physicam, chronicumque Fabricius (*a*) non modo ms. in Palatina, atque in aliis quoque Germaniæ bibliothecis extare, sed loca etiam et a Lambecio (*b*), et a Fabrotto (*c*) tradit græce in lucem prolata. Gretserus (*d*), ad quem idem delegat Fabricius, bavarici codicis affert titulum ἰȣλίȣ πολυδεύκȣς χρονικόν: *Julii Pollucis chronicon*; imo vero aut Julium Pollucem ab Alexandro monacho, atque a Georgio Hamartolo, aut hos potius ab illo multa ostendit decerpsisse. Ceterum Fabricius (*e*) Julii Pollucis chronicon monet nondum editum: quod de physica item historia quippe conjuncta cum chronico monitumputa; ut opus utrumque Joannes Baptista Bianconius, quamvis auctoris inscius, edidisse omnium primus dicendus sit. At vero gratiæ habendæ permultæ principi viro litterarum fautori munificentissimo Carolo Theodoro Electori Palatino Bavariæ Duci, qui ut erat in Joannem Ludovicum Bianconium optime animatus, facile ab eodem exoratus est, uti ex suo mediolanensem codicem suppleri sineret. Bianconio longius absente credita res est equiti doctissimo Joanni Gaspari Zipperto bibliothecæ præfecto, qui non modo quæ deerant supplevit, verum etiam per summam diligentiam edito cum inedito collato codice lectiones varias annotavit; quædam præterea de codice bavarico adjecit ad calcem libri, si quando iterum ederetur, variis lectionibus subtexenda. Interea magno litterariæ reipublicæ detrimento Bianconio utroque sublato, Zipperti schedæ ad Angelum Michaelem Bianconium patrui, fratrisque studium æmulantem delatæ sunt, qui nunc eas in vulgus edendas curavit. Tu id, Lector optime, æqui bonique facias.

(*a*) Biblioth. græc. de Polluce. (*b*) Ad Codinum.
(*c*) Ad collect. constitut. ecclesiastic. Balsamonis.
(*d*) De Cruce in not. ad Alexandrum monachum, et Georgium Hamartolum. (*e*) Ibid. de Excerptis Codini.

SANCTISSIMO NOMINI

JESU CHRISTI

PER QUEM

DEUS PATER

FECIT ET SECULA ET QUI EST FINIS

LEGIS ANTIQUÆ ET LATOR NOVÆ

D.

QUia præfari convenit aliquid de hoc opere, quod nunc primum exit in lucem, & quid sit, explicare, paucis verbis & apposite ostendo, si dixero simile valde esse historiæ Sacræ seu ut alii dicunt, Chronico Severi Sulpicii, qui a latinis inter veteres Ecclesiæ Scriptores recensetur, & qui superiori tempore cum B. Sulpicio Severo Bituricense Episcopo perperam confusus est. Ut enim Severus illam exaravit ad confirmandam veritatem Religionis Christianæ, eamque suis ostendendam, ita noster Anonymus suam scripsit ut in Oriente serviret utilitati sui temporis, & suorum sive Gentiles essent, sive Christiani. Nobilitate argumenti ambæ pares sunt, nostra impar eloquentia, litteris exeunte seculo quinto & deinceps in Oriente ad inelegantiam aliquantum jam inclinatis. Utrumque opus idem habet initium, nimirum a principio generis humani ad sua usque tempora deducit narrationem: pari brevitate, progressu pari percurrit ætates, imperia, rerum magnas mutationes, casus gentium, deinde adventum Christi, Ecclesiæ nostræ propagationem, hæreses, & quæ præ ceteris memoria digna visa sunt, percurrit. Similiter in sua tempora refert noster homines quosque in antiquitate temporum inter Gentiles celeberrimos doctrina & artibus, quos Severus omisit. Ante recentem Veronensem præcipua in manibus omnium fuit editio Severi, quam luculento commentario illustravit Carolus Sigonius, ediditque Bononiæ a. 1581. cum humanitatem utriusque linguæ profiteretur, & scriptis potissimum, quæ typis Bononiensibus pleraque sunt edita, gymnasii nostri famam propagaret florenis aureis mille conductus. Tanti tunc ejus generis litteræ Bononiæ putabantur.

Codex de quo descriptum est hoc opus, ut puto unus est de multis quos Federicus Cardinalis Borromæus Archiepiscopus Mediolanensis Bibliothecæ Ambrosianæ magnanimus confector missis etiam in Orientem qui veteres libros coëmerent, Mediolanum feliciter deportatos in ea collocavit: non pauci enim in mare misere demersi, & de-

perditi dicuntur. Descripta fuit a me hæc historia cum Mediolanum venissem hac una de caussa ut tempus aliquod transmitterem, cujus beneficio res non mediocris momenti, propter quam agendam iter fuerat in Lombardiam, maturescere posset. Otiosus in eam Bibliothecam venire solebam, & cum de Græca lingua sermo aliquando incidisset, Nicolaus Sormanus Custos merito præcipuus ostendit codicem, & ut erat summopere doctus, commodus, & ad litteras juvandas semper promptus, copiam fecit ejus describendi. Magnam partem sedulo descripseram, videlicet ad mortem usque Constantini Magni: sed ut sunt sæpe res hominum infensis casibus obnoxiæ, usu codicis prohibitus sum mœrente, vel potius de se contempto, aut injuria sibi illata maxime dolente Sormano. Hoc infortunio perculsus ego & afflictus sine ulla cunctatione discedendum judicavi eo vel maxime ut vir beneficus omni ægritudine propter me orta levaretur. Ita re neque infecta, neque facta discessi postridie mane, & reversus fui ad propositum, cujus gratia domo me dederam in viam, & cujus sollicitudine urgebar. Quod descripseram, multos annos jacuit penes me, & tandiu jacuit quoad benignitate Eminentissimi Principis Vitaliani Cardinalis Borromæi nomine gloriosæ familiæ suæ Præsidis Bibliothecæ, descriptionem curante Baltassare Oltrocchio, quod reliquum erat comparare potui.

Caret codex initio seu folio primo; ita periit titulus operis, periit & nomen auctoris. Brevi & compendiaria via complectitur hæc historia res & acta ab initio mundi ad secula usque priora Ecclesiæ catholicæ; quibus Christiana Religio prædicata ubique & per gentes diffusa narratur. Persequitur historias sacrorum Bibliorum, deinde res Christianorum quas tradiderunt Eusebius, Socrates, Sozomenus, & cætera ejus generis, & earundem argumenta in mediocrem librum quasi coacta constringit.

Quæret fortasse quispiam, quo hæc historia e loculo, in quo delitescebat, in lucem educitur, si fontes e quibus desumpta est, plerique adhuc supersunt, & cuicunque legere licet. Ego vero res compendio narratas non minus utiles hominibus judicavi semper, quam earundem productas in longum expositiones. Alliciunt enim illæ brevitate sua, contra hæ mole qua constant, facile absterrent, & avertunt. Supererant etiam post Severum illa, e quibus opus suum composuerat, Sacra Biblia, monumenta Ecclesiarum, & Conciliorum gesta, Pontificum & Episcoporum historiæ persecutionum, Acta Martyrum, historiæ item omnis generis: Supererant hæreses, & scripta quibus illæ erant confutatæ, itidem earum sectatores & qui tum illos reprehendebant. Quamvis hæc omnia extarent, nihilominus seculis sequentibus magni facta est eadem historia Sacra, descripta & de ætate in ætatem producta ad nos usque pervenit, eamque Gabriel Cardinalis Palæotus juventuti proposuit ut ætati & eruditioni ejus valde accommodam. Quanquam si convertimus oculos ad ea tempora quibus Severus & noster hujusmodi elucubrationes historicas perfecerunt, omnino credibile est eosdem habuisse in

ani-

animo, commoditatem creare cognoscendi res nostras facilem hominibus ejus ætatis, Gentilibus qui nostræ Religionis non essent incuriosi, aliis similiter qui inclinati in eam propendebant. Sozomenus l. 1. c. 19. symbolum fidei in Concilio Niceno approbatum & posteritati ratum & cognitum inserere historiæ suæ noluit, quia non initiatos mysteriis eam esse lecturos putaret. Neminem Paganum legere magnum volumen de rebus nostris voluisse puto, breve forte non detrectasse. Qui hoc opus legisset, & locum dedisset rationi, facile dubitare incipiebat de veritate plurium deorum, quorum non erat certa origo, fœda in terris vita, dubia auctoritas & potentia. Contra Christianorum constans de mundo a Deo condito persuasio, contemptus rerum terrenarum, constantia in adversis, innocentia & facilitas vitæ, & in Deum suum mira fidelitas, pro qua retinenda nulla minarum terriculamenta, nullas atroces pœnarum perpessiones declinabant. Neque vero putet aliquis paucos superfuisse Gentiles postquam Imperatores Christiani per annos centum & amplius jam regnabant. Qui historicos rerum nostrarum quos supra nominavimus, legerit, Sophistas sciet & Philosophos plurimos tum vixisse a Christo alienos; Urbes deinde plures hominibus refertas, qui veterem Deorum cultum retinentes, & qui odio Christianos habentes sæpe persequebantur acerbe, ut e multis locis libri hujus, & ex aliis quos diximus, manifestum est: Homines similiter extra urbes degentes, ex quibus milites & exercitus ut semper solent, constabant, Deorum cultores fuisse, Paganorum nomen indicare manifestum est. Si tot non defuerunt extra numerum Christianorum intra fines Imperii Romani, quanto plures erant ultra Syriam, Armeniam, Pontum in Oriente ad Septemtrionem rerum ad Christianos pertinentium aut ignari, aut contemptores?

Jam vero brevis hujusmodi veterum temporum, rerumque gestarum narratio opportuna erat iis, qui recens Christianam religionem susceperant colendam: siquidem modici temporis lectione, quid ab initio rerum ad suam ætatem factum fuisset discebant, Deum omnium Creatorem, ejus cultum a primis Patriarchis ad Hebræos traditum, de humano sanguine Dei filium secundum carnem natum, ejus discipulos docuisse genus humanum universum, & viam veritatis, & æternam salutem ostendisse. Lectis his, in quibus res erant indicatæ solum, & velut adumbratæ, cupiditas oriebatur facile rursus eadem legendi plene & cumulate descripta in Eusebio & reliquis scriptoribus eximiis. Præstat hæc historia, quod suppeditant Justinus, Xiphilinus, Florus, Aurelius Victor, Rufus, Festus, Eutropius, qui redegerunt in mediocres quisque libros historicos superiorum temporum, qui non extant amplius. Hæc nostra quia privato commodo serviebat, quamvis ætatis vitium nonnihil sit passa, servata est in hunc diem: Fontes e quibus est confecta, Ecclesiarum curæ fuit ut non perirent. Et qui res Christianas amant, in his omnibus sibi magnopere placent.

Ultimo loco addam, in animis hominum qui litteras excolunt, eam sem-

ſemper viguiſſe opinionem, quidquid ſcriptum antiquitus fuit, ante annos nimirum mille & amplius, magni faciendum eſſe, nihil negligendum. Verum etenim eſt ſcriptores illorum ſeculorum eos eſſe qui majores noſtros, qui nos docuerunt, & poſteros docebunt, & labores eorum noſtras mentes juvabunt.

Quia de nomine Auctoris nihil certi dicere poſſum, de patria aliquid dicendum. Mea fert opinio eundem Hieroſolymitanum eſſe, aut ſaltem Palæſtinum: perſuadeor enim rationibus iſtis. Primo ſucceſſionem Epiſcoporum Eccleſiæ Hieroſolymitanæ a Chriſto ad tempora, quæ percurrit, continuam diligenter affert: enumerat primo qui ex circumciſione fuerant electi, ſeu origine Judæos: deinde his exciſis, & ab ea urbe penitus ejectis, natos ex ſanguine Gentilium ad ſedem illam tenendam evectos; quod de nulla alia Eccleſia etiam primaria ſeu in Oriente, ſive in Occidente præſtat.

II. Cum Hieroſolyma nominanda eſt, aliquando per antonomaſiam πόλιν vocat Auctor ideſt *urbem*, quemadmodum Romam Romani, quemadmodum etiam poſteriores Græci Conſtantinopolim ſimiliter πόλιν velut primariam urbem vocavere: ex qua voce addito εἰς τὴν *Stambol* Turcæ effecerunt. Ita etiam Jeruſalem vocat tantum *Sanctam Civitatem* occaſione adventus in eam Magni Athanaſii, qui Epiſcopos juſſu Imperatoris in eam convenientes prævenerat. Deinde poſt acta nonnulla in ea Eccleſia occaſione Encæniorum modo Æliam nomine novo, modo Hieroſolymam nomine veteri appellat.

III. Poſtea narratur adventus alius S. Athanaſii Hieroſolymam, Synodus in ea urbe coacta, Maximus Epiſcopus Jeruſalem reſtituiſſe Athanaſio communionem & ſedem, & iſta ad Alexandrinos ſcripſiſſe; ad extremum concludit καὶ τὰ μὲν ὧδε συνέβη, *& iſta hic acciderunt*.

IV. Cum deſcribit iter Simonis Magi Samaria Romam, ait ἐνταῦθα εἰς βασιλεύουσαν πόλιν *hinc ad urbem regnantem* vel regalem Dæmon *illum agit*.

V. Caſus varios qui in urbe Jeruſalem ſubinde acciderunt, narrat non indiligenter, ceterarum inſignium urbium quam rariſſime annunciat, ſi Antiochiam excipias.

VI. Conſignat Epocham CPoleos conditæ a Conſtantino M. per æram urbis Antiochiæ quæ erat Palæſtinæ, & Syriæ totius primaria metropolis, & lectoribus operis ſui ceterarum notiſſima. Similiter adnotavit Antiochiæ conceſſum Comitem, qui in ea urbe eſſet loco Præfecti prætorio per Orientem; & par dignitate ſecundæ Comitivæ, ut ſuo loco dicetur.

VII. Memorat non pauca de Ægypto ejuſque Regibus, qui in finibus Judææ, ut norunt omnes, fuerunt. Siquidem poſt Chriſti mortem ad decies centena millia Judæorum tradit Philo in Flaccum in ea regione fuiſſe. Ibi affirmatur Judæos jure civium gaviſos fuiſſe, ſuum peculiarem habuiſſe Senatum, & ſuos magiſtratus, ita ut videretur Ægyptus pars Judææ quædam. Similiter quo animo Judæi Palæ-

ſtini

ſtini reſpicerent Judæos in Ægypto degentes, oſtendit initio ſtatim liber ſecundus Macchabæorum, quo Sacerdotes & incolæ ſanctæ civitatis notum faciunt gentilibus ſuis Ægyptiis ſe liberatos a malis, & reſtitutum cultui veri Dei Templum. Hortantur ergo eos ut ſecum de beneficiis Deo Optimo Maximo gratias agant, & ſecum lætentur. Eodem modo noſter oſtenſurus complementum LXX. hebdomadarum in ætatem Chriſti, numerat annos Perſarum, Alexandri Magni, deinde Ptolemæorum Regum Ægypti uſque ad Cleopatram, Cæſarem, & Auguſtum, cæteros Reges qui Alexandro alibi ſucceſſerunt, negligit. Præterea cum regiones vult indicare ſubactas ab Alexandro M. enumerat ſpeciatim Ægyptum, Phœniciam, Palæſtinam, & Syriam, reliquas deinde quæ tot & tam latæ fuerunt, ſolo Aſiæ nomine concludit.

Nonnihil etiam textus noſter ſapit Palæſtinam dictionem: γήωρες *proſelyti* dicuntur aut *advenæ* a גר gher *peregrinus*, ut hanc vocem explicat Euſebius, & Hieronymus: item phraſis ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ pro σὺν ſeu ἅμα ὅλῳ τῷ οἴκῳ *cum univerſa domo*. Et alio in loco ἐν τριακοσίοις ἀνδράσι *ſtipatus trecentis viris*. Ita cum Artaxerſem Longimanum nominat, a quo Hebræi Eſther opem ferente ſervati ſunt, non ſolum ut a Græcis, ſed etiam ut ab Hebræis pronunciabatur, & ab Orientalibus nomen idem habet. Huc ſpectat etiam vox ἑλλίωες quæ ut omnes ſciunt Græcos deſignat, noſter autem ea voce Gentiles ſeu infideles ſeu Idololatras intelligit, nimirum illos qui in Deum & Chriſtum non credidiſſent eodem pacto quo in Bibliis hebraicis גוים *Gojim* & in Græcis ἔθνη dicuntur qui Deum verum non agnoſcebant. Sic noſter ἕλληνας vocat Gentiles omnes, ſive Romani eſſent, ſive Græci, ſive etiam veteres Perſæ. Invaluerat ut puto hæc dictio in Palæſtina, & fortaſſe alibi ad indicandos Gentiles. Ea etenim in antiquitatibus Judaicis &c. utitur Joſephus qui Gentiles vocat ἑλλίωικὼς aut ἕλληνας. Eadem voce utitur in eandem ſignificationem S. Athanaſius qui erat Ægyptius, in hiſtoria Arianorum ad Monachos &c.

Quod ſpectat ad ætatem qua hæc hiſtoria confecta eſt, ſcripta videtur eſſe adhuc vivente S. Leone Magno Papa, aut non diu poſt ejus mortem, occaſione Concilii Œcumenici Chalcedonenſis quod habitum fuerat anno 451. Concilio fere per decennium ſuperſtes fuit Leo. Dicuntur ſiquidem Paulus Epiſcopus CPolitanus, & Athanaſius Alexandrinus, aliique Epiſcopi e ſuis ſedibus ejecti ad Julium Papam confugiſſe, qui eorum cognita cauſſa eoſdem litteris communivit, quarum ope in Orientem reverſi ſuas Eccleſias recuperarunt. Iſtud ægre ferentes adverſarii horum Epiſcoporum rurſus Antiochiam conveniunt, & Julio ſcribunt conqueſti non oportere ab eo canones Eccleſiis conſtitui. Similiter in Concilio Chalcedonenſe abſentibus Legatis Romanæ ſedis decretum fuerat a pluribus Epiſcopis CPolitanum Epiſcopum poſt Romanum fore ſemper primum dignitate & honore, potiorem Alexandrino, & Antiocheno, cum contra in Nicæno Concilio ſtatutum fuiſſet poſt Romanam Sedem priores partes ad Alexandrinam, & Antiochenam ſpectare.

Canonem illum recens statutum Leo Papa abrogavit, ut qui infringeret veteres canones, & hierarchiam ad eam diem usitatam mutaret. Egit hoc Leo tanquam rem ad se pertinentem. Scriptum est enim in Sozomeno lib. 2. c. 23. *Canonem Ecclesiasticum vetare ne decreta absque sententia Episcopi Romani Ecclesiis sanciantur*. Istud etiam ægre tulerunt Orientales, qua occasione noster habet: *quemadmodum & nunc inimici Sanctæ Chalcedonensis Synodi adversus Leonem Papam dicunt*. Designantur hoc loco ut est in Evagrio l. 2. c. 5. Episcopi qui ambitioni Episcopi CPolitani faverant, & præcipue Monachi Hierosolymitani seu Palæstini; qui postquam eidem Concilio interfuerunt, & contrariam ejus decretis opinionem combiberant, in Palæstinam reversi fidem proditam lamentabantur, & universos Monachos ad seditionem concitare conati sunt. Et quia Juvenalem Episcopum Hierosolymitanum non potuerunt cogere rectam de fide sententiam ejurare, cum is ad Imperatorem confugisset, adversantes semper Concilio Chalcedonensi alium loco Juvenalis Episcopum Hierosolymis creaverunt Theodosium, itidem dicti Concilii inimicum. Si in sequens seculum sextum, & longo tempore post dictum Concilium confectam hanc historiam voluerimus asserere, & post Leonem multis jam annis mortuum, obvium est putare historicum scripturum non fore *nunc dicunt* νῦν λέγουσι, sed *tunc dicebant* aut dixerunt *& nunc etiam dicunt*, si de Monachis seculi sequentis sermo foret, qui repetentes dicta superioris ætatis sententiæ suæ aliquam auctoritatem conciliarent. Alium locum ad ætatem Scriptoris indicandam præter supradictum invenire non est.

Dum animus est mihi quærere conjiciendo cui tribui possit hoc opus, incido in Hesychium Ecclesiæ Hierosolymitanæ Presbyterum, qui anno sexto Theodosii junioris Imp. æræ currentis 412. litterarum doctrina floruisse dicitur a Theophane Chronographo ad illum annum. De eo mentionem facit Photius, & recentiores qui de scriptoribus Ecclesiasticis egerunt, & speciatim videndus Natal. Alexand. Hist. Eccl. sec. V. c. 4. art. 10. Historia Ecclesiastica Hesychii citatur in collat. 5. Concilii Quinti Œcumenici. Et præterea in edicto *de immaculata fidei expositione*, quod integrum est in Chronico Paschali ad annum XI. Post Consulatum Basilii, Hesychium historicum Ecclesiasticum commemorat Justinianus Imperator inter notissimos Sozomenum, Socratem, & Theodoretum. Ex his difficile non est credere eundem hominem qui litterarum gloria floruisset anno 412. vel dicendo vel scribendo elucubrationes quarum tituli afferuntur l. c. Natal. Alex. ut orationes & encomia, deinde procedente tempore alia graviora ibidem allata edidisse in sacram Scripturam, demum ætate bene provecta fessum, quia intentus in litteras semper fuerat, eundem in otio esse non patientem ad conficiendam hanc historiam instituto facili, & faciliore dictione se contulisse, atque ei dum navabat operam, intellexisse & commemorasse quæ occasione Concilii Chalcedonensis de S. Leone Papa a dissentientibus tum dicebantur. Quia vero opus istud potius est historiæ contractio quam histo-

hiſtoria, quales ſunt quæ ſupra commemorantur Socratis &c. mirum non eſt idem neglectum fuiſſe ſequentibus temporibus, & quia extabant pleraque monumenta unde deſumptum, & dilatata dante Deo Chriſtiana religione rationes propter quas exaratum fuerat ab auctore, ut diximus, minus quam antea vigebant.

Viſæ ſunt nonnemini res breviſſime a ſcriptore nimiſque ſtrictim narratæ: idcirco duxit operæ pretium fore, identidem addere nonnulla, quæ aliquid amplius afferrent, vel narrata illuſtrarent. Notantur additiones illæ monogrammate σχολιον in margine Codicis, non inter verſus ſeu lineas hiſtoriæ. Vox tamen tota σχόλιον in medio paginæ legitur, & in linea integra eſt ſola conſcripta poſt verba ἐπὶ Λέοντι τῷ πάπᾳ λέγουσι, ſequitur deinde σχόλιον. κωνςάντιος πρῶτος κ. τ. λ. Ex quo manifeſtum eſt dicta de Leone partem textus, non additamentum eſſe; & id innuo ut temporis, de quo ſupra, ratio conſtet. Meum fuiſſet ſingulas additiones indicare, quod efficere propoſueram abſoluta deſcriptione Codicis, ſed adverſo caſu de quo etiam num doleo, prohibitus ſum.

Non pauca de hiſtoria profana noſter adſcivit, & narrationi ſuæ interſeruit. Præter enim principes viros & Reges qui in gente Hebræorum vel bona vel mala egerunt, qui in libris veteris Teſtamenti memorantur, noſter, inquam, ſuis ætatibus affert Reges gentium, & viros in antiquitate illuſtres. Ex quo Chronologiæ ſubſidium aliquod enaſci poſſe putabitur.

Librarius qui noſtrum Codicem ſcripſit non omnino diligentis operæ fuit, ita ut alicubi ſententiam quærere potius, quam planam interpretari licuerit. Qui veterum auctorum editiones primas percurrerunt, ſciunt quantum illæ poſterioribus beneficio plurium Codicum correctis ſint deteriores. Hæc editio unico Codice nititur qui pergamenus eſt, & formæ plus quam mediocris & tempore non brevi ut opinor poſt auctorem exarabus.

Mutilus in fine liber eſt; eadem jactura quæ multis ſcriptoribus antiquis accidit, quos libentiſſime legeremus, & tempus rerum omnium inimicum labefactavit. Totum quod ſupereſt, ad mortem Valentiniani & Valentis Impp. perducitur. In Severo Sulpicio, de cujus opere nihil credo periiſſe, & cui noſtrum comparavi, decem circiter annorum res adjiciuntur, nempe ſchiſma Luciferianorum, & hæreſis Priſcillianiſtarum, mors Gratiani Imp. & Clementis Maximi, vel ut habent antiqua numiſmata, Magni Maximi Tyranni.

Æquum exiſtimavi annotare aliqua præcipue, ut nomina ad tempora veteris Teſtamenti pertinentia minus recte ſcripta corrigerentur, & res poſt Chriſtum exaratæ & breviter explicatæ plenius cognoſci poſſent ex aliis hiſtoriis, in quibus ſunt cumulatius digeſtæ.

Vidit D. Aurelius Castanea Clericus Regularis Sancti Paulli, & in Ecclesia Metropolitana Bononiæ Pœnitentiarius pro Eminentissimo, ac Reverendissimo Domino Domino Andrea Cardin. Joannetto Ordinis Sancti Benedicti, Congregationis Camaldulensis, Archiepiscopo Bononiæ, & S. R. I. Principe.

Die 28. Maij 1777.

IMPRIMATUR.

Fr. Carolus Dominicus Bandiera Vicarius Generalis Sancti Officii Bononiæ.

Πίναξ.	TABULA.	

JU-

ΙΟΥΛΙΟΥ ΠΟΛΥΔΕΥΚΟΥΣ ΙΣΤΟΡΙΑ ΦΥΣΙΚΗ

Εἰς τὴν κοσμοποιΐαν ἐκ τῆς γενέσεως, καὶ χρονικὸν ἐφεξῆς.

Προοίμιον.

Θεὸς ὁ ἄχρονος τόνδε τὸν κόσμον μὴ πρότερον ὑφεςῶτα ἐν χρόνῳ παραγαγὼν, ἐποίησε οὐρανὸν καὶ γῆν. συνυπέστη δὲ τῇ γῇ τό τε ὕδωρ, καὶ τὸ πῦρ. καὶ τοῦτο τεκμήριον ἐναργὲς τὸ λίθου μὲν καὶ σιδήρου ὄντων ἐκ γῆς, πῦρ ἄφθονον ἐξελέσθαι, ἐκ πηγῶν τε καὶ φρεάτων ὕδωρ πλούσιον ἀναδίδοσθαι. ταύτης γὰρ ἐκ μὴ ὄντων ὑποςάσης, δηλονότι καὶ τὰ ἐν αὐτῇ πάντα οὖν γέγονε κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ βούλησιν. ἐπειδὴ δὲ δίκην σκηνῆς ὁ οὐρανὸς περιταθεὶς τὸν ἐναπολειφθέντα τόπον ἐσκότισεν· εἶπεν ὁ Θεὸς γενηθῆναι φῶς. καὶ εὐθὺς σὺν τῷ λόγῳ ἡ φύσις τοῦ φωτὸς ἡ πάγκαλος αὐτὴ παρήχθη, καὶ τὸ σκότος τὸ ἐξ ἀντιφράξεως τοῦ οὐρανίου σώματος ἐπισυμβᾶν διεσκέδασε· καὶ τὸν ἀλαμπῆ ἐκ τῆς τοιαύτης αἰτίας τοῦτον ἀέρα λαμπρότατον ἄφνω ἀνέδειξεν. ὅτι δὲ πᾶν, ὅ, τι ἦν πρὸ τῆς τοῦ κόσμου συςάσεως, ἐν φωτὶ ἦν, δῆλον. οὔτε γὰρ αἱ τῶν ἀγγέλων χορεῖαι, οὔτε πᾶσαι αἱ ἐπουράνιαι ςρατιαὶ ἐν σκότῳ διῆγον, ἀλλ' ἐν φωτὶ καὶ πάσῃ εὐφροσύνῃ πνευματικῇ τὴν πρέπουσαν ἑαυταῖς λειτουργίαν ἐκπληροῦσαι· ἀφ' οὗ καὶ αὐταὶ ἐκ μὴ ὄντων εἰς τὸ εἶναι παρή-

JULII POLLUCIS HISTORIA PHYSICA

In formationem mundi ab ejus creatione, & in chronicon serum, quæ secuta sunt.

Proœmium.

Deus, qui ab æterno est, mundum hunc, qui antea non fuerat, in tempore educens, creavit cœlum, et terram. Subsistit autem una cum terra etiam aqua, et ignis. Atque illud argumento est manifesto, quod ex lapide, et ferro, quæ de terra sunt, ignis plurimum eliciatur; rivi autem, ac putei copiosam aquam reddant. Cum enim ex iis, quæ non erant, terra constet, omnino ea etiam, quæ continet, omnia ex Dei voluntate facta sint necesse est. Cum autem cœlum, tabernaculi instar extensum, spatium quod comprehendebat tenebris obscuraret: jussit Deus lucem fieri. Extemplo cum voce natura hæc lucis pulcherrima prodiit, quæ tenebras oppositione corporis cœlestis adductas dispulit, aeremque hunc eamdem ob causam prius obscurum illico exhibuit splendidissimum. Id autem omne, quod ante mundi hujus creationem extitit, in lumine fuisse manifestum est. Neque enim Angelorum chori, omnesque cœlestes exercitus (a) in tenebris versabantur, sed in lumine, om-

(a) Plures ex antiquis Patribus græcis, et latinis Angelos ante mundum creatos docuerunt; atque addit S. Basilius, ea sententia si vera sit, non in tenebris, sed in spirituali, et divina luce eos esse versatos. Verum S. Augustinus, ceterique ejus doctrinam secuti Angelos primo die creatos cum luce arbitrantur. V. Cornel. a Lapide, et Calmet in Gen., et Suarez de Ang. l. 1. c. 3.

χθησαν. τέτε τοίνυν τῦ φωτὸς ἐκ της εἰρημένης αἰτίας ἐναποκλεισθέντος ἄνω, ἐδημιούργησεν ὁ θεὸς τὸ νῦν καταλάμπον, καὶ φαιδρύνον τὸν μεταξὺ ὀρανῦ καὶ γῆς τόπον. ταῦτα ἐν τῇ πρώτῃ γεγένηται τῆς κοσμοποιΐας ἡμέρᾳ.

omnique spirituali lætitia convenientibus sibi ministeriis fungebantur; idque ex eo tempore, ex quo de nihilo educti existere ceperunt. Hoc igitur lumine ex ea, quam diximus, causa superius incluso, illud deinde creavit Deus, quod spatium cœlo, et terra comprehensum nunc illustrat, atque exhilarat. Hæc primo creationis die facta sunt.

Περὶ τῦ στερεώματος.

De Firmamento.

Πάλιν ἐν τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ, τῆς ἀβύσσυ ἀπείρως, κ. τ. λ.

Rursus altero die abysso confuse &c.

CREATIO MUNDI.

..................συ ἀπείρως ϗ ἀπλέτως τῇ γῇ περιχεχυμένης, προσέταξε ςερέωμα γενέσθαι ἐκ τῶν ὑδάτων ἐν μέσῳ αὐτῶν, ὃ ϗ μετὰ ταῦτα ὀρανὸν προσηγόρευσε. ϗ σὺν τῷ κελεύσ-

.... confuſe, & immenſum terræ circumfuſa, juſſit firmamentum fieri ex aquis in medio earum, quod & poſt hæc cœlum appellavit; & ſimul cum præcepto o-

Res veterum ſeculorum primum & Hebraicæ Eccleſiæ, deinde Chriſtianæ noſter narraturus ſapienter a creatione Mundi operis ſui ducit principium. Quæ enim ſcripturus erat, in aliorum utilitatem litteris eſſe prodenda putavit Quid autem homini utilius eſſe poteſt, quam unde ſit ipſe intelligere, cujus auctoritate regatur, unde res quibus alitur profectæ, quid de ſe poſt hanc vitam ſit futurum? Lumen affertur homini pleniſſimum, cum monetur mundum aliquando, genus hominum, & omnia quæ in mundo ſunt, creata a Deo fuiſſe. Quas res ſi ignoramus, fieri non poteſt, ut ad divina quæ non novimus, & ad quæ debemus tendere, extollamus animum, amplectamur illa, eiſque adhæreamus. Itaque ſi ut ſuſpicor Hieroſolymis exarata eſt hiſtoria iſta, aut alicubi in Palæſtina, in provinciis Imperii Romani, & præcipue in iis, quæ ad Orientem & ſeptemtrionem vergebant, putandum eſt, non defuiſſe Gentiles, quibus ante omnia notitia Dei unius, & creatoris rerum omnium in tempore aperienda erat. Hoc in primis declarandum, hoc inculcandum. Notum eſt inter Gentiles fuiſſe nonnullos qui Deum negaverunt, plurimoſque affirmantes Deum aliquem eſſe, mundum tamen ab eo creatum non crederent; alios vero quamvis mundum creatum faterentur, eum tamen æternum exiſtimaſſe. Ariſtoteles ſane, qui philoſophus magnus dicitur Tullio teſte, mundum æternum putavit. Plutarchus *de placitis philoſophorum* refert, quæ eſſent de mundo præſtantiſſimorum quorumcumque ſententiæ variæ, & inter ſe pugnantes. Diverſas ſimiliter de hominum origine affert Græcorum veterum opiniones Euſebius in libris de præparatione Evangelica. Varro qui inter Romanos habitus eſt doctiſſimus apud Cenſorinum *de die natali* ait *primum mundi tempus ſive habuit initium, ſive ſemper fuit, certe quot annorum ſit, non poſſe comprehendi;* quia ſcilicet ſacras litteras hebræorum ignorabat. Quia tamen voce *temporis* uſus eſt, oſtendit ut puto ſe inclinare, ut crederet æternum non fuiſſe; temporis enim vox æternitati quæ ſemper fuit, minus videtur convenire. Recte ergo in primis Dei Creatoris cognitio ingeritur: cui Deus ipſe magnum argumentum præbuit, cum opera ſua quibus mundum creavit per decurſum alicujus temporis, ideſt per ſex dies confecit; Et ſi illa quibus mundus conſtat, certo tempore facta ſunt ex nihilo, palam eſt mundum certo tempore initium habuiſſe. Similiter Moyſes in Pentateucho ſex diebus opera ſingillatim creata fideliter deſcripſit.

Julius Africanus Clementi Alexandrino ætate par & Origeni multorum librorum ſcriptor celeberrimus (de quo Euſebius Pamphili pluries in præparatione Evangelica loquitur, & in hiſtoria l. 6. c.23. meminit operis Juliani *de ſucceſſione temporum;* quique Rufino dicitur inter ſcriptores Eccleſiaſticos nobilis) initium ceperat a creatione Mundi, ut Gentiles qui legiſſent, Deum Chriſtianorum intelligerent creatorem omnium. Per eadem tempora Rhodon hæreſis Marcionitarum ſtrenuus impugnator Euſebio teſte l. 5. hiſt. c. 13. opus edidit in ſex dies, in qui-

ματι τὸ ἔργον ἀπετελέσθη. ϛερέωμα δὲ ἐκλήθη τὸ δημιούργημα διὰ τὴν φύσιν τῶν ὑπερκειμένων ἢ καὶ ὑποκειμένων ὑδάτων, ... λεπτὴν οὖσαν καὶ ἄρωαν. οὐρανὸς δὲ διὰ τὸ καθορᾶσθαι τρόπον δέρρεως ὑπὲρ κεφαλῆς ἡπλωμένον.

pus perfectum fuit. Firmamentum (*a*) vocatum est opificium propter superiacentium aquarum aut etiam subter positarum naturam, ... exilem & non fluentem (*b*). Cælum (*c*) autem quia videtur in modum veli super caput expansum.

περὶ τῆς θαλάσσης.

De Mari.

Αὖθις δὲ ἐν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐκέλευσε τὰ ἐναπολειφθέντα κάτω τοῦ ϛερεώματος ὕδατα συνελθεῖν εἰς συναγωγὴν μίαν, ἣν ἐπωνόμασε θάλασσαν, πρὸς τὸ ὀφθῆναι τὴν ξηράν. καὶ οὕτως κοιλότητές τινες βαθεῖαι ἐν τῇ γῇ γενόμεναι ἀπεδέξαντο αὐτά.

Rursus tertio die jussit relictas infra firmamentum aquas in collectionem unam congregari, quam appellavit mare, ut arida conspiceretur; & ita profundæ quædam (*d*) cavitates in terra natæ aquas exceperunt.

περὶ τῆς ξηρᾶς καὶ περὶ τῶν βλαϛησάντων ἐκ γῆς.

De Arida, & de germinantibus e terra.

Ξηρὰ δὲ ἡ γῆ ἐπεκλήθη, ἐπειδὴ ἴδιόν ἐϛιν αὐτῆς καὶ κατὰ φύσιν τὸ πρόσρημα. Τὸ γὰρ κυρίως ξηρόν ἐϛι γῆ, ἐπειδὴ ὥσπερ τι βάρος ἀπέθετο τὰ ἐναποκείμενα αὐτῇ ὕδατα. λοιπὸν βλαϛάνειν προσετάχθη βοτάνην χόρτου καὶ σπέρμα κατὰ γένος, καὶ ξύλον κάρπιμον. καὶ εὐθὺς πρὸς καρπογονίαν συγκινηθεῖσα, τὰ μυρία τῶν βλαϛημάτων τε καὶ φυτῶν προεβάλλετο ἄνθη, καὶ εὐπρεπὴς καὶ

Arida terra dicta est, quia peculiaris quædam est & secundum naturam ejus appellatio. Proprie enim arida terra est: ex quo aquæ sicut pondus quoddam super eam diffusæ amotæ sunt. Ceterum germinare jussa est herbam fœni & semen secundum genus suum & lignum fructiferum, & statim ad fructuum productionem excitata emisit innume-

bus consequens erat Deum unum creatorem visibilium, & invisibilium demonstrare. Non multo post ad confutandum plurium Deorum cultum in animo habuisse credendi sunt duo scriptores Candidus & Apion, qui (ex Euseb l. 5. c. 26. & Hieronym.) singuli rursus novum ediderunt opus in sex dies quibus omnia sunt creata. Similiter illuminandis animis hominum Eusebius Cæsariensis libros composuit de præparatione Evangelica quibus vanitates Gentilium ostenderet indignas esse quas sequerentur qui erant ratione præditi; deinde alios de demonstratione Evangelica qui in eo versantur ut Jesum Christum esse Messiam verum Dei, & generis humani conciliatorem demonstrarent. Sequenti tempore Basilius magnus in opere hexaemeron eodem tendebat. Non pauci enim Ethnici ejus ætate vivebant, & quod advertendum est, viri litterati, & speciatim nonnemo, cui Pater idem amicus erat; præterquamquod novimus Basilium non a teneris annis, sed in adolescentia suscepisse baptismum. Postremo Severum Sulpicium addo qui successionem temporum ante Christum, res gestas post Christum, & errores qui veram fidem violabant, eleganti opere demonstravit.

(*a*) Quid nomine firmamenti veniat qua constet materia multa in utramque partem disserunt Patres et præcipue D. Thomas P.P. quæst. 68.

(*b*) ἄρωαν legerem ϛερεόν. ϛερεὸν enim ἀπὸ τοῦ ἐϛάναι τὸν ῥοῦν ut in Lexico.

(*c*) οὐρανὸς legerem οὐρανός.... ἡπλωμένος.

(*d*) De his cavitatibus aliquid dicit Basilius Hexaemeron hom. 4. n. 4.

χαρίεσσα ἀθρόον ἅπασα ἀνεφάνη, οὐ μόνον γὰρ ἐκ τῆς τῶν ληΐων ἀναδόσεως ἐφαιδρύνετο, ἀλλὰ καὶ κέδρων καὶ κυπαρίσσων σὺν τῇ ἄλλῃ τῶν δένδρων πληθύϊ, αὐτομάτως ἐξ αὐτῆς ἀνακυψάντων, ἱκανῶς κατεκοσμεῖτο.

mera germina, plantas, & flores, & decora & gratiosa confertim universa apparuit. Non solum enim ex productione segetum fiebat hilaris, sed & (a) cedrorum, & cyparissorum una cum reliqua arborum multitudine, ex illa sponte emergentium sat exornabatur.

περὶ τῶν φωστήρων.

De Luminaribus.

Πάλιν τῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ φωστῆρας εἶπεν γενέσθαι, καὶ ἐγένετο ἥλιος καὶ σελήνη καὶ ἄστρα καθὼς ἠβουλήθη ὁ κελεύσας. καὶ τὸ καθαρώτατον ἐκεῖνο φῶς τὸ ἐν τῇ πρώτῃ κτίσει, ἐν ᾗ ἡμέρᾳ ἐν τούτοις καταμερίσας πολυμερῆ ἐξ αὐτῶν παρέχετο τῷ παντὶ ὠφέλειαν. μίαν μὲν τὴν ἐκ τοῦ φαίνειν καὶ ταῖς οἰκείαις λαμπηδόσι καταυγάζειν τὸν κόσμον πλουσίως, ἑτέραν δὲ τὴν ἐκ τοῦ ἀνίσχειν καὶ καταδύεσθαι, αἰτίαν οὖσαν τῆς τῶν χρόνων ἀπαριθμήσεως. ἄλλην δὲ διά τινων σημείων ἐνεργοῦσαν διαφόρως τοὺς ἀσεβῶς στοχαζομένους, καὶ μὴ πέρα τοῦ μέτρου περιεργαζομένους· οἵα ἐστὶ καὶ ἡ διὰ τῆς σελήνης πολλάκις σημαινομένη. λεπτὴ γὰρ οὖσα αὕτη ταῖς ἀκτῖσι περὶ τρίτην ἡμέραν καὶ καθαρά, σταθερὰν εὐδίαν καταπαγγέλλεται. παχεῖα δὲ ταῖς κεραίαις καὶ ὑπέρυθρος φαινομένη, ἢ ὕδωρ λάβρον ἀπὸ νεφῶν, ἢ χειμῶνα ἔσεσθαι μηνύει. ὡσαύτως καὶ ὁ ἥλιος ἀνθρακώδης γενόμενος καὶ ὕφαιμος ταῖς ἀκτῖσιν ἢ τῷ ἀπαυγάσματι ἢ ὄμβρων καταφορὰν ἢ πνευμάτων βιαίαν κίνησιν δηλοῖ ἐπιγί-

Rursus quarto die luminaria jussit fieri; & factus est Sol & Luna, & astra, quemadmodum voluit qui imperaverat. Et purissima illa luce, quæ in prima creatione condita est, hac die in istis distributa, eorundem ope multiplicem universo suppeditavit utilitatem: unam quidem quod & appareant, & propriis splendoribus abundanter mundum illustrent: alteram quod & oriantur & occidant, quæ causa est enumerationis (b) temporum. Aliam præterea quę per quædam (c) signa agat in eos qui impietatem habent in animo, & ultra mediocritatem cogitationes non dirigunt: qualis est etiam quæ per Lunam sæpe significatur: Cum enim tenuis ipsa est radiis circa diem tertium & pura, constantem cœli affectionem denunciat. Crassior autem in apicibus apparens & rubore perfusa aut aquam vehementem a nubibus, aut tempestatem fore significat. Eodem modo etiam Sol si obscurum, & sanguineum colorem habeant ejus radii aut splendorem, tunc imbrium delapsum, vel violentum ventorum mo-

(a) Hæc duo arborum genera potissimum afferuntur, quia etiam post prævaricationem Adę viriditatem perpetuo retinent, et jucundum toto anno habent aspectum.

(b) Efficit sol ortu et occasu dies, qui sunt mensura temporis decurrentis, et per altiorem vel humiliorem in cœlo cursum varia anni tempora distinguit.

(c) Signa seu ostenta, adversas scilicet tempestates fulgura et fulmina calore concreta modo puniendis malis hominibus in terram emittit, modo excitandis in Deum iis qui terram solum cogitant.

νεσθαι. πολλάκις ἒν ἐκ τῆς τοιαύτης σημειώσεως ὠφελήθησαν πολλοὶ πλωτῆρές τε ϗ γεωργοὶ ϗ ὁδοιπόροι.

περὶ τῶν ἰχθύων ϗ τῶν πετεινῶν.

Ἐν δὲ τῇ πέμπτῃ ἡμέρᾳ ἐκέλευσεν ἐξαγαγεῖν τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν· ϗ πετεινὰ κατὰ τὸ στερέωμα τȣ̃ ȣ̓ρανȣ̃ πετώμενα. ϗ σὺν τῷ προστάγματι τὸ ἔργον ἐτελεῖτο, τῆς πρὸς τὸ ζωογονεῖν ἐπιτηδειότητος ἐγγενομένης τοῖς ὕδασιν. εὐθὺς γὰρ θάλασσα μὲν τὰ παντοδαπὰ γένη τῶν νηκτῶν ἀπέτεκε. ποταμοὶ δὲ ϗ λίμναι τῶν οἰκείων ϗ κατὰ φύσιν ἰχθύων ἐμπληρώθησαν. προσήγαγε ϗ αὖθις καὶ τὰ πετεινὰ τὰ ὕδατα, τρόπον τινὰ συγγένειαν πρὸς τὰ νηκτὰ ἔχοντα. ὥσπερ γὰρ οἱ ἰχθύες ἐν τοῖς ὕδασι τῇ μὲν κινήσει τῶν πτερύγων ἐπὶ τῷ πρόσω χωρȣ̃σι, τῇ δὲ συχνῇ μεταστροφῇ τȣ̃ ȣ̓ραίȣ εὐθείας αὐτοῖς ὁρμὰς οἰακίζȣσιν, ὅτω ϗ τὰ πετεινὰ κατὰ τὸν ἀέρα νηχόμενα τέμνȣσι μὲν τȣ̃τον, περῶσι δὲ ὅπȣ ϗ βούλονται.

περὶ τῶν κτηνῶν ϗ τῶν θηρίων.

Αὖθις δὲ ἐν τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ ἐπετράπη ἐξαγαγεῖν ἡ γῆ ψυχὴν ζῶσαν κατὰ γένος, τετράποδα ϗ ἑρπετὰ ϗ θηρία. ϗ εὐθὺς προήγαγε τάτε ἄγρια ϗ ἥμερα ζῶα. ψυχὴν δὲ ζῶσαν ἐξαγαγεῖν ἐκέλευσεν, ἵνα ἐκ τȣ́των γινώσκηται τῆς τε ἀλόγȣ ψυχῆς ἡ διαφορὰ ϗ τῆς τȣ̃ ἀνθρώπȣ. ἐκ γὰρ γῆς ἔφυ τῶν ἀλόγων ἡ ψυχὴ, ἡ δὲ τȣ̃ ἀνθρώπȣ ἐκ τȣ̃ θείȣ ἐμφυσήματος συνέστη. ϗ ὅτι γαιηρὰ ἡ τῶν ἀλόγων ψυχὴ, ἐξ αὐτῆς

motum ostendit imminere [a]. Sæpe igitur ex his significationibus utilitatem capiunt multi navigantes & agricolæ & viatores.

De piscibus & volatilibus.

Quinto die jussit aquas producere reptilia animarum viventium, & volatilia in firmamento cœli volantia; & una ad jussionem opus perficiebatur, attributa aquis facultate ad animalium generationem. Statim enim mare omnia genera natantium peperit. Flumina vero, & stagna cognatis etiam secundum naturam piscibus repleta sunt. Et aquæ rursus etiam volatilia produxerunt. Adjecit etiam volatilia ad aquas: ea siquidem quodam modo cum natantibus cognationem habent. Ut enim pisces in aquis alarum motu ultra progrediuntur, multa vero caudæ conversione promptos sibi ipsis motus efficiunt, ita & volatilia per aerem natantia, hunc secant & penetrant quo volunt.

De Jumentis & feris.

Rursus sexto die jussa est terra producere animam viventem secundum genus, quadrupedia & serpentia, & feras, & statim prodiderunt & sylvestria, & mansueta animalia. Animam autem viventem esse jussit, ut ex his nota esset & irrationalis animæ differentia, & hominis. E terra enim nata est anima irrationalium, hominis vero anima ex afflatu divino extitit. Et quod terrena irrationalium anima sit, ex ipsa

(a) Basilius in hexaëmer. hom. 6. n. 4. adnotavit similiter ex diversis Solis, et Lunæ aspectibus utilitatem navigantibus agricolis et viatoribus provenire.

ἐςὶ πάλιν γνῶναι τῆς γραφῆς. εἴρηται γάρ· ψυχὴ παντὸς κτήνȣς τὸ αἷμα αὐτȣ̃ ἐςιν. αἷμα δὲ πηγνύμενον, εἰς σάρκα μεταβάλλεται. σὰρξ δὲ φθειρομένη εἰς γῆν ἀναλύεται. εἰκότως ȣ̓̃ν γεώδης ἡ ψυχὴ τȣ̃ ἀλόγȣ. ἐπειδὴ δὲ λοιπὸν τῷ καταλλήλῳ κάλλει τὰ πάντα διακεκόσμητο, ȣ̓ρανὸς μὲν ταῖς τῶν φωςήρων αὐγαῖς, θάλαττα δὲ καὶ ἀὴρ τοῖς νηκτοῖς τε καὶ ἀερίοις τῶν ζώων· γῆ δὲ ταῖς παντοίαις διαφοραῖς τῶν φυτῶν τε καὶ βοσκημάτων· ὥσπερ τινὰ βασιλέα ὁ τȣ̃ παντὸς ποιητὴς εἰσάγει τὸν ἄνθρωπον ἐν κόσμῳ· ȣ̓χ ὡς ἀπόβλητον ἔσχατον κτίσας, ἀλλ᾽ ὡς ἅμα τῇ γενέσει βασιλεύειν ὀφείλοντα.

ipsa licet scriptura rursus intelligere. Dictum est enim: anima omnis jumenti sanguis ejus est: sanguis vero coagulatus in carnem mutatur: caro cum corrumpitur, in terram resolvitur. Merito igitur terrena anima irrationalis est. Ceterum mutua pulchritudine quandoquidem omnia ornabantur, cœlum splendore luminarium, mare & aer natatilibus, & aeriis animalibus, terra vero omnigenis plantarum differentiis, & pascuorum: tanquam Regem universorum factor introducit hominem in mundum, non creans illum ultimo loco veluti vilem, sed ut statim a generatione sua regnare debentem.

περὶ τῆς κατασκευῆς τȣ̃ ἀνθρώπȣ.

Τί γάρ φησιν ἡ γραφή; καὶ εἶπεν ὁ θεός· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ᾽ εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ᾽ ὁμοίωσιν. καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης καὶ τῶν πετεινῶν τȣ̃ ȣ̓ρανȣ̃ καὶ τῶν θηρίων τῶν κτηνῶν καὶ πάσης τῆς γῆς. καὶ τὰ μὲν ἄλλα πάντα κτίσματα ῥήματι μόνῳ παρήχθη. ὁ δὲ ἄνθρωπος ἔσχεν ἐξαίρετόν τι κατὰ τὴν ποίησιν παρὰ ταῦτα. βȣλῆς γὰρ προηγησαμένης ἐκτίσθη, ἵνα ἐκ τȣ́τȣ δειχθῇ ὅτι περ τίμιόν τι χρῆμα ὑπάρχει. τὸ γὰρ ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ᾽ εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ᾽ ὁμοίωσιν ȣ̓δὲν ἕτερον δείκνυσιν, ἢ ὅτι συμβȣ́λῳ ἐχρήσατο ὁ πατὴρ τῷ μονογενεῖ αὐτȣ̃ υἱῷ ἐπὶ τῇ τȣ́τȣ κατασκευῇ· τῷ ἀπαυγάσματι τῆς δόξης κατὰ τὸν ἀπόςολον καὶ χαρακτῆρι τῆς ὑποςάσεως αὐτȣ̃, ȣ̓́τε γὰρ ἐνῆν ἄλλῳ τινὶ συμβȣ́λῳ κεχρῆσθαι, ἢ τῷ ζῶντι καὶ ἐνυποςάτῳ αὐτȣ̃

De opificio hominis.

Quid enim dicit Scriptura? *Et dixit Deus, faciamus hominem ad imaginem nostram & similitudinem, & dominentur piscibus maris & volatilibus cæli, & feris, & jumentis, & universa terra.* Et omnes aliæ creaturæ verbo uno comprehensæ sunt. Homo peculiare aliquid in creatione habuit supra illa. Præcedente enim (a) consultatione creatus est, ut ex hoc colligatur esse rem magni faciendam. Illud enim *faciamus hominem ad imaginem nostram, & similitudinem* nihil aliud ostendit quam Patrem consiliario usum esse unigenito filio suo in hominis formatione; splendore gloriæ secundum Apostolum, & figura substantiæ suæ. Neque enim datum erat alio quovis consiliario uti, quam vivente & consubsistente sibi Verbo im-

(a) Eusebius hist. Eccl. lib. 1. c. 2. Tribuitur Deo hæc res modo humano. In deo enim non est neque inquisitio aut consultatio.

λόγῳ τῷ ἀπαραλλάκτῳ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμουσίῳ καὶ ἰσοδυνάμῳ.

εἰς τὸ κατ' εἰκόνα.

Ἐπειδὴ τοίνυν ὡς εἴρηται βασιλεὺς ὥσπερ εἰσήχθη ἐν κόσμῳ ὁ ἄνθρωπος· εἰκότως καὶ κατ' εἰκόνα θεοῦ γεγένηται. ἔδει γὰρ τὸν μέλλοντα ἄρχειν τῶν ἄλλων ὥσπερ τινὰ εἰκόνα εἶναι ἔμψυχον τῆς τοῦ παμβασιλέως ὁμοιότητος· οὐκ ἐν πορφυρίδι καὶ σκήπτρῳ καὶ διαδήματι τὴν ἀξίαν ἐμφαίνοντα· ἐπεὶ μηδὲ τὸ ἀρχέτυπον ἐν τούτοις ἐστὶν· ἀλλ' ἐν τῷ κεκοσμῆσθαι τῇ ἀφθαρσίᾳ καὶ ἀθανασίᾳ καὶ ἀρετῇ. τούτοις γὰρ τιμηθεὶς ὁ ἄνθρωπος τὴν πρὸς τὸ πρωτότυπον εἰκόνα ὁμοιότητα διασώζει. ἔτι δὲ καὶ ἡ αὐτεξουσιότης τὸ βασιλικὸν καὶ ἐπηρμένον τῆς φύσεως τοῦ ἀνθρώπου καὶ πρὸς τὴν θείαν εἰκόνα ἐμφερὲς προφανέστατα δείκνυσι. κατὰ τοῦτον τὸν λόγον καὶ χειρῶν θεοῦ ἔργον ὁ ἄνθρωπος διὰ τὸ τίμιον τῆς κατασκευῆς. Βουλῆς γὰρ ἐνεργείᾳ τὸ πᾶν. εἶτα μετὰ τὴν τοῦδε διάπλασιν, τί φησὶν ἡ γραφή; καὶ συνετέλεσεν ὁ θεὸς ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἕκτῃ τὰ ἔργα αὐτοῦ ἃ ἐποίησε. καὶ κατέπαυσεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ καὶ εὐλόγησεν τὴν ἡμέραν τὴν ἑβδόμην καὶ ἡγίασεν αὐτὴν ὅτι ἐν αὐτῇ κατέπαυσεν ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ ὧν ἤρξατο ὁ θεὸς ποιῆσαι.

περὶ τοῦ σαββάτου.

Τίνος χάριν τὴν ἑβδόμην ἡμέραν εὐλόγησεν ὁ θεὸς μόνον καὶ οὐχὶ τὰς πάσας; ὅτι ἑκάστη τῶν ἄλλων ἐκ τῆς ἐν αὐτῇ γενομένης δημιουργίας ἔσχεν τὴν εὐλογίαν. ἐπειδὴ δὲ ἔμελλεν αὕτη μένειν ἀγέραστος, τούτου χάριν εὐλογήθη καὶ αὕτη παρὰ θεοῦ. πάλιν οὖν ἡ γραφή· καὶ

immutabili imagine, & consubstantiali & æquè potente.

In illud ad Imaginem.

Quemadmodum itaque, ut dictum est, sicut Rex introductus est in mundum homo, merito etiam ad imaginem Dei factus fuit. Opus enim erat ut qui imperare aliis debebat, tanquam imago præditus esset anima ad similitudinem Domini universarum rerum, non in veste purpurea & sceptro & diademate dignitatem indicante, cum primigenium exemplar hæc non teneat, sed in ornamentis quæ incorruptio parat & immortalitas & virtus. His enim honestatus homo similitudinem cum exemplari imagine servat. Insuper etiam liberum arbitrium aliquid regium & sublime naturæ hominis & divinæ imagini simile manifeste ostendit. Ad hanc rationem, etiam manuum Dei opus est homo propter excellentiam opificii. Efficacia enim consilii omnia facta sunt. Deinde post hujus formationem, quid dicit scriptura? *Et perfecit Deus die sexto opera sua quæ fecit. Et requievit die septimo, & benedixit diei septimo, & eum sanctificavit, quia in eo cessavit ab omnibus operibus suis, quæ cœperat Deus facere.*

De Sabbato.

Quare benedixit Deus tantum diei septimæ, & non omnibus? quia unaquæque aliarum ex artificio in eo patrato habuit benedictionem. Quia enim munere proprio carere debuit, ideo & ipsa a Deo benedicta est. Rursus scriptura. *Et plantavit*

ἐφύτευσεν κύριος ὁ θεὸς παράδεισον ἐν ἐδὲμ κατ' ἀνατολάς· κ) ἔθετο ἐκεῖ τὸν ἄνθρωπον ὃν ἔπλασεν. κ) ἐξανέτειλεν ὁ θεὸς ἔτι ἐκ τῆς γῆς πᾶν ξύλον ὡραῖον εἰς ὅρασιν καὶ καλὸν εἰς βρῶσιν. κ) τὸ ξύλον τῆς ζωῆς ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου· κ) τὸ ξύλον τοῦ εἰδέναι γνωστὸν καλοῦ κ) πονηροῦ.

tavit Dominus Deus Paradisum in Edem ad Orientem. Et posuit ibi hominem, quem formavit. Et produxit Deus adhuc e terra omne lignum pulchrum visu, & bonum ad cibum, & lignum vitæ in medio Paradisi, & lignum sciendi perspicuè bonum & malum.

περὶ τοῦ παραδείσου.

Τὴν λογικὴν ὑπόστασιν τιμῆσαι προθέμενος ὁ θεὸς ἀφωρισμένον κατασκευάζει κ) λαμπρὸν μονητήριον κ) πάσης γέμον θυμηδίας. κ) καθίστησιν ἐκεῖ τὸν ἀδάμ. ἔτι δὲ ἐνταῦθα γενομένου τοῦ λόγου, θαυμάσαι τὴν ἄφατον τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν. ὅτιπερ παντοκρατικὴν ἔχων κ) ἀΐδιον ἐξουσίαν εἰς τὸ πᾶν, ἑαυτὸν καὶ γεωργεῖν ἐπέδωκε διὰ τὸν ἄνθρωπον. ὁ γὰρ τοσοῦτον μέγεθος οὐρανοῦ κ) γῆς κ) θαλάττης λόγῳ ὑποστησάμενος, πολλῷ μᾶλλον παράδεισον ἱκανὸς ἦν καταφυτεῦσαι ῥήματι, κ) λόγῳ ῥιζῶσαι τὸ πανόλβιον χωρίον. ἀλλ' ὡς εἴρηται διὰ τὴν πρὸς τὸν ἄνθρωπον τιμὴν κ) φυτουργὸς γίνεται μυστικῷ τινι λόγῳ, ὁ ἀκαμάτως τόνδε τὸν κόσμον ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι θελήσει μόνῃ παραγαγών. εἶτα αὖθις ἡ γραφή. κ) ἤγαγεν ὁ θεὸς πάντα τὰ θηρία κ) τὰ κτήνη κ) τὰ πετεινὰ πρὸς τὸν ἀδὰμ ἰδεῖν τί καλέσει αὐτά. κ) πᾶν ὃ ἐκάλεσεν αὐτὰ ἀδὰμ, τοῦτο ὄνομα αὐτῷ.

De Paradiso.

Cum sibi proposuisset Deus rationalem substantiam honorare, segregatam præparat & splendidam solitudinem, & omni plenam animi suavitate, & ibi constituit Adam. Adhuc ibi ratio dictat ineffabilem admirari Dei benignitatem; quia omnipotentem, & æternam in omnia facultatem cum habeat, etiam coli terram per hominem ipsum concessit. Tantam siquidem magnitudinem cœli & terræ, & maris multa ratione cum constituisset, multo facilius Paradisum plantare verbo poterat, & voluntate beatissimum locum constabilire. Sed ut dictum est propter honorem hominis, plantarum sator etiam evadit arcana quadam ratione qui sine labore hunc mundum qui non erat, ut esset, sola voluntate perfecit. Rursus scriptura. *Et adduxit Deus omnes feras, & jumenta, & volatilia ad Adam, ut videret quid vocaret ea, & omne quod vocavit ipsa Adam, hoc nomen ipsi est.*

περὶ τῆς ὀνομασίας τῶν ζώων.

Ὁρᾶν οὖν ἦν κ) ἐντεῦθεν τὴν τιμὴν τὴν μετὰ ταῦτα τοῦ ἀνθρώπου ἣν ἔσχεν ἐξ αὐτῆς γενέσεως. ὥσπερ γὰρ ἀγελάρχης τις προυκάθητο ἀδάμ. κ) ὁ θεὸς ἦγεν πρὸς αὐτὸν τὰ μυρία τῶν θηρίων κ)

De appellatione Animalium.

Videre hinc etiam erat honorem quem post hæc habuit homo ab ortu suo. Velut enim gregis magister præsidebat Adam. Et Deus ad eum duxit ferarum, & jumentorum & vo-

τῶν κτηνῶν καὶ τῶν πετεινῶν γένη. ἵνα ἡγεμόνα τούτων χειροτονήσῃ, ὃν κατ' εἰκόνα ἰδίαν πεποιήκει. καὶ ἐκεῖνος μὲν θείῳ καταπνευσθεὶς καὶ προφητικῷ πνεύματι, ὀνόματα κύρια ἑκάστῳ τῶν ἀλόγων ἐπέθηκεν. τὰ δὲ ζῶα ὥσπερ τιμὴν μεγάλην ἐκ τῆς ἐπικλήσεως λαβόντα, οὕτως ἐν συζυγίᾳ ὑπεχώρουν.

volatilium innumera genera; ut horum præsidem constitueret eum, quem secundum propriam imaginem fecerat. Et ille divino & prophetico spiritu plenus nomina propria unicuique irrationabilium tribuit. Animantia vero sicut honorem magnum ex cognomine acceperunt, & sic conjugata secesserunt.

περὶ τῆς ποιήσεως τῆς γυναικός.

Ἐπειδὴ δὲ ἐξ ἁπάντων τούτων τῶν γενῶν οὐδὲν ἦν ὅμοιον τῷ ἀδάμ, εἶπε πάλιν ὁ θεὸς καθ' ἅ φησιν ἡ γραφή· οὐ καλὸν εἶναι τὸν ἄνθρωπον μόνον, ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν κατ' αὐτόν. βοηθὸν λέγων τὸ θῆλυ διὰ τὸν τῆς παιδογονίας λόγον, συνεργεῖν μέλλοντα τῷ ἀνδρί, πρὸς τὴν τοῦ γένους αὔξησίν τε καὶ διαμονήν. αὖθις δὲ ἐπιλέγει. καὶ συνέβαλεν ὁ θεὸς ἔκστασιν ἐπὶ τὸν ἀδὰμ καὶ ὕπνωσε· καὶ ἔλαβε μίαν τῶν πλευρῶν αὐτοῦ, καὶ ἀνεπλήρωσε σάρκα ἀντ' αὐτῆς καὶ ᾠκοδόμησε τὴν πλευρὰν ἣν ἔλαβε ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ εἰς γυναῖκα. ἔστι δὲ ὁ εἰρημένος τῆς γραφῆς σκοπὸς οὕτως. κρίνας ὁ ἐν σοφίᾳ τὰ πάντα ποιήσας θεὸς δοῦναι τῷ ἀδὰμ βοηθὸν κατ' αὐτὸν ὡς ἐπηγγείλατο, οὐκ ἐκ γῆς πλάττει τὸ θῆλυ καθάπερ τὸν ἄνδρα, ἀλλ' εἰς ὕπνον τρέπει τοῦτον καταφορᾷ πνεύματος τὸν νοῦν αὐτοῦ φαντασιώσας, καὶ τὸν τῆς ψυχῆς ὀφθαλμὸν εἰς ἀπληστον φωτὸς ὄψιν ἐκκαλεῖται, ἵνα τῇ φαντασίᾳ τοῦ τοιούτου κάλλους κατεχόμενος, μὴ γνῷ τὸ γινόμενον. εἶτα λαμβάνει μίαν τῶν πλευρῶν αὐτοῦ ἀκαμάτως. αἴσθησιν ἀλγηδόνος αὐτῷ μὴ ἐπαγαγών, καὶ εὐθὺς ὡς τεχνίτης ἄριστος καὶ ἰατρὸς σύντομος τὸ λοιπὸν διὰ σαρκὸς ἀνεπλήρωσεν. ἐν ὅσῳ δὲ τὴν ψυχὴν τῇ ἀκορέστῳ τῆς θείας ἡδονῆς περιέσπε, τὴν πλευρὰν ἣν ἔλαβεν ᾠκοδόμησεν εἰς γυναῖκα μυστικῶς ἐκτυπώσας

De formatione Mulieris.

Quandoquidem ex omnibus his generibus, nullum simile erat Adam, dixit rursus Deus, juxta id, quod habet scriptura; *non est bonum hominem esse solum, faciamus illi adjutorium simile sibi.* Adjutorium intelligens fœminam ratione generationis puerorum, cooperaturam viro ad incrementum, & perpetuitatem generis. Deinde addit, *Et immisit Deus somnum in Adam & dormivit, & accepit unam de costis ejus, & replevit carnem pro ea & ædificavit costam, quam tulerat ab Adam in mulierem.* Eo autem dirigitur dictus scripturæ scopus. Quia decreverat Deus, qui sapienter omnia creaverat, dare Adam adjutorem similem sibi sicut enunciaverat non e terra ut virum, fœminam format, sed in somnum convertit istum incursu spiritus, qui mentem ejus visu aliquo occuparet, & oculum mentis in imperfectam luminis visionem revocaret, ne imagine ejus pulchritudinis detentus, quod fiebat intelligeret. Deinde sine ullo labore unam de costis ejus accipit sensum doloris ipsi non faciens, & statim ut optimus artifex, & promtus medicus reliquum locum carne replevit, dum interea animam insatiabili divina suavitate deti-

αὐτὴν εἰς ζῶον λογικὸν κάλλει ἀμηχάνῳ καὶ σχήματι εὐπρεπεστάτῳ κεκοσμημένον· καὶ ἄγει τοῦτο πρὸς τὸν ἀδάμ. εἶτα ἐκεῖνος ἅτε θείου πνεύματος μέτοχος ὢν ἐγνωκὼς ὡς ἐξ αὐτοῦ ἦν, φησί· τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστῶν μου καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου, αὕτη κληθήσεται γυνὴ ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη αὕτη. ὁρῶν οὖν ὁ ἀδὰμ τὴν γυναῖκα οὐχ ὡς γυναῖκα θεώμενος ἔπασχεν, ἀλλ' ὡς ἑαυτὸν πνευματικῶς ηὐφραίνετο τὴν ὁμοίαν βλέπων καὶ ταύτην ἔχουσαν κατασκευήν. ὡσαύτως δὲ ἡ γυνὴ θεωροῦσα τὸν ἄνδρα μεγάλως ἠγάλλετο κατ' αὐτὸν οὖσαν ἑαυτὴν ἐννοοῦσα. ὄντων οὖν αὐτῶν ἐν παραδείσῳ τῆς τρυφῆς, νόμον δίδωσι αὐτοῖς ὁ θεὸς ἐπ' εὐεργεσίᾳ. τοῦ δεῖξαι μὲν ἐλευθέραν τὴν φύσιν ἐν τῇ αὐτεξουσιότητι, ὑποδεῖξαι δὲ ὡς ὑποδεσπότην καὶ κηδεμόνα εἶναι λέγων οὕτως· ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ βρώσει φαγῇ· ἀπὸ δὲ τοῦ ξύλου τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν οὐ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ. ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπ' αὐτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθαι. οὕτω γὰρ καὶ ὁ σύμμαχος ἑρμήνευσεν. ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγῃ ἀπὸ τοῦ ξύλου, θνητὸς ἔσῃ.

tinebat. Costam quam accepit ædificavit in mulierem mystice illam effingens in rationalem viventem pulchritudine non imitabili, & figura maxime decenti ornatam. Hanc adducit ad Adam. Ille utpote spiritus Dei particeps, persuasus ex se illam esse inquit: *Hoc nunc os ex ossibus meis*, & caro de carne mea, ipsa vocabitur mulier, quia de viro ejus sumpta est. Videns igitur Adam mulierem, non ut qui mulierem spectat commovebatur, sed ut seipsum aspiciens spiritualiter afficiebatur lætitia similem & hanc videns structuram habentem; quemadmodum mulier conspiciens virum valde lætabatur dum sicut ipsum se ipsam esse intelligebat. Dum itaque illi in paradiso deliciarum essent, legem eis dedit Deus loco beneficii, ut ostenderetur libertas naturæ suo jure gaudentis, & ille indicaretur esse (a) subdominus, & rector esse: dicens hæc. *Ex omni ligno quod est in Paradiso ut cibo comedas. De ligno autem cognitionis boni & mali non comedite de eo.* Quo enim die comedetis ex eo morte mori. Sic enim & (b) Symmachus interpretatus est: qua die comedas de ligno, mortalis eris.

περὶ τοῦ ξύλου γνώσεως καλοῦ καὶ πονηροῦ.

Ἀλλὰ μήτις ὑπολάβῃ ὅτι τὸ ξύλον τοιαύτης ἦν φύσεως ὡς γνῶσιν ὑπάρχειν καλοῦ καὶ κακοῦ. οὐ γὰρ δὴ βλαβερὸν ἐν

De ligno cogniti boni & mali.

Verum nemo suspicetur lignum illud talis fuisse naturæ, ut cognitio esset boni & mali. Neque enim pro-

(a) Vox innovata juxta novam vocem Græcam ὑποδεσπότης. Dominus rerum creatarum erat Deus, infra eum homo.

(b) Symmachi interpretationem Græcam scripturæ divinæ valde probabile est integram ætate historici nostri in usu fuisse; erat quippe ille Palæstinus, et ut ait Epiphanius, Samarita et proselytus Iudæus: sed ea versio interiit: supersunt solum fragmenta quædam, inter quæ particula ista, quæ legitur in Hexaplis Origenis editis a Montfauconio desumpta e catenis Græcis in psalmos. Commendat hunc Symmachi locum Hieronymus in quæst. hebr. aitque melius quam ab aliis conversum esse. Post peccatum enim mors non confestim oppressit Adam, sed Deus ut est patiens redditor, post secula distulit mortem.

τῷ παραδείσῳ τι lῶ. ὅρος δὲ ἐτέθη ἐν τῷ φυτῷ πρὸς γυμνασίαν ἐλευθεριότητος. κ̀ ὅτι ἐ τὸ ξύλον αἴτιον γνώσεως τῷ ἀδὰμ γέγονε, δῆλον. ἡ γὰρ ἐντολὴ ὡς πρὸς εἰδότα ἄμφω ἐδόθη τότε καλὸν κ̀ πονηρόν. τlὼ τε ὑπακοlὼ κ̀ τlὼ παρακοlὼ. ὥςε ἡ γνῶσις πρȣ̈́λαβε τlὼ ἐντολlὼ. δέδοται δὲ αὕτη διὰ τὸ ὡς εἴρηται αὐτεξȣσίῳ βȣλήματι κινȣ́μενον τὸν ἄνθρωπον, ἐπ᾽ ἀδείας τε ἔχοντα ἀπὸ πάντων μεταλαμβάνειν τῶν ἄλλων δένδρων, ἑνὸς δὲ μόνȣ νόμῳ προσταττόμενον ἀπέχεσθαι. γινώσκειν ὡς ὑπὸ δεσπότlω ἐςὶ τῷ καὶ τlὼ ἐντολlὼ δεδωκότι. ἦσαν ȣ̓̀ν ἐν τῷ καθαρωτάτῳ τȣ́τῳ τόπῳ ὅτε ἀδὰμ κ̀ ἡ εὔα διάγοντες καὶ τῇ ποικιλίᾳ τῶν ἀθανάτων ἀνθέων δαψιλῶς ἀπολαύοντες.

profecto noxium in paradiſo quicquam erat. Sed definitus limes in ea planta poſitus fuerat ad exercendam libertatem; & lignum cauſſam cognitionis Adam non fuiſſe manifeſtum eſt: prçceptum enim ſicut datum fuit utrique tunc videnti bonum & malum, & obedientiam & contumaciam, ita cognitio præceſſit præceptum. Hoc datum eſt quemamodum dicebatur homini qui voluntate quæ ſui juris erat, moveretur, & ſecuritatem haberet ex omnibus quibuſque arboribus decerpere; unius autem ſolius lege juſſus abſtinere: cognoſcere autem ſic fuit occaſio quomodo decebat ſubordinatum ei obedire qui præceptum dederat. Erant autem in hoc ſanctiſſimo loco, Adam & Eva degentes quando varietate immortalium florum large fruebantur.

περὶ τȣ̃ διαβόλȣ κ̀ τȣ̃ ὄφεως.

Ἀλλ᾽ ὁ ἐχθρὸς τῆς ἡμετέρας φύσεως βασκάνας ἐπὶ τῇ πολλῇ τιμῇ τȣ̃ ἀνθρώπȣ κ̀ φθόνον ἐγκισσήσας τὸν πρὸς αὐτὸν ἤρατο πόλεμον. καὶ τὸν ὄφιν ἐνδὺς ἐπέςη τῇ γυναικὶ ἀπόντος τȣ̃ ἀδάμ. κ̀ πανȣ̃ργος αὐτlὼ τȣ̃ συμφέροντος παρατρεψάμενος διὰ ψεύδȣς καὶ τὸν ἀδὰμ ταύτῃ συνεξαπατήσας παραβάτας τȣ̃ θείȣ παρεσκεύασε νόμȣ γενέσθαι. λέγει γὰρ ἡ γραφὴ περὶ τȣ́των ὧδε· ὁ δὲ ὄφις ἦν φρονιμώτερος πάντων τῶν θηρίων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς ὧν ἐποίησε κύριος ὁ θεός. φρόνιμος δὲ ἐκλήθη ὁ ὄφις ὅτι τὸ λογικὸν ζῶον τὸν ἄνθρωπον καὶ τῶν ἄλλων ἀγχινοίᾳ διαφέροντα, ἐξαπατᾶν ἔμελλεν. εἶτα ἐπιλέγει· καὶ εἶπεν ὁ ὄφις τῇ γυναικὶ· τί ὅτι εἶπεν ὁ θεὸς ȣ̓ μὴ φάγητε ἀπὸ παντὸς ξύλȣ τȣ̃ ἐν τῷ παραδείσῳ; καὶ εἶπεν ἡ

De Diabolo, & Serpente.

Verum inimicus naturæ noſtræ graviter ferens honorem multum hominis, & invidia concepta adverſus eum, bellum excitavit; & Serpentem indutus acceſſit ad mulierem Adam abſente. Et improbus eam a recto per mendacium avertit, & per illam Adam decepit, & Divini præcepti tranſgreſſores effecit. Dicit enim ſcriptura de iis iſta: *Serpens autem callidior cunctis feris quæ ſunt ſuper terram, quas fecit Dominus Deus*. Callidus dictus eſt ſerpens, quia rationale animal hominem, & aliis perſpicacia præſtantem decepturus erat. Addit deinde. *Et dixit Serpens mulieri: Cur dixit Deus: ne comedatis ex omni ligno quod eſt in Paradiſo? & dixit mulier ſerpenti: Ex omni ligno*

quod

γυνὴ τῷ ὄφει ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ φαγώμεθα· ἀπὸ δὲ τοῦ ξύλου τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν εἶπεν ὁ θεὸς, οὐ μὴ φάγητε ἀπ' αὐτοῦ οὐδὲ μὴ ἅψησθε ἀπ' αὐτοῦ ἵνα μὴ ἀποθάνητε. ἆρα δὲ καὶ ὁ ὄφις τῷ κατὰ προφορὰν λόγῳ ἐχρήσατο, οὐ πάντως. ἀλλὰ οἱ πρωτόπλαστοι, ἅτε κακίας ὄντες ἀμιγεῖς ἀκριβεστάτας εἶχον τὰς αἰσθήσεις καὶ πολὺ τῶν ἡμετέρων διαλλαττούσας. ὥστε τὴν ἀκοὴν αὐτῶν πάσης ὑπάρχειν φωνῆς ἀνυστικήν. εἶτα ἐπάγει. καὶ εἶπεν ὁ ὄφις τῇ γυναικὶ οὐ θανάτῳ ἀποθανεῖσθε. εἶδε γὰρ ὁ θεὸς ὅτι ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπ' αὐτοῦ διανοιχθήσονται ὑμῶν οἱ ὀφθαλμοὶ καὶ ἔσεσθε ὡς θεοὶ γινώσκοντες καλὸν καὶ πονηρόν. καὶ εἶδεν ἡ γυνὴ ὅτι καλὸν τὸ ξύλον εἰς βρῶσιν, καὶ ὅτι ἀρεστὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν. καὶ ὡραῖόν ἐστι τοῦ κατανοῆσαι, καὶ λαβοῦσα τοῦ καρποῦ αὐτοῦ ἔφαγεν καὶ ἔδωκεν καὶ τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς καὶ ἔφαγεν καὶ διηνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ τῶν δύο καὶ ἔγνωσαν ὅτι γυμνοὶ ἦσαν.

quod est in Paradiso comedimus: de ligno cognitionis boni & mali, dixit Deus, ne comedite de illo; neque de illo tangite, ne moriamini. Tunc & serpens enunciativo sermone usus. *Nequaquam.* Sed Protoplasti quippe malitiæ omnis immunes, exquisitissimos habebant sensus, & longe nostris præstantiores, ut auditum cujuscumque vocis facillime perciperent. Subdidit deinde, & dixit Serpens mulieri. *Non morte moriemini: scit enim Deus, quod in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut Dii cognoscentes bonum & malum.* Et vidit mulier quod bonum esset lignum ad cibum, & gratum oculis ad videndum & speciosum ad contemplandum, *& cum accepisset fructum*, ipsum comedit & dedit etiam viro suo & comedit; & aperti sunt oculi utriusque & cognoverunt se nudos esse.

εἰς τὸ διηνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ τῶν δύο.

Ad illud: Aperti sunt oculi utriusque.

Οὐχ ὡς τότε δὲ ἀναβλεψάντων τῶν πρωτοπλάστων εἴρηται τὸ διηνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ τῶν δύο. δείκνυνται γὰρ καὶ πρὸ τῆς βρώσεως ὁρῶντες ἐκ τοῦ λέγεσθαι· καὶ εἶδεν ἡ γυνὴ ὅτι καλὸν τὸ ξύλον εἰς βρῶσιν καὶ ὅτι ἀρεστόν ἐστι τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν. ἀλλ' ὡς τὸ ἀπειρόκακον ἀποθεμένων διὰ τῆς παραβάσεως. ὁ δὲ τὴν γύμνωσιν ἀδιάφορον παρέσχεν ἐῤῥέθη ὅτι διηνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν. πέφυκεν γὰρ ὁ ὀφθαλμὸς ἅπας ἀπὸ τοῦ λογισμοῦ διαγείρεσθαι πρὸς ἃ βλέπει. σύνεσιν γὰρ αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν οὐκ ἔχει. ὥστε πολλάκις πρὸς ἕτερα τῆς διανοίας ἀσχολουμένης τυφλοῦ δίκη ἐνίοτε παρερ-

Non ut tunc videntibus protoplastis dictum est illud, *aperti sunt oculi utriusque*. Ostenduntur enim etiam ante comestionem fuisse videntes eo quod dicitur, *& vidit mulier quod pulchrum lignum ad comedendum & gratum oculis ad conspiciendum*, sed (a) ob inexperientiam malorum, quæ in prævaricationem erant reposita. Quia nuditas res erat indifferens, dictum est, quod aperti sunt oculi eorum. Ex natura sua oculus omnis habet ut a consideratione (b) excitetur ad ea quæ videt. Intellectum enim ipse per

(a) Intelligitur dictum esse, oculos eorum apertos, quia misere per experientiam didicerunt mala, quæ si non peccassent semper ignorassent.
(b) melius διεγείρεσθαι in textu Græco.

χώμεθα κ) τὸν πάνυ γνώριμον. καὶ ἐπειδ' ἂν ἐγκληθῶμεν τῇ ἀσχολίᾳ τȣ̃ λογισμȣ̃ τὸ αἴτιον ἀνατιθέντες ἀπολογȣ́μεθα. ȣ̃τως ȣ̃ν ὁ ἀδὰμ καὶ εὔα τῇ αἰσθήσει τȣ̃ νȣ̃ πρὸς τὴν ὄψιν διηγέρθησαν. τὸ γὰρ ἔγνωσαν ὅτι γυμνοὶ ἦσαν, ἀποκάλυψιν σημαίνει τὴν γενομένην τῷ λογισμῷ· ȣ̓κ ἀνάβλεψιν ὀφθαλμῶν. λεχθήσεται δὲ κἀκεῖνο ὅτι πρὸ τῆς ἀπειθείας ἐπειδὴ καιρὸν ȣ̓κ εἶχε τὰ τῆς παιδοποιΐας ȣ̓κ ἐδέδοτο παρὰ θεȣ̃ ἡ παρατήρησις τῆς γυμνότητος. ἀλλὰ διετέλȣν ὡς ἄσαρκοι, σαρκικῆς διαθέσεως ȣ̓́πω καιρὸν ἔχοντες. ἐπειδὴ δὲ ἡ ἀπείθεια ἐπισυμβᾶσα τὸ θνητὸν ἐπηγάγετο, εἰκότως λοιπὸν ἐνεδύθη τȣ́τοις ἡ πρὸς ἀλλήλȣς αἰδῶ. καὶ νενοήκασιν ὕστατον τῶν σχημάτων τὴν διαφορὰν προθεωρηθεῖσαν τῷ πλάσαντι πρὸς τὸ ἀναγκαῖον τῆς διαδοχῆς τȣ̃ γένȣς.

per se non habet, ita ut sæpe ad diversa a cogitatione mentis intendatur. Cœci exemplum adhibeamus: & res est omnino manifesta. Et si aliquando reprehendimur de omissione considerationis, caussam allegantes nos defendimus. Sic igitur Adam & Eva sensu mentis ad videndum erecti sunt. Illud enim, cognoverunt quia nudi erant, revelationem significat quæ cogitationi obvenerat, non visum oculis redditum. Dicetur enim & illud quod ante inobedientiam (quia locum non habuit generatio filiorum) data non erat a Deo nuditatis observatio; sed permanebant tanquam sine carne, carnalis dispositionis nullo modo habentes occasionem: Cum autem inobedientia in universum quod mortale est, invexit, merito reliquum fuit ut his daretur mutua verecundia, & considerarunt postea formarum differentiam præcognitam a creatore ad necessariam generis successionem.

περὶ τῶν φύλλων τῆς συκῆς.

De foliis ficus.

Γυμνȣ̀ς ὄντας ἑαυτȣ̀ς αἰσθόμενοι ὅ τε ἀδὰμ κ) εὔα μετὰ τὴν παράβασιν ἐκ φύλλων συκῆς ἐποίησαν ἑαυτοῖς περιζώματα. αἰνιττόμενοι διὰ τȣ̃ ξύλȣ τὸν τρόπον τῆς κακοπραγίας. ὡς γὰρ ἡδὺς ὁ καρπὸς τῆς συκῆς, τραχὺ δὲ καὶ πικρώτατον τὸ φύλλον, ȣ̃τως πᾶσα ἁμαρτία ἐν τῇ πράξει δείκνυται ἡδεῖα· μετὰ δὲ ταῦτα ὀδύνην παρέχει τῷ πεπραχότι. τί ȣ̃ν πάλιν ἡ γραφή; κ) ἤκȣσαν τῆς φωνῆς κυρίȣ τȣ̃ θεȣ̃ περιπατȣ̃ντος ἐν τῷ παραδείσῳ τὸ δειλινὸν κ) ἐκρύβησαν ὅτε ἀδὰμ κ) ἡ γυνὴ αὐτȣ̃ ἐν μέσῳ τȣ̃ ξύλȣ τȣ̃ παραδείσȣ. μετὰ τὸ τόλμημα εἰς συναίσθησιν ἐλθόντες τοῦ

Senserunt se nudos esse Adam, & Eva, cum post transgressionem de foliis ficus sibi fecerunt subligacula lumbaria, significantes modum iniquitatis per lignum admissæ. Ut enim dulcis fructus ficus, asperum vero est, & amarissimum folium, sic peccatum omne dum patratur apparet dulce, postea dolorem affert ei qui peccavit. Quid rursus scriptura? Et audierunt vocem Domini Dei deambulantis in Paradiso tempore pomeridiano, & tunc absconderunt se Adam & uxor ejus in medio ligni Paradisi. Post facinus audax in sensum venientes delicti judiciali timo-

mo-

πταίσματος τῷ κριτικῷ κρατοῦνται φόβῳ, καὶ κρύπτεσθαι οἴονται τὸν ἀλάθητον ὀφθαλμὸν καὶ παραιτοῦνται τὴν πρόσοδον καὶ ἀναδύονται τὴν παράστασιν. οὕτω δὲ αὐτοὺς κεκλονημένους ὑπὸ τοῦ δέους θεασάμενος ἀνακαλεῖται ὡς πατὴρ φιλόστοργος ὁ θεὸς καί φησιν· ἀδὰμ ποῦ εἶ; καὶ εἶπεν αὐτῷ· τῆς φωνῆς σου ἤκουσα περιπατοῦντος ἐν τῷ παραδείσῳ καὶ ἐφοβήθην ὅτι γυμνός εἰμι, καὶ ἐκρύβην.

περὶ τῆς καταδίκης τῶν πρωτοπλάστων καὶ τοῦ ὄφεως.

Ἦν οὖν λοιπὸν ἰδεῖν βῆμα καὶ δικαστήριον ὀξὺ καὶ φοβερὸν τὸ τρυφηλὸν ὑπάρχοντα τοῦ παραδείσου χωρίον. ἀγαγὼν γὰρ εἰς μέσον τοὺς βλαβέντας καὶ τὸν βλάψαντα, καὶ τὸν μὲν ὄφιν εὑρηκὼς ἀδικήσαντα, τὴν δὲ εὔαν ἀδικηθεῖσαν, καὶ τὸν ἀδὰμ συναδικηθέντα, ὡρίσατο ἑκάστῳ τὴν προσήκουσαν τιμωρίαν. τὸν γὰρ ὄφιν ἐπικατάρατον ἀποφήνας, ἐπὶ τῷ στήθει καὶ τῇ κοιλίᾳ κατεδίκασε σύρεσθαι καὶ γῆν ἐσθίειν ἀντὶ ἐδωδίμου τρυφῆς. τὴν δὲ εὔαν σύντροφον ἔχειν τὴν λύπην καὶ ἐν ὀδύναις τίκτειν ἐδικαίωσε. τὸν δὲ ἀδὰμ ἐν ἱδρῶτι τοῦ προσώπου ἐσθίειν τὸν ἄρτον ἔκρινεν ἕως ὅτου ἐπιστρέψαι αὐτὸν εἰς τὴν γῆν ἐξ ἧς ἐλήφθη. εἶτα αὖθις ἡ γραφή· καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τῷ ἀδὰμ καὶ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ χιτῶνας δερματίνους καὶ ἐνέδυσεν αὐτούς. καὶ εἶπεν ὁ θεός· ἰδοὺ ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν τοῦ γινώσκειν τὸ καλὸν καὶ πονηρόν. καὶ νῦν μήποτε ἐκτείνῃ τὴν χεῖρα καὶ λάβῃ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς καὶ φάγῃ καὶ ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. ἔστι τοίνυν ἐκ τῶν εἰρημένων νοεῖν ὅτι ἠδύνατο ὁ ἄνθρωπος καὶ μετὰ τὴν παράβασιν εἰς αἰῶνας ζῆν εἰ ἐγεύσατο τοῦ τῆς ζωῆς ξύλου. διό, ἵνα μὴ κακὸν ἀθάνατον ᾖ ὁ ἄνθρωπος, θνη-

more corripiuntur; & latere se putant oculo illi cui nihil latet: & occursum vitant, & animi sui fiduciam accusant. Ita turbatos eos præ timore videns vocat ut pater indulgens Deus, & ait: *Adam ubi es? Et respondit ei*: Vocem tuam audivi dum deambulabas in Paradiso, & timui quia nudus sum, meque abscondi.

De condemnatione primorum parentum, & Serpentis.

Reliquum erat itaque tribunal videre & judicium acerbum & terribile factum esse Paradisum, locum antea voluptatis. Cum in medium adduxisset & læsos, & qui læserat, & serpentem deprehendisset nocuisse, Evam vero injuriam passam, & Adam eadem passum, unicuique convenientem pœnam inflixit. Serpentem enim execrabilem nuncupans super pectore & ventre suo ut traheret se condemnavit, & terram comederet pro conveniente cibo. Evam vero sociam habere ægritudinem, & in dolore parere, justum censuit. Adam tandem in sudore vultus comedere panem statuit quousque in terram converteretur, ex qua sumptus fuit. Rursus deinde Scriptura: *Et fecit Deus Adam & mulieri ejus tunicas pelliceas, & induit eos. Et dixit Deus: ecce Adam factus est ut unus ex nobis cognoscere bonum & malum. Et nunc ne ullo modo extendat manum & accipiat de ligno vitæ & comedat, & vivat in sempiternum.* Licet ergo ex dictis intelligere, potuisse hominem etiam post transgressionem in secula vivere, si gustasset de ligno vitæ. Ideo ne malum immortale esset ho-

 mo,

τὸν αὐτὸν ἀπεφήνατο ὁ θεὸς νεκρότητι περιβάλλων. τοῦτο γὰρ οἱ δερμάτινοι χιτῶνές σημαίνουσιν, ἀπὸ τοῦ λόγου τῆς τῶν ζώων νεκρότητος. ὅπως διὰ λύσεως τοῦ σώματος καὶ τῆς δέσεως, ἡ ἁμαρτία πᾶσα αὐτοπρέμνως διαφθαρῇ.

mo, mortalem ipsum declaravit mortalitate circumdans. Hoc enim pelliceæ tunicæ significant per rationem a mortalitate animalium desumptam; ut per solutionem corporis, & (*a*) occasum peccatum omne naturaliter pereat.

εἰς τό· ἰδοὺ ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν.

In illud: *ecce Adam factus est ut unus ex nobis*.

Εἴρηται δὲ ὑπὸ τοῦ θεοῦ τάδε ἰδοὺ ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν, οὐχ ὡς προκόψοντος αὐτοῦ διὰ τῆς ἀπειθείας ἐπὶ τὴν ἀρετῆς τε καὶ κακίας γνῶσιν, ἀλλ' ὡς τοιούτου ἐξ ἀρχῆς πλασθέντος, φθάσασα γὰρ εἶπεν ἡ γραφὴ ὅτι ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον· κατ' εἰκόνα θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. ὁ δὲ πλασθεὶς κατ' εἰκόνα θεοῦ δῆλον, ὡς προκαταβεβλημένην εἶχεν ἐν τῇ φύσει τὴν γνῶσιν τοῦ καλοῦ τε καὶ πονηροῦ. διὸ ἵνα μὴ τῇ αὐτεξουσιότητι κεχρημένος λάβῃ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς καὶ γίνηται κακῶς ἀθάνατος, ἐξεβλήθη σὺν τῇ εὔᾳ εἰς τὴν γῆν τῆς κτίσεως αὐτοῦ. τί γὰρ μετὰ ταῦτα πάντα ἡ θεία γραφή; καὶ ἐξαπέστειλεν αὐτὸν κύριος ὁ θεὸς ἐκ τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς, ἐργάζεσθαι τὴν γῆν ἐξ ἧς ἐλήφθη. καὶ κατῴκησεν αὐτὸν ἀπέναντι τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς. καὶ ἔταξε τὰ χερουβὶμ καὶ τὴν φλογίνην ῥομφαίαν τὴν στρεφομένην φυλάσσειν τὴν ὁδὸν τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς.

Dictum est a Deo: *ecce Adam factus est sicut unus ex nobis ad cognoscendum bonum & malum;* non quasi progressurus is esset per inobedientiam ad virtutis & malitiæ cognitionem, sed ut hac præditus ab initio suæ creationis. Prævenerat enim Scriptura dicens, Deum fecisse hominem secundum imaginem Dei. Qui autem formatus fuerat secundum imaginem Dei, manifestum est eundem naturaliter antea concessam habuisse cognitionem boni & mali. Ideo ne libero arbitrio usus caperet de ligno vitæ, & absurde immortalis fieret, simul (*b*) cum Eva in terram creationis ejus fuit ejectus. Quid enim post hæc omnia divina Scriptura? *Et misit ipsum Dominus Deus extra Paradisum voluptatis*, ut exerceret terram de qua sumptus fuerat, & transtulit ipsum ex adverso Paradisi voluptatis, & constituit Cherubim & frameam ignitam & versatilem ad custodiendam viam ligni vitæ.

De

(*a*) Non δέσεως, δέσις coniunctio contrarium atque oportet significaret. Corrigenda vox in δύσεως *occasus*, *mors* a δύω *occido*, *occidere facio*.

(*b*) Similia his habentur in libello quem Reverendissimus Trombellius e Veteri Manuscrip. edidit tributum S. Hilario n. 6. in quem locum vide adnotationes ejus.

περὶ τῶν χερυβὶμ ϗ τῆς φλογίνης ῥομφαίας.

Μετὰ τὸ βληθῆναι τὸν ἄνθρωπον ἔξω τοῦ μακαρίου χωρίου ἀκαταμάχητοι φρουροὶ ϗ λίαν ὑπέροπτοι φυλάττειν τὴν ὁδὸν τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς ἐτάχθησαν ὡς μηδένα τοῦ λοιποῦ ἰσχύειν παρελθεῖν ποσὶ βεβήλοις ἐκεῖνον τόπον. ϗ γὰρ μάχαιρα φλογίνη ἐτέθη ἐκεῖ ἐπὶ τῷ τὸν πλησιάζοντα ἐξ ὕλης ὑπάρχοντα πυρὶ φθειρόμενον ἀναλίσκεσθαι παρ' αὐτὰ ϗ ἀπόλλυσθαι. στρέφεται δὲ ἡ ῥομφαία, ἵνα ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ ὅτε ϗ ὁ ἄνθρωπος οἰκήτωρ γίνεται τοῦ παραδείσου· τοὺς μὲν δικαίους φωτίσει παρερχομένους ἐπὶ τὸν θεῖον τῆς ἀθανασίας χῶρον· τοὺς δὲ ἀδίκους εἴγε προσεγγίσοιεν, καταφλέξει. ἐξελθὼν τοίνυν ὁ ἀδὰμ σὺν τῇ εὔᾳ ἐκ τοῦ παραδείσου ϗ συνελθὼν αὐτῇ ἐγέννησεν τὸν κάϊν. εἶτα μετ' αὐτὸν τὸν ἄβελ. ἦν δὲ κάϊν μὲν γεωργὸς γῆς. ἄβελ δὲ ποιμὴν προβάτων. τοῦ δὲ ἄβελ ἐκ τῶν πρωτοτόκων προβάτων δῶρα θύσαντος τῷ θεῷ ϗ τοῦ θεοῦ δεξαμένου· ϗ τοῦ κάϊν οὐκ ἐκ τῶν πρωτογεννημάτων, ἀλλὰ μετὰ τὴν ἰδίαν ϗ κοινὴν τῶν καρπῶν ἀπόχρησιν, θεῷ προσκομίσαντος ϗ τοῦ θεοῦ μὴ δεξαμένου· τοῦτο δὲ ἐγένετο φανερὸν διὰ τοῦ ἐξαποσταλέντος οὐρανόθεν πυρὸς εἰς τὴν τῶν προσενεχθέντων ἐξανάλωσιν· ἐζήλωσεν ὁ κάϊν ἄβελ. διατί οὖν τοῦ κάϊν οὐ προσήκατο τὴν προσφορὰν ὁ θεός; ὅτι μὴ τὰ ἀκροθίνια τῶν γεννημάτων μήτε τὰ πρωτογεννήματα προσήνεγκε τῶν καρπῶν τῷ θεῷ. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἑαυτῷ, θεὸν δὲ ἀσεβῶν τοῖς δευτέροις ἐτίμα. διατί δὲ τὴν μὲν ἐκ θυμάτων τοῦ ἄβελ προσφορὰν δῶρα ἡ γραφὴ προσαγορεύει, τὰ δὲ τῶν καρπῶν τοῦ κάϊν δῶρα θυσίαν ὀνομάζει; δῶρον μὲν ἡ τοῦ ἄβελ ὠνομάσθη θυσία ἐπειδὴ τοὺς δωρου-

De Cherubim, & ignita framea.

Post ejectum hominem extra beatum locum (a) invicti custodes, & diligenter vigilantes in custodienda via ligni vitæ jussi fuerunt ut nemo de cetero pedibus impuris ad eum locum accedere posset. Etenim gladius ignitus ibi positus fuit ut qui accederet, si materia constaret, igni correptus ad perniciem iret per illum, & omnino periret. Versatilis est gladius, ut in regeneratione quando & homo habitator evadit Paradisi, justos quidem illuminet advenientes in divinum immortalitatis locum; iniquos si propius accesserint, comburat. Egressus itaque simul cum Eva e Paradiso, & cum ea conveniens genuit Cain; deinde Abel post illum. Erat autem Cain agricola: Abel autem pastor ovium. Atque hic ex primiparis ovium cum dona sacrificaret Deo, & Deus recepisset, & Cain non ex primitiis, sed post suum & communem fructuum abusum Deo afferret, & Deus non reciperet: (Idque manifestum fuit ex igne, qui missus fuit de cœlo ad oblatorum consumptionem) Cain invidia adversus Abel motus est. Cur ergo oblationem Cain non admisit Deus? Quia primitias frugum, & primos fructus Deo non obtulit, sed hæc sibi servavit: & neglecto Deo secundaria in honorem illius voluit deferre. Cur autem oblationem sacrificiorum Abel dona Scriptura vocat, fructuum vero Cain dona sacrificium nominat? Donum quidem dictum est sacrificatio, quia donantes imi-

(b) Videtur supponere ignitam frameam alterum præter Angelum fuisse Paradisi custodem; quod in sequentibus plenius explicatur.

μένȣς μιμησάμενος θεῷ προσκομίζει τὸ θῦμα. ὃν γὰρ τρόπον οἱ δωρȣ́μενοι πρὸς ἀρέσκειαν τῶν κομιζομένων ϗ τὸ μάλιςα κάλλιςον ἐπιλέγονται ϗ πᾶν ϗ ὁλόκληρον ϗ μηδὲν ἐξ αὐτȣ̃ τὸ σύνολον ἀποτεμνόμενοι προσκομίζȣσι τοῖς φίλοις τὸ δῶρον, ȣ̔́τω ϗ ὁ ἄβελ τῶν ζώων θύει τὰ πρωτότοκα ϗ τῶν κρεῶν προσφέρει τὰ πιότατα. ἔοικε γὰρ ἐπιδιαιρεῖν ὁ θύων, ϗ τὸ μὲν αἷμα τῷ θυσιαςηρίῳ προσχέειν, τὰ δὲ κρέα οἴκαδε κομίζειν. ὁ δὲ δωρȣ́μενος παντὶ τῷ λαμβάνοντι παραχωρεῖ τὸ δῶρον. ȣ̔́τως οἶμαι τὰ πρωτότοκα καθιερȣ̃ν τὸν ἄβελ, φιλόθεον μᾶλλον ἢ φίλαυτον τὴν ἑαυτȣ̃ συνίςησι προαίρεσιν. ἑαυτῷ δὲ κάϊν ἀπονέμων τὰ πρωτογεννήματα ϗ τῶν δευτερίων ἀσεβῶς τὸν θεὸν ἀξιῶν, τῷ ϗ μεθ᾽ ἡμέρας ἀλλὰ μὴ εὐθέως προσενεγκεῖν, φίλαυτος μᾶλλον ἢ φιλόθεος ἐξελέγχεται. ϗ αὐτὸς μὲν εἰκότως προσκρȣ́ει· τὸ δὲ δῶρον ὡς ἀδόκιμον αὐτῷ προσρίπτεται. τȣ́των ȣ̓̃ν ὧδε ἐχόντων ἀνέςη κάϊν ἐπὶ ἄβελ τὸν ἀδελφὸν αὐτȣ̃ καὶ ἀπέκτεινεν αὐτόν. βοῶντος δὲ τȣ̃ αἵματος ἐπήκȣεν ὁ θεὸς, δικαίων γὰρ ἐπακȣ́ει κἂν τελευτήσαντες ὦσιν, ἀδίκων δὲ ϗ αὐτὸς ἀποςρέφεται τὰς εὐχάς, τιμωρεῖται τὸν κάϊν ȣ̓κ ἀνελὼν αὐτίκα, ἀλλὰ τρόμον αὐτῷ ϗ ςεναγμὸν ἐπὶ πάντα τὸν βίον ἐπαρασάμενος. διόπερ ἐκείνȣ θάνατον ὡς φονέως ὑφορȣμένου, φησὶν ὁ θεός· ȣ̓χ ȣ̔́τως. πᾶς ὁ ἀποκτείνας κάϊν ἑπτὰ ἐκδικȣ́μενα παραλύσει. ὡσάν τις εἴποι· μηδὲ μικρὰν μηδὲ παρατρέχȣσαν εἶναι τὴν κατὰ σȣ̃ δίκην ὑπολάβῃς. μηδὲ μεγάλα προσδοκήσεις τῇ κατὰ τὸν θάνατον συντομίᾳ, τὰ ἐπὶ τȣ̃ ζῆν διαδιδράσκειν καλά. ἀλλὰ χρή σε τȣ̃ ἁμαρτήματος ἰσόῤῥοπον ὑφορᾶσθαι τὴν ἐπιτιμίαν. τοιγαρȣ̃ν ὁ τȣ̃ μεγίςȣ τῶν ἀδικημάτων τοῖς ἄλλοις ὑφηγητὴς ἑπταπλασίως τιμωρηθείσῃ.

imitatus offert Deo sacrificium, Sicut enim donantes curam habent placendi recipientibus, & optimum seligunt, & omne & integrum, & ex eo nihil prorsus præcidentes offerunt amicis donum, sic etiam Abel animalium primos partus sacrificat, & carnium pinguedinem affert. Visum est enim insuper distingui qui sacrificat: sanguinem siquidem in altari fundit, carnes domum portat. At qui donat ei qui donatur (*a*) donum totum largitur. Sic puto primogenita sacrasse Abel amore Dei magis quam sui ipsius & consilium & opus suum instituisse. At Cain qui primogenita sibi reservat & de secundariis irreverenter Deum honorat, itemque cum mora, & non statim offert, se amare magis quam Deum convincitur. Et ipse merito offendit, donum vero tanquam ipsi improbandum abjicitur. Cum itaque sic res se haberet, insurrexit Cain contra Abel fratrem suum & eum occidit. Clamantem sanguinem audiebat Deus: justos enim audit etiamsi mortui sint, iniquorum vero & ipse preces repellit. Punit Cain non statim interficiens, sed ad tremorem, & gemitum in omnem vitam damnavit. Hinc de illius morte ut homicidæ manifesti dixit Deus: *Non ita: Omnis qui occiderit Cain, septies pœnas luet*. Ut si quis dicat: Neque parvam neque transeuntem fore contra te vindictam suspiceris: Neque multum speres in brevitate mortis, quæ (*b*) malorum vitæ commodum est effugium. Sed opus est, te pœnam peccato parem timere. Igitur maximæ injustitiæ qui se aliis ducem fecit, sep-

(*a*) non παντὶ legerem, sed πᾶν τι, quodcunque.
(*b*) καλὰ corrige κακά.

ἐπειδὴ δὲ τὸ ἐκδικούμενον διχῶς νοεῖται. τό τε ἁμαρτηθὲν ἐφ' ὃ ἡ ἐνδίκησις, καὶ ὁ τρόπος τῆς κολάσεως δι' οὗ ἡ ἐκδίκησις, ἴδωμεν εἰ ἑπτὰ τρόποι βασανιστηρίων ἐπεισήχθησαν τῷ πονηρευσαμένῳ. τὰ μὲν οὖν ἑπτὰ ἁμαρτήματα τοῦ κάϊν ταῦτά ἐστιν. πρῶτον ἁμάρτημα φθόνος, ἐπὶ τῇ προτιμήσει τοῦ ἀδελφοῦ. δεύτερον δόλος μεθ' οὗ διελέχθη τῷ ἄβελ εἰπών· διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον. τρίτον φόνος προσθήκη τοῦ κακοῦ. τέταρτον ὅτι καὶ ἀδελφοφόνος, μείζων ἡ ἐπίτασις. πέμπτον ὅτι καὶ πρῶτος φονεὺς ὁ κάϊν πονηρὸν ὑπόδειγμα τῷ βίῳ καταλιπών. ἕκτον ἀδίκημα ὃ καὶ γονεῦσι πένθος ἐποίησεν. ἕβδομον ὅτι θεὸν ἐψεύσατο. ἐρωτηθεὶς γάρ· ποῦ ἄβελ ὁ ἀδελφός σου; εἶπεν οὐκ οἶδα. ἑπτὰ οὖν τὰ ἐκδικούμενα παρελύετο ἐν τῷ ἀναιρεθῆναι τὸν κάϊν. ἐντεῦθεν ἀριθμεῖ τὰς τιμωρίας. ἐπικατάρατος σὺ ἀπὸ τῆς γῆς, ἣ ἔχανεν τὸ στόμα αὐτῆς δέξασθαι τὸ αἷμα τοῦ ἀδελφοῦ σου. μία κόλασις. ἔργα τὴν γῆν. δευτέρα αὕτη. ἀνάγκη γάρ τις ἄρρητος συνέζευκτο αὐτῷ πρὸς τὸ ἔργον τῆς γῆς αὐτὸν κατεπείγουσα ὥστε μηδὲ βουλομένῳ αὐτῷ ἐξεῖναι ἀναπαύεσθαι ἀλλ' ἀεὶ προσταλαιπωρεῖσθαι αὐτὸν τῇ ἐχθρᾷ αὐτοῦ γῇ ἣν ἐπικατάρατον ἑαυτῷ ἐποίησε μιάνας ἀδελφικῷ αἵματι. καὶ οὐ προσθήσει δοῦναί σοι τὴν ἰσχὺν αὐτῆς. καίτοι εἰ καὶ τὸ τῆς ἐργασίας ἄπαυστον εἶχέν τινα καρπόν, αὐτὸς ὁ πόνος οὐ μετρία βάσανος ἦν τῷ κατατεινομένῳ ἀεὶ καὶ κοπιῶντι. ἐπειδὴ δὲ καὶ ἐργασία ἄπαυστος· καὶ ἄκαρπος ἡ περὶ τὴν γῆν ταλαιπωρία, οὐ γὰρ ἐδίδω

ſeptuplum punietur. Quia vero quod vindicatur, dupliciter ſolet conſiderari, nempe peccatum in quo cadit ultio, & modus punitionis, propter quem eſt ultio; videamus an (*a*) ſeptem rationes cruciatuum in eo, qui tantopere egit maligne, convenerint. Septem peccata Cain ſunt iſta. Peccatum primum invidia, quod ſibi prælatus fuit frater. Secundo dolus quo allocutus eſt Abel dicens: *in campum exeamus*. Tertium cædes, additamentum mali. Quartum quod & cædes fratris, majus augmentum. Quintum quod & primus homicida Cain ſceleſtum exemplum vitæ reliquit. Sextum injuria parentum quibus luctum fecit. Septimum quod Deo mentitus fuit: Interrogatus enim ubi Abel frater tuus? reſpondit, non novi. Septem ergo pœnas incurrebat qui Cain peremiſſet. Enumera hinc punitiones. *Maledictus tu a facie terræ, quæ os ſuum aperuit, & ebibit ſanguinem fratris tui*: Prima pœna. Cole terram: hæc altera. Neceſſitas enim quædam inexplicabilis injuncta fuit ipſi ad opus terræ, quæ ipſum extimulet ita ut neque ſi velit, liceat ei requieſcere, ſed ſemper defatigari in terra ſibi inimica neceſſe ſit, quam maledictam ſibi ipſi fecit, cum eam ſanguine fraterno fœdavit. Et non adjiciet dare tibi vires ſuas. Quanquam etiamſi labor indeficiens fructum aliquem afferat, ipſe labor non mediocris cruciatus erat contendenti ſemper & laboranti: ſiquidem cultura interminabilis & in-

E fru-

(*a*) Nonnulla adjuncta & acceſſiones, vel ut alii dicunt circumſtantias, quæ tanto gravius fecerunt peccatum Cain, affert S. Joann. Chryſoſtomus hom. 19. in Gen. Iſtæ hoc in loco explicatæ ſimiles ſunt iis quæ leguntur in quæſt. 62. interpretat. ex Veteri Teſtamento quæ tribuuntur S. Athanaſio.

πλὼ ἰσχὺν. τρίτη αὕτη ἐςὶ τιμωρία ἡ ἀκαρπία τῶν πόνων. ςένων ϗ τρέμων ἔσῃ ἐπὶ τῆς γῆς. δύο προσέθηκεν ἄλλας ταῖς τρισί, ςεναγμὸν διlωεκῆ ϗ τρόμον τȣ̃ σώματος τὸν ἐκ τῆς ἰσχύος ςηριγμὸν τῶν μελῶν ȣ̓κ ἐχόντων. ἐπειδὴ γὰρ κακῶς ἐχρήσατο τῇ δυνάμει τȣ̃ σώματος ὑφαιρέθη αὐτȣ̃ ὁ τόνος ὥςε κλονεῖσθαι αὐτὸν καὶ κατασείεσθαι. ἄλλη τιμωρία ἣν αὐτὸς ἀπεκάλυψεν ὁ κάϊν εἰπών· εἰ ἐκβάλλεις με νῦν ἀπὸ τῆς γῆς, ϗ ἀπὸ τȣ̃ προσώπȣ σȣ κρυβήσομαι. τί ἐςιν εἰ ἐκβάλλεις με ἀπὸ τῆς γῆς; τȣτέςιν εἰ χωρίζεις με τῆς ἀπ᾽ αὐτῆς ὠφελείας. ȣ̓ γὰρ μετετίθετο ἐφ᾽ ἕτερον τόπον, ἀλλ᾽ ἠλλοτριȣ̃το τῶν ἀπ᾽ αὐτῆς καλῶν. ϗ ἀπὸ τȣ̃ προσώπȣ σȣ κρυβήσομαι. ἡ βαρυτάτη κόλασις τοῖς σωφρονȣ̃σι, ἀπὸ τȣ̃ θεȣ̃ χωρισμός, ϗ ἔςαι φησὶν πᾶς ὁ εὑρίσκων με ἀποκτενεῖ με. εἰκάζει ἐκ τȣ̃ ἀκολȣ́θȣ τῶν προαγόντων: εἰ ἀπὸ τῆς γῆς ἐκβάλλεις με ϗ ἀπὸ τȣ̃ προσώπȣ κρυβήσομαι, ἕπεσθαι ἀπὸ παντὸς ἀναιρεῖσθαι.

fructuosa terræ miseria est, quia vires seu fructus uberes non dabat. Tertia pœna hæc est, labores fructu carentes. Gemens eris & tremens super terram. Duas alias tertiæ addidit, Gemitum perpetuum, & tremorem corporis, membris nempe a propria virtute non habentibus firmitatem. Etenim quia abusus erat virtute corporis, ei propterea ablatus fuit tonus & contentio ut agitatus esset, & concussus. Aliam pœnam ipse declaravit Cain: si me inquit ejicis nunc a facie terræ, etiam a facie tua abscondar. Quid est, si ejicis me a facie terræ? hoc est si separas me ab emolumentis ex ea provenientibus, Neque enim transferebatur in alium locum, sed a bonis ejus excludebatur. Et a facie tua abscondar. Gravissima omnium pœna bene moratis, a Deo separari. Et erit inquit omnis qui inveniet me, occidet me. Colligit hoc consequens e præmissis; si a facie terræ ejicis me, & a facie tua abscondar, sequitur, a quocunque me occidendum.

Τί ȣ̃ν ὁ θεός; ȣ̓χ ȣ̃τως. ἀλλ᾽ ἔθετο σημεῖον ἐπ᾽ αὐτῷ. ἑβδόμη αὕτη τιμωρία, τὸ μηδὲ κρύπτεσθαι τlὼ τιμωρίαν, ἀλλὰ σημείῳ προδήλῳ πᾶσι προκεχυρῆχθαι ὅτι ȣ̃τός ἐςιν ὁ τῶν ἀνοσίων ἔργων δημιȣργός. καὶ γὰρ ὀρθῶς λογιζομένῳ βαρυτάτη κολάσεως ἡ αἰσχύνη, ἣν ϗ περὶ τῆς κρίσεως μεμαθήκαμεν. ὅτι ȣ̃τοι ἀναςήσονται εἰς ζωlὼ αἰώνιον ϗ ȣ̃τοι εἰς αἰσχύνlὼ ϗ ὀνειδισμὸν αἰώνιον. τρέμων ȣ̃ν ϗ ςένων ὁ κάϊν καθάπερ δαίμονι κάτοχος ἐν ἐπιληψίᾳ πάντα τὸν ἑξῆς αὐτȣ̃ διῆγεν βίον. τȣ̃το τὸ μὴ ἀναιρεθlῶαι παρὰ θεȣ̃

Quid igitur Deus? Nequaquam. Sed posuit signum. Septima hæc pœna pœnam ipsam non abscondi, sed manifesto signo omnibus præmonstrari; quod hic est iniquorum operum auctor. Quicunque enim recte cogitat, gravissimam punitionis pœnam putat infamiam, quam item in futuro judicio didicimus: quoniam alii resurgent in vitam æternam, alii in ignominiam & infamiam æternam. Tremens igitur & gemens Cain tanquam a dæmone occupatus in epilepsia omnem reliquam vitam suam degere coactus fuit. Hoc ne occideretur signum a Deo cum habuisset Cain,

uxo-

λαβὼν τὸ σημεῖον, σαυὰν δὲ τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ λαβὼν ὁ κάϊν εἰς γυναῖκα, ἐκτίσατο υἱὸν ἐνὼς. ἐκ τούτου γίνεται γαϊδὰδ, ἐξ οὗ μαθουσάλα· ὁ δὲ μαθουσάλα γεννᾷ τὸν λάμεχ. οὗτος δύο γυναῖκας ἀγόμενος ἀδδὰδ καὶ σέλλαν, ἰουβὰλ μὲν κιθαριστὴν, ἰωβὴλ δὲ κτηνοτρόφον ἐκ τῆς ἀδδᾶς παῖδας ἐκτήσατο. θομὲλ δὲ σφυροκόπον χαλκοῦ καὶ σιδήρου καὶ νοεμμὰν θυγατέρα ἐκ τῆς σέλλας. καὶ τὸ μὲν ἐκ κάϊν γένος μέχρι τούτου μνήμης τῆς ἐν βίβλοις ἠξίωται, καὶ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν πατέρων ἀποκεκύρηκται. ἵνα μηδὲ τοῖς πρώτοις εἴη συνταττόμενον, μηδὲ τῶν ἑξῆς ἀφηγουμένοις. διὰ δὲ τὸ τῆς προαιρέσεως ἄγριον ὥσπερ ἐπὶ ἄλογον ἐκ τῆς λογικῆς φύσεως ἐξώσιςαι. τὸ δὲ παρὰ τοῦ λάμεχ ταῖς γυναιξὶν εἰρημένον ὅτι ἄνδρα ἀπέκτεινα εἰς τραῦμα

uxorem accepit (a) Savan sororem suam, & filium (b) Enos procreavit. Ex hoc nascitur Gaidad: ex quo Mathusala. Mathusala vero genuit Lamech. Hic duabus uxoribus ductis Addad & Sellan, Jubal quidem citharistam, Jobel vero jumentorum pastorem ex Adda filios sibi comparavit. (c) Thomel autem malleatorem æris & ferri, & Noemman filiam ex Sella: & progenies Cain usque ad hunc in Bibliis memoriæ consignata est, & a numero Patrum ablata; ita ut neque prioribus, neque iis qui deinceps memorantur, conjuncta sit, sed propter acerbitatem rei, tanquam irrationale ex natura rationali servatum est. Quod vero Lamech uxoribus dixit, quia virum occidi in vulnus mihi, & juvenem in vibicem

(a) Nomen mulieris sumptum est ex hæresi 39. Sethianorum c. 6. apud S. Epiphanium. In Excerptis Malalæ uxor Cain dicitur Azura primogenita soror ejus; altera Asua natu minor uxor Seth. Apud Syncellum, *Cain agens annum 65. uxorem duxit Asuam annos agentem 50.*

(b) In hoc nomine & deinceps textus librariorum oscitantia corruptus est. Nomina Patriarcharum perturbantur. Permiscentur deinde per injuriam historiæ sacræ duæ progenies Cain et Seth. Henoch in Enos convertitur &c. Lamech qui est sextus a Cain, idem putatur ac Lamech pater Noe qui est nonus a Seth &c. Ut aliqua textui medicina adhibeatur, addenda successio Cain ex Bibliis.

Adam

Abel

Cain
Henoch
Irad
Maviael
Mathusael
Lamech
Jabel — Jubal — Tubalcain

Seth
Enos
Cainan
Malaleel
Jared
Henoch
Mathusalam
Lamech
Noe

(c) Græcus textus Bibliorum quem noster sequi solet, habet Tholeb qui est Hebræo et Vulgatæ Tubalcain. In isto nomine, et hominis arte quilibet Vulcanum Latinorum agnoscere facile potest effictum.

ἐμοὶ καὶ νεανίσκον εἰς μώλωπά μοι. ὅτι ἑπτάκις ἐκδεδίκηται ἐκ καϊν, ἐκ δὲ λάμεχ ἑβδομηκοντάκις ἑπτά, νομίζουσί τινες ὑπὸ τοῦ λάμεχ ἀναιρεῖσθαι τὸν καϊν ὡς μέχρι τῆς γενεᾶς ἐκείνης διαρκέσαντος αὐτοῦ, ἐπὶ τῷ μακροτέραν δοῦναι τὴν τιμωρίαν. ἔστι δὲ οὐκ ἀληθές. δύο γὰρ φαίνεται πεποιηκὼς ἐξ ὧν αὐτὸς διηγεῖται, ὅτι ἄνδρα ἀπέκτεινα καὶ νεανίσκον. τὸν ἄνδρα εἰς τραῦμα, καὶ τὸν νεανίσκον εἰς μώλωπα. ἄλλο οὖν τραῦμα καὶ ἄλλο μώλωψ. καὶ ἄλλο ἀνήρ, καὶ ἄλλο νεανίσκος. ὅτι εἰ ἐκ καϊν ἐκδεδίκηται ἑπτάκις, ἐκ δὲ λάμεχ ἑβδομηκοντάκις ἑπτά, τετρακοσίας καὶ ἐννενήκοντα τιμωρίας ὑποσχεῖν εἰμὶ δίκαιος, εἴπερ δικαία ἡ κρίσις τοῦ θεοῦ ἐπὶ τῷ καϊν ὥστε ἑπτὰ αὐτὸν ὑποσχεῖν κολάσεις. ὁ μὲν γὰρ ὥσπερ οὐκ ἔμαθεν παρ᾽ ἄλλου τὸ φονεύειν, οὕτως οὐδὲ εἶδεν τιμωρίαν ὑποσχόντα φονευτήν. ἐγὼ δὲ ἐν ὀφθαλμοῖς ἔχων τὸν στένοντα καὶ τρέμοντα καὶ τὸ μέγεθος τῆς ὀργῆς τοῦ θεοῦ οὐκ ἐσωφρονίσθην τῷ ὑποδείγματι. ὅθεν ἄξιός εἰμι υ καὶ ϟ δοῦναι κολάσεις. ἔνιοι δέ τινες πρὸς τοιοῦτον ὥρμησαν λόγον. οὐκ ἀπάδονται τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ δόγματος. ὅτι ἀπὸ τοῦ καϊν ἕως τοῦ κατακλυσμοῦ ἑπτὰ παρεληλύθασι γενεαὶ καὶ εὐθὺς ἐπήχθη πάσῃ τῇ γῇ ἡ τιμωρία διὰ τὸ πολλὴν γενέσθαι σύγχυσιν τῆς ἁμαρτίας. τὸ δὲ ἁμάρτημα τοῦ λάμεχ

cem mihi; quia septies ultio data est de Cain, de Lamech autem septuagies septies, putant aliqui a Lamech peremptum fuisse Cain perinde atque ad eam generationem hic perduravisset, ut tanto longiorem daret pœnam. Quod verum non est. Duo enim fecisse apparet de quibus ipse facit commemorationem: quia (*a*) virum occidi, & juvenem: virum in vulnus, & juvenem in vibicem. Sed aliud est vulnus, aliud vibex, & aliud vir, & aliud juvenis; quia si de Cain septies ultio danda judicata est, de Lamech septuagies septies, quadringentas & nonaginta pœnas sufferre merear (inquit) si justum est Dei judicium de Cain, ut septem puniriones patiatur. Ut enim ab alio non didicit cædem facere, sic neque vidit occisorem pœnam pati. Ego vero habens sub oculos gementem & trementem & magnitudinem iræ divinæ, eo exemplo temperans factus non sum; hinc dignus sum qui CCCC. & LXXXX puniriones feram. Quidam vero ad hanc rationem progressi sunt. Non acquiescunt (*b*) Ecclesiastico dogmati, quia a Cain usque ad diluvium [*c*] septem præterierunt generationes, & statim universæ terræ inflicta est punitio, quia magna erat (*d*) peccatorum confusio. Peccatum autem La-

(*a*) Quis a Lamech fuerit occisus, ignoratur. Severus dicit putari a prudentibus prætermissum in Scriptura. ut futuro Mysterio effusionis sanguinis Christi designaretur peccatum Lamech idest gravissimum quoque omnium hominum luendum.

(*b*) Putatur in hoc loco sententia esse Ecclesiæ propter peccatum Cain peccatores fuisse ejus successores, quia peccatum peccata inducere solet: idcirco septuplum punitur in filiis ejus juxta septemplicem peccati ejus malitiam, de qua supra, ad quam delendam diluvium fuisse. Propter peccatum vero Lamech non potuisse pœna hujus mundi ulla satisfieri divinæ Justitiæ, sed ad hoc opus fuisse meritis infinitis Jesu Christi qui venit in mundum ut omnia peccata mundi tolleret. Peccatum Lamech, idest totius mundi, solutum esse Sanguinis Christi effusione ait Freculphus in Chronic. c. 17. Bibl. PP. t. 14. p. 1066.

(*c*) Textus iste ut est hodie, sex solum per errorem habet.

(*d*) Quod de pœna Cain et Lamech noster affert, confer cum iis quæ habent multiplicia commentaria in S. Scripturam,

οὐ κατακλυσμοῦ δεῖται πρὸς θεραπείαν· ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ αἴροντος τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. ἀρίθμησον τοίνυν ἀπὸ ἀδὰμ μέχρι τῆς παρουσίας τοῦ χριστοῦ τὰς γενεὰς καὶ εὑρήσεις κατὰ τὴν τοῦ λουκᾶ γενεαλογίαν τῇ ἑβδομηκοστῇ καὶ τῇ ἑβδόμῃ διαδοχῇ γεγεννημένον τὸν κύριον. καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον. ὁ δὲ ἀδὰμ γενόμενος ἐτῶν ΣΛ' ἐγέννησε τὸν σὴθ. καὶ τούτοις Ψ' ἐπιζήσας ἔτη, θνήσκει κατ' αὐτὴν τὴν τῆς παραβάσεως ἡμέραν. χίλιον τὴν ἐτίας γὰρ τῆς τοῦ θεοῦ ἡμέρας ἐχούσης τὸ διάστημα, ϡΛ' μόνον ἔτη ζήσας τελευτᾷ. τοῦτον λέγεται πρῶτον εἰς τὴν γῆν ἐξ ἧς ἐλήφθη ταφῆναι καὶ μνῆμα αὐτῷ κατὰ τὴν τῶν ἱεροσολύμων γεγονέναι γῆν ἑβραϊκή τις ἱστορεῖ παράδοσις. ἦν δὲ ἄρα πρὸ πάντων ἀκόλουθον εἰς τὴν γῆν τὸν ἀδὰμ ταφῆναι ὅτι πρῶτος ἀκούει παρὰ θεοῦ, γῆ εἶ καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. ἀφανὲς γὰρ φασὶ τὸ τοῦ ἄβελ γεγενῆσθαι σῶμα τοῖς μετέπειτα δικαίοις ἀγαθὰς ὑποφαίνων ἐλπίδας. σὴθ γενόμενος ΣΕ' ἐτῶν ἐγέννησεν τὸν ἐνώς. πρῶτος οὗτος ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα κυρίου. τοῦτ' ἔστιν θεοῦ ὀνόματι προσαγορεύειν τὸν θεόν. ἐνὼς Ρϛ' γενόμενος ἐτῶν γεννᾷ τὸν καϊνάν. καϊνὰν ΡΟ' ἐτῶν ὑπάρχων ἐγέννησεν τὸν μαλελεήλ. μαλελεὴλ ΡΞΕ' ἐτῶν γενόμενος ἐγέννησεν τὸν ἰάρεδ. ἰάρεδ δὲ ΡΞΒ' ἐτῶν γενόμενος ἐγέννησε τὸν ἐνώχ. οὗτος πρῶτος γράμματα μανθάνει

Lamech ut curaretur diluvio non indiguit, sed illo ipso qui peccatum mundi tollit. Numera ergo ab Adam ad adventum Christi generationes, & invenies secundum Lucæ genealogiam septuagesima & septima successione natum Dominum. Et hæc hucusque. Adam cum esset annorum CCXXX. genuit Seth & DCC. annis ipsis superstes, moritur [a] eadem die transgressionis. [b] ..... Quamvis enim mille annorum spatium coram Deo sit unius diei, postquam DCCCCXXX. annos solum vixisset, mortuus est. Ferunt hunc primum in terra ex qua sumptus fuerat, sepultum esse, & sepulchrum ipsi prope Jerosolymorum terram fuisse, hebraica quædam narrat (c) traditio. Erat utique consequens omnino in terra sepultum esse Adam, quia primus audiit a Deo: *terra es, & in terram reverteris*. Obscurum enim esse inquiunt, quid de corpore Abel fuerit, ut justis postea futuris bona spes ostenderetur. Seth cum esset annorum CCV. genuit Enos. Primus hic [d] speravit invocare nomen Domini, hoc est nomen Dei salutare. Enos annum agens CLXXXX. genuit Cainan. Cainan anno ætatis suæ CLXX genuit Maleleel. Maleleel CLXV. annos natus genuit Jared. Jared ad annum CLXII. cum pervenisset, genuit Enoch. Hic primus (e) litteras

(a) Nempe feria sexta qua creatus, et qua peccasse putatus est. Huic opinioni adstipulatur S. Irenæus apud Calm. in v. 5. c. 5. Genes.

(b) Locus corruptus, sed sanabilis, si *Χιλίων τῶν ἐτῶν* &c. legatur, ut est in Psalmo *τοῖς* O 90 *Χίλια ἔτη ὡς ἡμέρα ἡ ἐχθὲς ἥτις διῆλθε*. Addit hoc noster, ut memoret brevitatem vitæ nostrorum dierum.

(c) Et hæc perquam antiqua. Istud enim affirmabant Judæorum magistri, ut videre licet hom. de passione et morte Christi tributa S. Athanasio. De hoc Josephus silet in antiquitat.

(d) Dicendi modus a LXX. usurpatus Gen. c. 4. v. ult. ubi Vulgata *cœpit invocare*.

(e) In Excerptis præmissis Malalæ inventio litterarum hebraicarum Sapientiæ et Astronomiæ tribuitur Seth filio Adam. Literas tamen invenisse dicitur hoc in loco Henoch: quæ opi-

ϗ διδάσκει· καὶ θείων μυςηρίων ἀξιȣ̃ται ἀποκαλύψεις. ἐνὼχ ΡΞΕ' ἐτῶν γενόμενος ἐγέννησε τὸν μαθȣσάλα. καὶ Σ' πρὸς τȣ́τοις ἐπιβιώσας ἔτη, καὶ τοῖς ἐγρηγόροις τὴν ἐκ παραβάσεως ἐπιμαρτυράμενος τιμωρίαν μετατίθεται εἰς ἐδὲμ ἔνθα ὁ παράδεισος. σημειωτέον ὅπως ἡνίκα ἄγγελοι τὴν ἐπὶ τὸ φαῦλον διολισθαίνȣσι τροπὴν, τηνικαῦτα ἄνθρωπος τῆς εἰς τὸ ἄμεινον καταξιȣ̃ται μεταβολῆς. ἐν γὰρ ταῖς ἡμέραις τȣ́τȣ καταβεβηκέναι λέγονται οἱ ἄγγελοι ἐπὶ τῆς γῆς οἳ ϗ ἐγρήγοροι ὠνομάσθησαν. μαθȣσάλα ΡΞΕ ἐτῶν γενόμενος ἐγέννησε τὸν λάμεχ. λάμεχ ΡΠΗ' ἐτῶν ὑπάρχων ἐγέννησεν τὸν νῶε. νῶε Φ' ἐτῶν γενόμενος ἐγέννησε τὸν σὴμ καὶ μετ' αὐτὸν τὸν χὰμ, ϗ μετ' αὐτὸν τὸν ἰάφεθ. οἱ ἐγρήγοροι πρὸς τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων ἐπιμιξίαν ποιησάμενοι γεννῶσι τȣ̀ς γίγαντας. μαντείας τε ȣ̃ν ϗ γοητείας ἀνθρώποις εἰσηγηταὶ γενόμενοι, ἔτι δὲ καὶ ἀςρονομίας τε καὶ ἀςρολογίας καὶ πάσης ὑψηλῆς καὶ με-

ras discit & docet, & divinorum mysteriorum revelatione dignus fit. Enoch annos CLXV. attingens genuit Mathusala, & cum postea ducentos alios vixisset, & vigilantibus vindictam quæ venit ex transgressione, testatus esset, transfertur in Edem, ubi paradisus. Observandum est, quod quoties Angeli in perversum elabuntur, tantundem homo conversione in melius fit dignus. In diebus enim istius dicuntur Angeli devenisse in terram, qui etiam *Vigilantes* nominati sunt. Mathusala cum esset annorum CLXV. genuit Lamech. Lamech annos CLXXXVIII. natus genuit Noe. Noe cum D. esset annorum genuit Sem, & post eum Cham, & post hunc Japheth. Vigilantes venientes ad filias hominum & cum istis commixti generant Gigantes. *(a)* Divinationes itaque & incantationes afferentes hominibus, insuper & astronomiæ, & astrologiæ, & omnis su-

nio videtur orta e libro qui olim tributus est illi. Judas Apostolus in Epistola meminit prophetiæ Henoch patriarchæ. Erat ergo Apostolorum tempore vel verus liber ab eo scriptus, vel potius traditio certa eorum quæ dixerat Henoch. In libro qui sub eodem nomine circumferebatur ætate nostri auctoris, erant quæ hic afferuntur de Angelis seu Vigilantibus, qui in terram descenderant, & patres fuerunt Gigantum multæ malitiæ auctores, & ad inferna damnati. Sulp. Severus *Qua tempestate* (in diebus videlicet Lamech & Noe) *cum jam genus humanum abundaret, Angeli quibus cælum sedes erat, speciosarum forma virginum capti illicitas cupiditates appetiverunt, ac natura sua originisque degeneres relictis superioribus quibus incolæ erant, matrimoniis se mortalibus miscuerunt . . . . . ex quorum coitu Gigantes editi esse dicuntur, cum diversa inter se natura permixtio monstra gigneret.* Explicat hæc Sigonius in Severum ex S. Augustino Aliqui Patres primis Ecclesiæ seculis arbitrati sunt fuisse cujusdam ordinis seu generis Angelos qui vel corporei, vel non incorporei essent. Auctor Chronici Paschalis advertit hos Angelos seu Vigilantes non esse de cœlis, non incorporeos, & intellectuales, sed famosos, carnales, mortales, quippe caro sunt, ut est Gen. 6. v. 3. Apud Syncellum in Chronographia de Egregoris nonnulla afferuntur e Julio Africano quem sæpe sequitur Syncellus; deinde additur: *Et hac ex primo libro Enoch de Egregoris, quibus sane apocryphis animo simpliciores certam fidem addere non decet: supervacanea quippe, & ab Ecclesiastica traditione aliena continent, & a Judais, & hereticis adulterata constat.* Plura his V. apud Svicer. Thes. Eccles. verbo ἐγρήγορος V. etiam Calmet in v. 24. c. 5. & deinceps in alia loca hujus historiæ, quæ via compendiaria, ut dictum est, sequitur S. Scripturæ narrationes. Quod reliquum est in præsenti de libro Henoch collegit Fabricius in Codice Pseudepigrapho Veteris Testamenti. In iis non pauca leguntur testimonia veterum Patrum, qui libro Henoch sunt usi. Insignis de eo auctoritas S. Hieronymi de script. Eccl. c. 4. *Liber Henoch apocryphus est, & a plerisque reiicitur, tamen auctoritatem vetustate jam & usu meruit, & inter sanctas Scripturas computatur.*

(b) Vide quæ infra de his dicentur ad regnum Ezechiæ Regis Juda.

τεώρȣ κινήσεως, καὶ ταῖς γυναιξὶ τȣ́των ἁπάντων παραδεδωκότες τὴν γνῶσιν, εἰς ἄκρον ἐλθεῖν πονηρίας τȣ̀ς ἀνθρώπȣς παρεσκεύασαν. ἐφ' οἷς εἰς τὴν καθ' ἑαυτῶν ἀγανάκτησιν παροργίσαντες τὸν θεὸν, εἰς τȣ̀ς τῆς γῆς καταταρταρȣ̃νται πυθμένας. ἄλλοι δὲ τοιȣ̃τόν τινα διηγȣ̃νται λόγον περὶ τȣ̃· ἰδόντες δὲ οἱ ὑιοὶ τȣ̃ θεȣ̃ τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων ὅτι καλαί εἰσιν ἔλαβον ἑαυτοῖς παρ' ἑαυτῶν γυναῖκας· ὅτι τὸ γένος ἦν τηνικαῦτα τὸ τȣ̃ κάϊν ϗ τȣ̃ σὴθ. ϗ τȣ̃ μὲν κάϊν ἐπάρατον ἦν· τὸ δὲ τȣ̃ σὴθ εὐσεβείας ἐπεμελεῖτο. ἐνὼς γὰρ ὁ τȣ́τȣ ὑιὸς ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα κυρίȣ τȣ̃ θεȣ̃.

Ἐντεῦθεν οἱ ἐκ τȣ́τȣ φύντες ὑιοὶ θεȣ̃ ἐχρηματίζον, διὸ ϗ ἔφαγον τὴν πρὸς τὸ γένος τȣ̃ κάϊν ἐπιμιξίαν. παμπόλλων δὲ ἐληλυθότων ἐτῶν, εὐπρεπεῖς θεασάμενοι τὰς ἐκείνων θυγατέρας οἱ τῶν εὐσεβῶν ἀπόγονοι, ἡττήθησαν τȣ̃ κάλλȣς ϗ τὸν πατρῷον παραβάντες νόμον τὸ πρὸς ἐκείνȣς ἠσπάσαντο κῆδος. εἶτα ἡ ἐπιμιξία τὴν πονηρίαν εἰσήγαγεν, ὅθεν ϗ ὁ κατακλυσμὸς γέγονεν. προστάσσει ȣ̃ν ὁ θεὸς τῷ νῶε μόνῳ δικαιοσύνην εὐαρεστήσαντι κιβωτὸν κατασκευάσαι, πρὸς τὴν αὐτȣ̃ τε καὶ τȣ̃ γένȣς διατήρησιν. ϗ ἡ μὲν κιβωτὸς ἐφ' ὅλοις Ρ ἔτεσι κατασκευάζεται ὑπ' αὐτȣ̃. μηκύνονται δὲ οἱ χρόνοι τῆς κατασκευῆς, διὰ τὴν πολλὴν τοῦ θεοῦ ἀγαθότητα. τὴν γὰρ τῆς φθορᾶς ἐπαγωγὴν διὰ μακροθυμίας ἀναβαλλόμενος ἐποιεῖτο τὸν εἰς μετάνοιαν τοῖς συνιȣ̃σιν ἐπιμετρεῖν καιρόν. εἰσελθόντος δὲ εἰς τὴν κιβωτὸν τȣ̃ νῶε ϗ τῶν τριῶν αὐτȣ̃ ὑιῶν, ϗ εἰσάγοντος κατὰ θεῖαν ἐπιτροπὴν ἀπὸ μὲν τῶν καθαρῶν ζώων ἑπτὰ ἑπτά, ἀπὸ δὲ τῶν ἀκαθάρτων ἀνὰ δύο δύο, ὥστε φυλαχθῆναι ἀπαρχῆς εἰς τὴν ἑκάστȣ γένȣς διαμονὴν ἐπῆλθεν ὁ κατακλυσμὸς ἐπὶ τὴν γῆν

ſublimis, & cœleſtis motus, & horum omnium cognitione mulieribus tradita, ad ſummam malitiam deveniendi facultatem hominibus pararunt. Propter quæ ad indignationem contra ſe Deum provocantes in imam terræ & inferni partem traduntur. Alii vero talem ſenſum volunt eſſe de eo: Videntes filii Dei filias hominum pulchras eſſe, acceperunt ſibi a ſeipſis in uxores, quia progenies adhuc erat Cain, & Seth: & Cain quidem execranda, Seth vero pietatem colebat. Enos autem hujus filius ſperavit in invocationem nominis Domini Dei.

Hinc nati ex iſto filii Dei vocati ſunt: ſed & cum progenie Cain tanquam cibum commixtionem appetiverunt. Multis autem annis tranſactis cum formoſas illorum filias poſteri eorum qui pietatem colebant vidiſſent, a pulchritudine victi ſunt; et patria lege neglecta illorum amplexi ſunt affinitatem. Hæc conſociatio iniquitatem introduxit. Unde & diluvium fuit. Imperat ergo Deus Noe ſoli tum juſtitiæ ſtudioſo ut arcam præparet ad ſuam, & ſuæ generationis conſervationem. Et arca ab eo totis C. annis conſtructa eſt. Protrahuntur autem tempora præparationis arcæ propter multam Dei bonitatem. Differens enim iram contra introductam corruptionem propter ſuam longanimitatem ſuperaddere voluit iis qui intellexiſſent pœnitentiæ tempus. Ingreſſo in arcam Noe, & tribus ejus filiis, & introductis juxta divinum mandatum de animalibus mundis ſeptem & ſeptem, de immundis duobus & duobus, ut ab initio cujuſque generis eſſet perpetuitas, ſupervenit terræ

di-

ἑξακοσιοςὸν ἔτος τȣ̃ νῶε, κ̀ ἐγένετο ἐφ' ὅλας Μ ἡμέρας κ̀ νύκτας ἴσας τῶν ὑδάτων ἡ καταφορά. πᾶσα ȣ̃ν ἡ γῆ ἐκαλύφθη ἐπὶ ἡμέρας ΡΝ΄. παντὸς δὲ ὄρȣς ὑψηλοτάτȣ τὸ ὕδωρ ὑπεράνω γέγονεν πήχεις ΙΕ΄. κεκοπακότος δὲ ἤδη τȣ̃ ὕδατος κ̀ τῆς κιβωτȣ̃ τῶν τῆς ἀρμενίας ἐπεκιλάσης ὀρῶν, ἐξέρχεται ὁ νῶε, κ̀ οἱ τρεῖς ὑιοὶ αὐτȣ̃ μετὰ τῶν γυναικῶν αὐτῶν, κ̀ πάντα ἑξῆς ἐκβάλλει τὰ ζῶα. ἐγίνετο ȣ̃ν ὁ κατακλυσμὸς τῷ ἑξακοσιοςῷ ἔτει τȣ̃ νῶε. γίνονται ȣ̃ν ἀπὸ ἀδὰμ μέχρι τȣ̃ κατακλυσμȣ̃ ἔτη Β͵ΣΜΒ΄. γενεαὶ Ι΄.

diluvium ſexcenteſimo anno Noe, & duravit per totas XXXX. dies & noctes continuas delabentium impetus aquarum. Univerſa itaque terra per dies CL. operta fuit. Supra montem quemcunque altiſſimum aqua fuit (a) cubitis XV. Deficientibus jam aquis, & arca in montibus Armeniæ quieſcente, exit Noe & tres filii ejus cum ſuis uxoribus, & animalia omnia educit. Fuit ergo diluvium ſexcenteſimo anno Noe. Sunt autem ab Adam uſque ad diluvium (b) anni MMCCXXXXII; generationes X.

Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ ἔτει μετὰ τὸν κατακλυσμὸν σὴμ γενόμενος ΡΒ ἐτῶν ἐγέννησεν τὸν ἀρφαξὰδ· ἀφ' ȣ̃ πρώτη βασιλεία χαλδαίων. ἀρφαξὰδ γενόμε-

Anno ſecundo poſt diluvium Sem cum eſſet annorum CII. [c] genuit Arphaxad; a quo primum regnum Chaldæorum. Arphaxad ætatis ſuæ an-

(a) Occaſione arcæ ante diluvium a Noe conſtructæ inveſtigarunt non pauci quantitatem cubiti, quo uſum fuiſſe credunt Moysem in ejus dimenſione indicanda. V. Calmet in v. 15. c. 6. Genes. Non inutile erit hic afferre quantitatem cubiti, quo in Ægypto ope cujuſdam parvæ turris etiamnum metiuntur aquas Nili quæ inundant æſtate regionem, & ex earum altitudine arguitur fertilitas vel caritas meſſis futuræ. Numerus cubitorum feliciſſimus Ægypto eſt XVI. ad quem cum pervenerit Nilus inundans, fertilitatem magnam promittit (Plin. l. 5. c. 9.) qui numerus cubitorum aliquoties conſpicitur ſignatus in nummis Imperatorum R. Etiamſi hoc non credatur a quopiam lumen ullum afferre narrationi Geneſeos, utile tamen putabo ſaltem aliis locis Scripturæ & veterum ſcriptorum, cum ab Herodoto dictum ſit lib. 2. cubitum Ægyptium æqualem eſſe cubito ſamio ideſt Græco. Mihi perſuadeo menſuram in præſenti uſitatam eſſe antiquiſſimam. Nihil enim in cauſſa mihi videtur eſſe potuiſſe cur hæc mutaretur unquam ab ulla natione a Turcis, Mamaluchis ſeu Califis Arabibus, Imperatoribus Conſtantinopolitanis, Romanis, Ptolemæis, cum dominationem illius regionis adepti ſunt. Nulla ſiquidem utilitas iis venire poterat e mutatione rei quæ naturæ tantum obſervandæ olim ſtatuta fuerat, & cuilibet de populo a pueritia notiſſima. Scimus hanc menſuram religioſe ſemper cuſtoditam temporibus Gentilium & quaſi rem ſacram aſſervatam fuiſſe in templo Sarapidis. juſſu poſtea Conſtantini Magni in Eccleſia primaria Alexandrina, ut infra narrabitur. A viro Anglo antiquitatis ſtudioſo, quem intellexi degiſſe non breviter in Ægypto & in urbe Cairo quæ creditur eſſe Memphis antiqua in præſenti Paſcia ſeu Pro-Rex reſidet, & cubitum ſupradictum penes ſe tuetur; quæſivi num forte penes ſe haberet hanc menſuram, quam jandiu noſſe cupiebam: is liberaliter & hanc & alias communicavit. Hæc de qua ſermo eſt, comparata ad amuſſim eſt unciarum Bononienſium ſexdecim cum dimidia, minus tamen una duodecima parte unciæ. Qui voluerit uncias noſtras quantæ ſint cognoſcere, adeat Scamotium architect. p. 1. l. 1. c. 24. ubi unciæ noſtrates quinque fideliter notatæ ſunt, quæ pedem Bononienſem unciis duodecim conſtantem conſtituunt.

(b) Totidem ab Adam ad diluvium colliguntur fluxiſſe anni e textu Græco LXX, quem noſter ſequitur. E textu vero hebraico, & Vulgata anni tantum 1656. De qua notiſſima diſcrepantia videndi chronologi.

(c) Notandum eſt omitti a noſtro Cainan filium Arphaxad, quem textus Græcus LXX habet in ſerie Patriarcharum inter Arphaxad & Sala c. 11. v. 24. & c. 12. v. 12. Genes. qui Cainan dicitur annos 130 natus genuiſſe Sala. De Cainan neque textus hebræus ibi neque Vulgata verbum habent. Lucas tamen Evangeliſta c. 3. v. 26. memorat inter progenitores Domini noſtri; qua de re interpretes Scripturæ multa dixerunt. V. Calmet in v. 24. c. 10. Genes.

νος ΡΛΖ΄ ἐτῶν ἐγέννησεν τὸν σαλά, τοῦτον ὁ πατὴρ αὐξηθέντα γράμμασι ἐξεπαίδευσεν. καὶ δή ποτὲ ὁ σαλὰ ἑαυτῷ πορευθεὶς ἀποικίαν κατασκέψασθαι, ἐλθὼν κατὰ τὴν χαλδαίαν γράμματα ἐπί τινων εὑρίσκει διακεχαραγμένα περσῶν. τὰ δὲ ἦν ἄρα τῶν ἐγρηγόρων αἱ παραδόσεις. ταῦτα δὲ ἐγγραψάμενος ὁ σαλά, αὐτός τε ἐν αὐτοῖς ἐξημάρτανε καὶ τοὺς ἄλλους τὴν ἐν αὐτοῖς ἐτοπίαν ἐξεπαίδευσεν. σαλὰ γενόμενος ΡΛ΄ ἐτῶν ἐγέννησεν τὸν ἔβερ. ἐπὶ τούτου πάλιν οἱ ἄνθρωποι εἰς ἄπειρον πληθύνονται ἀριθμόν, καὶ εἰς ἄκρον αὐξηθέντες πονηρίας πύργον ἐννοοῦσι κατασκευάσαι οὐρανομήκη τὴν εἰς οὐρανὸν ἑαυτοῖς ἄνοδον διὰ τοῦτο προμυθούμενοι. ἦσαν δὲ τὰ πάντα τῶν οἰκοδομούντων ἔθνη Ο΄. φωνὴ δὲ αὐτοῖς πᾶσι ἐνυπῆρχεν μία. Νεβρὼδ δὲ αὐτοῖς ὁ γίγας ὁ υἱὸς χοῦς τοῦ αἰθίοπος εἰς βρῶσιν ἀγρεύων ἐχορήγει ζῶα, ὁ δὲ ἔβερ ὁ τοῦ σαλὰ υἱὸς ἐπεῖγεν ἐγκεχείριστο τὴν οἰκοδομήν, δοκοῦντος δὲ αὐτοῖς ἤδη τοῦ ἔργου προκόπτειν συγχύει τὰς γλώσσας ὁ θεὸς εἰς εἴδη φωνῶν κατατεμών, φασὶ δὲ μόνον τὸν ἔβερ τὴν ἀρχαίαν διατετηρηκέναι φωνήν. καὶ ταύτην οἱ τούτου διαδεξάμενοι ἀπόγονοι, ἑαυτοὺς μὲν πατρονυμικῶς ἐβραίους προσηγόρευσαν, ἐβραΐδα δὲ τὴν φωνὴν ἐκάλεσαν. τεκμήριον δὲ τοῦ ταύτην εἶναι τὴν πρὸ τῆς συγχύσεως φωνήν, τὰ τῶν παλαιῶν ὀνόματα. ἐφ᾽ ὧν γὰρ κατ᾽ οὐδεμίαν ἐςὶ γλῶσσαν τὸ σημαινόμενον ἐπιλύσασθαι, κατὰ ταύτην τὸ ζη-

ox-

anno CXXXVII. genuit Sala. Hunc pater ætate progreſſum litteras docuit. Et ſane Sala aliquando ſolus iter ingreſſus migrationem meditatus veniens in Chaldæam litteras invenit a quibuſdam Perſis inſculptas. Docent iſta [a] Vigilantium traditiones. His deſcriptis Sala ipſe propter eas peccavit, & alios eandam malitiam docuit. Sala annos agens CXXX. genuit Heber. Hujus tempore homines in immenſum aucti numerum fuerunt: & ad ſummam evecti (b) malitiam turrim ſtatuunt ædificare uſque ad cælum ſublimem eo per hanc ſibi (c) aſcenſum falſo providentes. Erant porro gentes omnes quæ fabricabant LXX. Loquela iis omnibus una. Nebrod gigas filius Chus Æthiopis venando in cibum ipſis animalia præbebat. Heber filius Sala urgebat: ipſi quippe demandata erat fabricatio. Cum jam videretur ipſis opus progredi, confuſione loquendi Deus in varias ſpecies vocum linguas dividit. (d) Tradunt ſolum Heber antiquam ſervaſſe loquelam, & hanc cum poſteri ejus ſucceſſores accepiſſent, a patre ſeipſos Hebræos appellarunt; linguam autem hebraicam vocarunt. (e) Argumentum autem evidens hanc linguam præceſſiſſe confuſionem, antiquorum ſunt nomina; de iis enim ſecundum nullam aliam

G lin-

(a) Hæc fortaſſe tradiderat auctor libri Henoch. Quomodocunque manavit hæc fama, non abſimile eſt quod habet Plinius. l. 7. c. 56. *apparere æternum litterarum uſum*.

(b) ἐτοπίαν: malim in Græco ἀτοπίαν malitiam.

(c) Præter id quod eſt in Gen. c. 11. apud Joſeph. l. 1. c. 5. Sibylla ait univerſos homines, qui uno eloquio utebantur, turrim ædificaſſe excelſiſſimam quaſi ad cælum aſcenſuros. Ex hac traditione nata quæ ficta ſunt poſtmodum a Gentilibus poetis de bello gigantum in Deos.

(d) Quæſtio de diviſione & varietate linguarum proximis his temporibus a pluribus ita tractata eſt, agitata, & inculcata, ab iis præſertim qui de verſionibus S. Scripturæ egerunt, ut nihil ſupra. V. Calmet in v. 24. c. 10. Genes. Ad quem ablego ſæpe, quia poſtremus & multorum judicio eruditiſſimus eorum qui commentaria in Sacra Biblia ediderunt.

(e) De hoc *Idem* in eundem verſiculum.

τούμενον ἑρμηνεύεται. οἷον τοῦ ἀδὰμ καθ' ἑτέραν μὲν οὐδεμίαν φωνὴν τὸ δηλούμενον εὑρίσκεται, κατὰ δὲ ταύτην ἄνθρωπος νενόηται. ϗ ἡ τοῦ νῶε προσηγορία δι' ἑτέρας μὲν οὐδεμιᾶς διαλέκτου ἑρμηνεύεται, κατὰ δὲ ταύτην δικαιοσύνη σημαίνεται. ϗ χοῦς αἰθίοψ, ϗ μεσραὶμ αἴγυπτος, ϗ φάλεκ μερισμός.

Ὁ μὲν οὖν πύργος ἐφ' ὅλα ΜΓ' οἰκοδομηθεὶς ἔτη, ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν σύγχυσιν διαφωνίας, ἔμεινεν ἡμιτελής. σύγχυσις δὲ ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος ἡ περὶ τὸν τόπον ὀνομάσθη πόλις ἡ αὐτόθι κτισθεῖσα βαβυλών. βαβυλῶνα γὰρ ἑβραῖοι τὴν σύγχυσιν ὀνομάζουσι. ὕστερωθι δὲ ὁ θεὸς ἀνέμῳ τὸν πύργον ὅλον ἀνατρέπει. ϗ ἐστὶ ἀναμέσον ἀσοὺρ ϗ βαβυλῶνος εἰς ἔτι τοῦ πύργου φυλασσόμενα τὰ ἴχνη. ἔβερ γενόμενος ΡΛΔ ἐτῶν ἐγέννησε τὸν φάλεκ. ἐν ἀρχῇ τῶν ἡμερῶν φάλεκ οἱ τοῦ νῶε υἱοὶ διχονοήσαντες τῆς γῆς εἰς ἑαυτοὺς ποιοῦνται τὴν διανέμησιν. μεταστέλλονται γοῦν οἱ τρεῖς υἱοὶ νῶε πάντας τοὺς ἐξ αὐτῶν γενομένους ϗ δίδωσιν αὐτοῖς ἔγγραφον τῶν τόπων τὴν καταvέμησιν. ϗ τυγχάνουσιν ἑκάστῳ ϗ ταῖς ἑκάστου φυλαῖς καὶ πατριαῖς, τόποι ϗ κλίματα ϗ χῶραι ϗ νῆσοι ϗ ποταμοὶ κατὰ τὴν ὑποκειμένην ἔκθεσιν. ὥστε εἰκότως ταύτης ἔτυχεν τῆς ὀνομασίας ὁ φάλεκ. μερὶς γὰρ ἑρμηνεύεται.

τῷ μὲν οὖν σὴμ τῷ πρωτοτόκῳ υἱῷ νῶε,

linguam licet ſignificationem elicere: Ex hac quidquid quæritur, interpretari commodum eſt: verbi gratia Adam nulla ex alia lingua explicatio invenitur, ex hac homo intelligitur; & Chus Æthiops, & Meſraim Ægyptus, & (*a*) Phalec diviſio.

(*b*) Turris itaque XXXXIII. annis ædificata per confuſionem & diſcrepantiam vocum manſit imperfecta. Ab eo autem quod acciderat, nempe confuſione, urbs circa hunc locum ædificata Babylon nominata eſt. Babylonem enim Hebræi confuſionem dicunt. Procedente tempore Deus vento totam turrim ſubvertit: & media inter Aſſur, & Babylonem uſque in hunc diem ſervata ſunt Turris veſtigia. Heber cum eſſet annorum CXXXIIII. genuit Phalec. Ab initio dierum Phalec filii Noe diſſentientes de terra, inter ſe eam diſtribuunt. Tranſmittunt ergo tres filii Noe omnes a ſe progenitos, eisque tradunt conſignatam (*c*) ſcripto locorum diſtributionem. Et obveniunt cuique, & cujuſque tribubus, & cognationibus loca, & climata, & regiones, & inſulæ, & flumina juxta infrapoſitam [*d*] diſpoſitionem; ut merito hanc appellationem ſortitus ſit Phalec; explicatur enim pars ſeu diviſio.

(*e*) Sem itaque primogenito filio Noe

(*a*) Ceteri omnes *Phaleg*.

(*b*) Variæ ſententiæ de ea, de loco in quo fuit, de forma, de altitudine, de vento, qui dicitur disjeciſſe, de reliquiis quæ putantur in hunc diem ſupereſſe, Commentator idem in v. 4. c. 11.

(*c*) Verbum pro ævo illo notandum.

(*d*) Severus Sulpicius ſequentem diſtributionem regionum paucis verbis concludit. *Filiis Noe ita diviſus orbis fuit ut Sem intra Orientem, Japhet occidentem, Cam mediis contineretur.*

(*e*) Nomina regionum ſeu populorum quæ noſter affert deſumpta videntur a ſcriptoribus Gentilibus, & fere ſemper Græcis. Maxime diſtant hæc a nominibus & Patriarchis diſperſarum nationum quæ ſunt in Genes. c. 10. Minus aliquanto diſtant ab iis quæ affert Joſephus l. 1. antiqu. c. 7. Cum iſtis comparari poſſunt quæ in Zonara & Chronico Paſchali fuſius

ἀπὸ περσίδος, καὶ βακτρῶ ἕως ἰνδικῆς καὶ ῥινοκορύρων. τῷ δὲ χὰμ τῷ δευτέρῳ υἱῷ τῦ νῶε ἀπὸ ῥηνοκορύρων ἕως γαδείρων τὰ πρὸς νότον. τῷ δὲ ἰάφεθ τῷ τρίτῳ υἱῷ νῶε ἀπὸ μηδείας ἕως γαδείρων τὰ πρὸς βοῤῥᾶν. εἰσὶ δὲ αἱ λαχῦσαι χῶραι κατ' ὄνομα τῷ σὴμ τῷ πρωτοτόκῳ υἱῷ τῦ νῶε, αἵδε. περσὶς βακτριανὴ ὑρκανία βαβυλωνία, κονδύνα ἀσσυρία μεσοποταμία ἀραβία ἡ ἀρχαῖα ἐλυμαῒς ἰνδικὴ ἀραβία ἡ εὐδαίμων κοιλησυρία κομμαγηνὴ καὶ φοινίκη τε πᾶσα. ἔςι δὲ ἐν τῷ μέρει αὐτῦ, ποταμὸς ὁ εὐφράτης. τῷ δὲ χὰμ τῷ δευτέρῳ υἱῷ τῦ νῶε ἔλαχον χῶραι κατ' ὄνομα αἵδε· αἴγυπτος αἰθιοπία ἡ βλέπυσα κατὰ ἰνδὺς. ἑτέρα αἰθιοπία ὅθεν ἐκπορεύεται ὁ τῶν αἰθιόπων ποταμός. ἐρυθρᾶ. ἡ βλέπυσα κατὰ ἀνατολάς. θηβαῒς. λιβύη ἡ παρεκτείνυσα μέχρι κυρίνης. μαρμαρίς. συρτίς λιβύη ἡ ἀπὸ ποταμέως παρεκτείνυσα μέχρις ἄκρας συρτέως. νυμμιδία. μασσυρίς. μαυριτανία παρεκτείνυσα μέχρις ἡρακλεωτικῶν ςηλῶν κατέναντι γαδείρων. ἔχει δὲ ἐν τοῖς κατὰ βοῤῥᾶν τὰ παρὰ θάλασσαν κιλικίαν παμφυλίαν πισιδίαν μυσίαν λυκαονίαν φρυγίαν καμαλίαν καρίαν λυδίαν μυσίαν ἄλλην, τρωάδα αἰολίδα βιθυνίαν. τὴν ἀρχαῖαν φρυγίαν. ἔχει δὲ καὶ νήσυς. σαρδίαν, κρήτην, κύπρον. καὶ ποταμὸν γήων, τὸν καλύμενον νεῖλον. τῷ δὲ ἰάφεθ τῷ

Noe a Perside & Bactro ad Indos (*a*) & Rhenocoruros. Cham alteri filio Noe a Rhenocoruris usque ad Gades quæ sunt ad Austrum. Japheth tertio Noe filio a Media ad Gades quæ sunt ad septemtrionem. Venerunt autem in sortem nomini Sem primogeniti Noe regiones istæ. Persis, Bactriana, Hyrcania, Babylonia, Condyna, Assyria, Mesopotamia, Arabia antiqua (*b*), Elymais, Indica, Arabia felix [*c*], Cœlesyria, Commagene, & Phœnice tota. Est autem in parte ejusdem fluvius Euphrates. Cham alteri filio Noe venerunt in sortem regiones, seu ejus nomini tributæ, istæ: Ægyptus, Æthiopia, quæ extenditur Indos versus, altera Æthiopia, unde procedit flumen Æthiopum: Erythra quæ respicit ad Orientem: Thebais Libya, quæ extenditur usque ad Cyrenem, [*d*] Marmaris, Syrtis, Libya a flumine attingens usque ad montes Syrtis, Numidia, Massuris, Mauritania protensa usque ad Herculeas columnas contra Gades. Habet autem ad septemtrionem quæ sunt versus mare, Ciliciam, Pamphyliam, Pisidiam, Mysiam, Lycaoniam, Phrygiam, Camaliam, Lyciam, Cariam, Lydiam, Mysiam aliam, Troadem, Aeolidem, Bithyniam, antiquam Phrygiam. Habet autem & insulas [*e*] Sardiam, Cretam, Cyprum & fluvium (*f*) Geon qui Nilus vocatur. Ja-

quam hic distributa inveniuntur. Nonnulla nostri textus reperire in antiquis auctoribus, vel correctionem tentare datum fuit, aliorum non fuit. Lumen afferre potest Bochart in Phaleg, & alii qui de migrationibus Gentium.

(*a*) De iis Strabo l. 16. in Syria mentionem facit, & infra addit cur ita vocata.

(*b*) De Elymæis Strab. l. 11. & 15. In Act. Apost. c. 2. 9. nomen est populi fere simile *Ælamita*.

(*c*) Strabo semper *Cœlosyria*.

(*d*) Strab. lib. 2.

(*e*) An Sardinia notissima insula, quæ Plinio l. 5. c. 29. memoratur?

(*f*) Geon c. 2. Genes. dicitur oriri e fluvio qui irrigabat Paradisum in quo collocatus fuerat Adam; noster interpretatur Nilum.

τρίτω ὑῷ τȣ̃ νῶε ἔλαχον χῶραι κατ' ὄνομα αἵδε, μηδεία σαλβανία ἀμαζονίς ἀρμενία μικρά τε ϗ μεγάλη καππαδοκία παφλαγονία γαλατία κόλχις βοσπόρη μεώτης δερβὴς σαρματὶς ταυριάνης βαςάρνης σκυθία θράκης μακεδονία δαλματία μολόσσις θεσσαλία λώκρις βοιωτία αἰτωλία ἀττικὴ ἀχαῖα πελλενὴς ἡ καλȣμένη πελοπόννησος ἀρκαδία ἠπειρώτης ἰλλυρὶς λυχνητὶς ἀδριακὴ, ἀφ' ἧς τὸ πέλαγος τὸ ἀδριακόν, εἰσὶ δὲ αὐτῷ ϗ νῆσοι αἵδε. βρεττανία σικελία εὔβοια, ῥόδος χίος λέσβος κύθειρα ζάκυνθος κεφαλλωνία ἰθάκη κέρκυρα καὶ αἱ κυκλάδες ϗ μέρος τι τῆς ἀσίας ἡ καλȣμένη ἰωνία. ποταμὸς δέ ἐςιν ἐν τοῖς αὐτοῖς μέρεσι τίγρις ὁ διορίζων μεταξὺ μηδείας καὶ βαβυλῶνος. ἀπὸ δὲ ἑκάςȣ ὑȣ̃ τȣ̃ νῶε εὑρέθησαν ἐν τῇ πυργοποιΐᾳ, ἅπερ ϗ εἰς ἔθνη διῃρέθησαν, ἐκ μὲν τȣ̃ σὴμ ΚΕ' ϗ ἐκ τȣ̃ χὰμ ΛΒ' ϗ ἐκ τȣ̃ ἰάφεθ ΙΕ'. τȣ́τοις διεμερίσθησαν αἱ γλῶσσαι, ϗ γεγόνασιν εἰς φυλὰς ἤγȣν ἔθνη. ἑβραῖοι σύροι χαλδαῖοι μῆδοι πέρσαι ἄραβες μαδιωναῖοι ἔθνη δύο ἀδιαβδιωοὶ δύο. ταῖνοι. ἀλμωσίνοι. συρακοὶ μάγοι κάσπιοι ἀλβανοὶ ἰνδοὶ δύο αἰθίοπες δύο αἰγύπτιοι λίβυες χετταῖοι χαννανaῖοι φερεζαῖοι εὐαῖοι γεργεσαῖοι ἀμορραῖοι ἰεβȣσαῖοι ἰδȣμαῖοι σαμαραῖοι φοίνικες σύροι κίλικες γαβαωνῖται δύο ἀρμένιοι βιβρανοὶ ἴβηρες σκύθαι κόλχοι σάνοι ἴσαυ-

Japheth autem tertio filio Noe in sortem venerunt regiones, ideſt poſteritati ejus nominis, iſtæ: Media Salbania, Amazonis, Armenia parva & magna, Cappadocia, Paphlagonia, Galatia, Cholchis, Boſpore, Meotis, (a) Derbis, Sarmatis, Taurianis, (b) Baſtarnis, Scythia, Thracia, Macedonia, Dalmatia, Moloſſis, Theſſalia, Locris, Bœotia, Ætolia, Attica, Achaia, Pellinis, quæ dicitur Peloponneſus, Arcadia, Epirotis, Illyris, Lychnetis, Adriace a qua pelagus Adriacum, Sunt autem ipſi & inſulæ hæ, Britannia, Sicilia, Eubœa, Rhodus, Chius, Lesbus, Cythera, Zacynthus, Cephallenia, Ithaca, Corcyra, & Cyclades, & pars quædam Aſiæ quæ dicitur Ionia. Flumen eſt autem in iis partibus Tigris qui fines ponit inter Mediam, & Babylonem. De unoquoque filio Noe interfuit poſteritas fabricæ Turris quæ poſtea in nationes diviſa eſt. Ex Sem XXV. E Cham XXXII. ex Japheth XV. Iſtis diviſæ ſunt linguæ, ex quo diviſi fuerunt in tribus, nimirum nationes, Hebræi, Syri, Chaldæi, Medi, Perſæ, Arabes (c), Madenæi nationes duæ (d), Adiabdeni duæ, Taini, Almoſini, Syraci (e), Magi, Caſpii (f), Albani, Indi duæ, Æthiopes duæ, Ægyptii, Libyes (g), Chettæi, Chananæi, Pherezæi, Evei, Gergeſæi, Amorrhæi, Jebuſæi, Idumæi, Samaræi, Phœnices, Syri, Cilices, Gabaonitæ, duo Armenii, Bibrani [b], Iberes, Scythæ, Col-

(a) De populis Derbicis conterminis Hyrcanorum non uno in loco Strabo.
(b) Plin. l. 4. c. 14. Strab. l. 7. &c.
(c) Madanæi, & Madianæi, poſteri filiorum Abraham & Cethuræ: Madan & Madian Gen. 25. 2.
(d) In Aſſyria celebres poſtea in hiſtoria Romana victoriis Trajani, & Sept. Severi Impp.
(e) Populi circa Mediam. V. Steph.
(f) Plin. l. 4. 10. l. 6. c. 10. & 13. l. 7. c. 2.
(g) Ita Græcus & hebraicus textus Bibliorum; Vulgata *Hethei*, ſæpe in S. Scriptura appellati cum ſequentibus.
(h) Plin. l. 6. c. 10. & l. 4. c. 10.

ϱοι λυκάωνες πισίδαι γαλάται δύο παμφλαγόνες φρύγες ἕλληνες θεσσαλοὶ μακεδόνες θράκες μήσοι βέσσοι, δάρδαροι σαρμάται γερμάνοι πανόνιοι νόρικοι δελματεῖς γίπιδες λίγυρες κέλται ῥωμαῖοι δύο. κίτιοι δύο. ἀκίνταινοι βρεταινοὶ σπάνιοι δύο μαῦροι μακυάκοι γετῦλοι ἄφροι μάζικες, μάραντες οἱ καὶ ἄβαροι. ὁμῦ ἔθνη ΟΒ'. γεγόνασι δὲ ἐξ αὐτῶν φυλαὶ ΡΜΕ' ἀπὸ τῶν ΚΕ' τῦ σήμ. φυλαὶ ΜΗ' ἀπὸ τῶν ΛΒ τῦ χάμ, φυλαὶ Μ ἀπὸ τῶν ΙΕ τῦ ἰάφεθ φυλαὶ ΝΖ'.

Ὁ δὲ σήμ ἔνθα καὶ ὁ πατὴρ αὐτῦ κατοικισθεὶς τὴν τῆς κληρονομίας αὐτῦ μοίραν εἰς τῦς παῖδας κατατέμνει τῦς ἑαυτῦ. ἐπεὶ ἦν οἱ τῦ χάμ μὴ φοβηθέντες τὸν ὅρκον καὶ τὴν ἀρὰν τῦ νῶε τὴν δοθεῖσαν τοῖς τρισὶν αὐτῦ υἱοῖς τῦ μὴ ἐπιβαίνειν ἕνα παρ' αὐτοῖς τοῖς τῦ ἀδελφῦ, ἐπέβησαν χρόνοις ὕστερον τοῖς ὅροις τῦ σήμ καὶ κατοικίσθησαν οἱ χαναναῖοι καὶ τὰ λοιπὰ ὅμοια αὐτῶν ἔθνη: ὁ δὲ σήμ προπάτωρ ἦν τῦ ἀβραὰμ ἐξ ῦ ὁ ἰσραήλ. τύτου χάριν μετὰ ΥΛ' ἔτη τῆς παροικίας· κατὰ τὸν ῥηθέντα ἀβραὰμ ὑπὸ τῦ θεῦ ἐξήγαγεν τῦς ἐξ ἰσραὴλ ἐξ αἰγύπτυ καὶ ἀπέδωκεν αὐτοῖς τὰ ἴδια τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας ἐξολοθρεύσας τὰ ἐκ τῦ χάμ κατοικισ-

Colchi, (a) Sani, Ifauri, Lycaones, Pifidæ, Galatæ duo, Paphlagones, Phryges, Hellenes, Theffali, Macedones, Thraces, (b) Mefi, (c) Beffi, (d) Dardari, Sarmatæ, Germani, Pannonii, Norici, Dalmatæ, Gipides, Ligures, Celtæ, Romani, duo Citii, duo Aquitani, Britanni, Hifpani, duo Mauri, Macuaci, (e) Getuli, (f) Afri, Mazices, (g) Marantes, qui & Abari. Simul gentes LXXII. Ortæ autem ex ipfis tribus CXXXXV. De XXV, Sem, Tribus XXXXVIII. De XXXII. Cham, Tribus XXXX. De XV. Japheth, Tribus LVII.

Similiter Sem filius Noe digreffus partem hæreditatis fuæ dividit in filios fuos. Sed deinde filii Cham non veriti jusjurandum neque diras quas Noe tribus filiis fuis imprecatus fuerat, ne quilibet eorum fratris fines tranfiret, tranfierunt tamen temporibus fequentibus fines Sem, & hujus terras habitatum venerunt Chananæi, & reliquæ fimiles illis Gentes. Sem primus auctor erat generis Abraham, ex quo Ifrael poftea natus eft. Hujus gratia poft CCCCXXX. annos varii incolatus, fecundum quod Abraham dictum fuerat a Deo, ex Ægypto Ifraelitas eduxit, & dedit eis ut propriam terram (b) promiffionis, perdiditque gentes ex Cham

(a) Hujus nominis populos memorat Strabo l. 12. conterminos Bithynis quos fupra recenfuerat.
(b) Plin. l. 6. c. 27. Mefenem nominat.
(c) Idem l. 4. c. 11.
(d) *Dardanii.*
(e) Strabo l. 2. &c.
(f) Pars quædam Africæ circa Carthaginem Africa peculiaris dicta eft Plin. l. 5. c. 4. Jofephus ant. Jud. l. 1. c. 16. ex antiquis auctoribus Africam dicit Afran filio Abrahami & Cheturæ dictam effe. Factum eft progreffu temporis ut tertia pars mundi tota dicta effet Africa, quæ a Græcis Libya appellata erat.
(g) Garamantes.
(b) Promiferat Deus Abrahæ fe reftituturum ejus pofteritati terram, quam filii Cham occupaverant. Genes. c. 15. v. 18.

θέντα ἐκεῖσε ἔθνη δίκαιος ϰ ἐν τούτῳ δειχθεὶς ὁ θεός. τῶν τριῶν τοίνυν τοῦ νῶε υἱῶν τριχῆ καθὼς εἴρηται τὸν κόσμον διανειμαμένων ἀναγκαῖόν ἐστι λοιπὸν ἀναδραμεῖν ἐπὶ τὸ προκείμενον.

Καταλήξαντες δὲ ἐπὶ τὴν ἐκ τοῦ ἕβερ τοῦ φάλεκ γένεσιν, ἀρξώμεθα πάλιν ἐξ αὐτοῦ. φάλεκ γενόμενος ΡΛ' ἐτῶν γεννᾷ τὸν ῥαγαῦ. τῷ ΚΘ' ἔτει τοῦ φάλεκ ἤρξεν πρώτοις ἡ βασιλεία χαλδαίων βαβυλῶνος, ὧν πρῶτος ἐβασίλευσε νεμρὼδ ὁ γίγας. αἰγύπτου δὲ μεσραείμ ἐβασίλευσεν. ῥαγαῦ γενόμενος ΡΛΒ' ἐτῶν ἐγέννησεν τὸν σερούχ. ἐπὶ τούτοις οἱ ἄνθρωποι τὸν κατ' ἀλλήλων αὐξήσαντες τῦφον, στρατηγούς τε ἑαυτῶν κατέστήσαντο ϰ βασιλεῖς. ϰ τότε πρῶτον πολεμικὰ κατασκευάσαντες ὄργανα πολεμεῖν ἀλλήλους ἐξήρξαντο. ϰ εὐθὺς οἱ ἀπὸ χαναὰν ἡττῶνται. ϰ πρῶτοι τῆς δουλείας ὑποπίπτουσι τῷ ζυγῷ κατὰ τὴν τοῦ νῶε κατάραν. τῷ ΡΙΕ' ἔτει ῥαγαῦ ἤρξεν ἡ βασιλεία ἀράβων κρατήσασα ἔτη Σ'. σερούχ γενόμενος ΡΛ' ἐτῶν ἐγέννησεν τὸν ναχώρ. ᾤκει δὲ ὁ σερούχ ἐν γῇ χαλδαίων ϰ ἐν ὢρ τῇ πόλει. αὐξηθέντα δὲ τὸν ναχὼρ ἐδίδαξεν ὁ πατὴρ παντὸς ἐπίλυσιν οἰωνοῦ, τῶν τε ἐν οὐρανῷ σημείων διακρίσεις ϰ τῶν ἐπὶ γῆς ἁπάντων ϰ πᾶσαν χαλδαϊκὴν μαντείαν. τῷ ΛϚ' ἔτει ναχὼρ ἤρξεν ἡ βασιλεία τῶν ἀσσυρίων ὧν πρῶτος

progenitas in ea habitantes justus & in hoc manifestatus Deus. Tribus igitur, Noe filiis in tres partes, ut dictum est, per mundum distributis necessarium est reliqua juxta id quod agitur percurrere.

Quia in generatione Heber filii Phalec finem fecimus, initium rursus fiat ex ipso Phalec. Natus annos CXXX. genuit (*a*) Rhagau. Anno XXVIIII. Phalec (*b*) incepit primum regnum Chaldæorum Babylonis, quorum Rex primus fuit Nemrod gigas. Ægypti Rex fuit (*c*) Mesraim. Rhagau attingens annum CXXXII. genuit Seruch. Sub his homines in gente sua quique fastum auxerunt, & (*d*) duces exercituum suorum & Reges constituerunt; & tunc primum paratis bellicis machinis bella invicem facere cœperunt. Et statim posteri Chanaan victi sunt, & primi sub jugum servitutis ex maledictione Noe ceciderunt. Anno CXV. Rhagau initium habuit regnum Arabum, duravitque annos CC. Seruch anno vitæ suæ CXXX. genuit Nachor: habitabat Seruch in terra, & in urbe Hor. Ætate provectum Nachor docuit pater omnem auguriorum solutionem, omnium de cœlo & terrenorum signorum judicium, & omnem Chaldaicam (*e*) divinationem. Anno XXXVI. Nachor cœpit regnum Assyriorum: quibus

(*a*) Hebræis est רעו *Rebu.* Lucas c. 3. quamvis Syrus sequitur versionem LXX. in qua est Ῥαγαῦ & in Genesi c. 11. in I. Paralip. I. quia præcipue in gratiam Ecclesiarum Græcarum scribebat, & hominum Græcorum.

(*b*) ἐν πρώτοις.

(*c*) Significatur hoc nomine in Bibliis Ægyptus, quasi ab hoc Rege antiquitus habuerit nomen. De eo ejusq. regno Genes. 10. 8.

(*d*) Sulpicius Severus de exercitibus & bellis mentionem facit solum post reversum Abraham ex Ægypto, quod & Scriptura.

(*e*) Ammian. Marcell. l. 23. *Chaldæorum regio altrix philosophiæ veteris, ut memorant ipsi, apud quos veridica vaticinandi fides eluxit.*

ἐβασίλευσεν νῖνος κρατήσασα ἔτη ΑΦ'. ϗ τῷ ΟΗ' ἔτει ναχὼρ ἦρξεν ἡ βασιλεία σικυωνίων, ὧν πρῶτος ἐβασίλευσεν ἐγιαλεύς.

Ναχὼρ γενόμενος ΟΘ' ἐτῶν ἐγέννησεν τὸν θάρα. νίνυ τῦ πρώτυ βασιλέως ἀσσυρίων ΜΓ' ἔτος ἄγοντος τῆς βασιλείας γεννᾶται ἀβραάμ. ὗτος κτίζει τὴν νινευῆ ὀνομάσας αὐτὴν νίνον. μεθ' ὃν ἐβασίλευσεν ἀσσυρίων ἡ τύτυ γυνὴ σεμηράμης ἥτις κατεσκεύασε τὰ χώματα διὰ τὺς κατακλυσμύς. κατὰ δὲ τὺς αὐτὺς χρόνυς παρ' αἰγυπτίοις ἣν ἑξ ϗ δεκάτη δυνασεία καθ' ἣν ἐβασίλευον θηβαῖοι. θάρα γενόμενος ἐτῶν Ο' ἐγέννησεν τὸν ἀβραάμ. ἐγέννησεν δὲ ἔτι ὁ θάρα τὸν ἄραν ϗ τὸν ναχώρ.

Ο' δὲ αβραὰμ λαμβάνει παρὰ τῦ πατρὸς γυναῖκα τὴν σάῤῥαν. ὗτος μόνος τῶν πανταχῆ τὴν ἐπὶ τὰ εἴδωλα πλάνην νοσύντων τὸν ἀληθῆ θεὸν ἐπέγνω. ϗ ὁ ἄῤῥαν δὲ ἀγόμενος γυναῖκα ὑὸν μὲν ἐκτήσατο τὸν λὼτ θυγατέρα δὲ μελχάμ. ταύτην ἑαυτῷ ὁ ναχὼρ λαμβάνει γυναῖκα. ἤδη δὲ ἑξηκοσὸν ἔτος ἄγων ὁ ἀβραὰμ ὡς ὐκ ἔδωκε τὸν πατέρα πείθειν ϗ τὺς ἄλλυς οἰκείυς τῆς πρὸς τὰ εἴδωλα δεισιδαιμονίας μεταθέσθαι· λανθάνει νυκτὸς τῶν εἰδώλων ἐμπυρίσαι τὸν οἶκον. ἤδη δὲ αὐτῶν ἐξαναλυμένων οἱ αδελφοὶ περινοήσαντες ἀναπηδῶσι βυλόμενοι ἐκ μέσυ τῦ πυρὸς ἐξελέσθαι τὰ εἴδωλα. φιλοτιμώτερον ὁ ἄῤῥαν τῷ πράγματι προσφερόμενος ἐν μέσῳ διαφθείρεται τῦ πυρός. ϗ θάψας αὐτὸν ὁ πατὴρ ἐν ὢρ τῇ πόλει τῶν χαλδαίων μετανίςαται πάντας ἀποφερόμενος τὺς οἰκείυς εἰς χαῤῥὰν τῆς

bus imperavit primus (a) Ninus; duravitque ea dominatio annos MD. & LXXVIII. anno Nachor incepit regnum Sicyoniorum; & Rex primus fuit Egialeus.

Nachor anno suo LXXVIIII. genuit Thara. Nino primo Rege Assyriorum annum XXXXIII. regni agente, natus est Abraham. Ædificavit ille Ninivem quam vocavit Ninum. Post quem regnum Assyriorum tenuit ejus uxor Semiramis quæ paravit aggeres propter inundationes. Eodem tempore in Ægypto fuit sextadecima dominatio, qua regnarunt Thebæi. Thara cum esset annorum LXX. genuit Abraham. Genuit insuper Thara Aran, & Nachor.

Abraham accipit a patre uxorem Sarram. Hic solus inter omnes idolorum cultores verum Deum agnoscebat. Et Arran uxore ducta filio donatus est Lot & filia Melcha. Hanc sibi Nachor uxorem junxit. Jam agebat sexagesimum annum Abraham, cum patri non potuerat persuadere, neque aliis de familia a superstitione erga Idola animum revocare. Nocte clam Idolorum domum succendit. Cum jam illa peritura essent, fratres rem suspicati prosiliunt volentes idola de medio ignis educere. Ferventius Arran intentus ad opus [b] in medio igne interiit. Illum postquam sepelivit pater (c) in Or urbe Chaldæorum familiam omnem tulit, & in Charran Mesopotamiæ transtulit. Ibi Abraham in domo patris an-

(a) Anno 43. Nini regnantis quo natus perhibetur Abraham, initium habet celebre Chronicon Eusebii Cæsariensis.

(b) Hæc est inter alias quorumdam sententia de morte Aran. V. Calmet Genes. c. 11. v. 28.

(c) LXX. ἐκ χώρας χαλδαίων *e regione Chaldæorum* Genes. 15. 7. Hebræus textus & Vulgata *de Ur Chaldæorum*.

θέντα ἐκεῖσε ἔθνη δίκαιος καὶ ἐν τούτω δειχθεὶς ὁ θεός. τῶν τριῶν τοίνυν τοῦ νῶε υἱῶν τριχῆ καθὼς εἴρηται τὸν κόσμον διανειμαμένων ἀναγκαῖόν ἐςι λοιπὸν ἀναδραμεῖν ἐπὶ τὸ προκείμενον.

Καταλήξαντες δὲ ἐπὶ τὴν ἐκ τοῦ ἔβερ τοῦ φάλεκ γένεσιν, ἀρξώμεθα πάλιν ἐξ αὐτοῦ. φάλεκ γενόμενος ΡΛ' ἐτῶν γεννᾶ τὸν ῥαγαῦ. τῷ ΚΘ' ἔτει τοῦ φάλεκ ἦρξεν πρώτοις ἡ βασιλεία χαλδαίων βαβυλῶνος, ὧν πρῶτος ἐβασίλευσε νεμρὼδ ὁ γίγας. αἰγύπτου δὲ μεσραείμ ἐβασίλευσεν. ῥαγαῦ γενόμενος ΡΛΒ' ἐτῶν ἐγέννησεν τὸν σερούχ. ἐπὶ τούτοις οἱ ἄνθρωποι τὸν κατ' ἀλλήλων αὐξήσαντες τῦφον, ςρατηγοὺς τε ἑαυτῶν κατέςήσαντο καὶ βασιλεῖς. καὶ τότε πρῶτον πολεμικὰ κατασκευάσαντες ὄργανα πολεμεῖν ἀλλήλους ἐξήρξαντο. καὶ εὐθὺς οἱ ἀπὸ χαναὰν ἡττῶνται. καὶ πρῶτοι τῆς δουλείας ὑποπίπτουσι τῷ ζυγῷ κατὰ τὴν τοῦ νῶε κατάραν. τῷ ΡΙΕ' ἔτει ῥαγαῦ ἦρξεν ἡ βασιλεία ἀράβων κρατήσασα ἔτη Σ'. σερούχ γενόμενος ΡΛ' ἐτῶν ἐγέννησεν τὸν ναχώρ. ᾤκει δὲ ὁ σερούχ ἐν γῇ χαλδαίων καὶ ἐν ὢρ τῇ πόλει. αὐξηθέντα δὲ τὸν ναχώρ ἐδίδαξεν ὁ πατὴρ παντὸς ἐπίλυσιν οἰωνοῦ, τῶν τε ἐν οὐρανῷ σημείων διακρίσεις καὶ τῶν ἐπὶ γῆς ἁπάντων καὶ πᾶσαν χαλδαϊκὴν μαντείαν. τῷ Λϛ' ἔτει ναχὼρ ἦρξεν ἡ βασιλεία τῶν ἀσσυρίων ὧν πρῶτος

progenitas in ea habitantes justus & in hoc manifestatus Deus. Tribus igitur, Noe filiis in tres partes, ut dictum est, per mundum distributis necessarium est reliqua juxta id quod agitur percurrere.

Quia in generatione Heber filii Phalec finem fecimus, initium rursus fiat ex ipso Phalec. Natus annos CXXX. genuit (a) Rhagau. Anno XXVIIII. Phalec (b) incepit primum regnum Chaldæorum Babylonis, quorum Rex primus fuit Nemrod gigas. Ægypti Rex fuit (c) Mesraim. Rhagau attingens annum CXXXII. genuit Seruch. Sub his homines in gente sua quique fastum auxerunt, & (d) duces exercituum suorum & Reges constituerunt; & tunc primum paratis bellicis machinis bella invicem facere cœperunt. Et statim posteri Chanaan victi sunt, & primi sub jugum servitutis ex maledictione Noe ceciderunt. Anno CXV. Rhagau initium habuit regnum Arabum, duravitque annos CC. Seruch anno vitæ suæ CXXX. genuit Nachor: habitabat Seruch in terra, & in urbe Hor. Ætate provectum Nachor docuit pater omnem auguriorum solutionem, omnium de cœlo & terrenorum signorum judicium, & omnem Chaldaicam (e) divinationem. Anno XXXVI. Nachor cœpit regnum Assyriorum: quibus

(a) Hebræis est רעו *Rehu*. Lucas c. 3. quamvis Syrus sequitur versionem LXX. in qua est Ῥαγαῦ & in Genesi c. 11. in I. Paralip. I. quia præcipue in gratiam Ecclesiarum Græcarum scribebat, & hominum Græcorum.

(b) ἐν πρώτοις.

(c) Significatur hoc nomine in Bibliis Ægyptus, quasi ab hoc Rege antiquitus habuerit nomen. De eo ejusq. regno Genes. 10. 8.

(d) Sulpicius Severus de exercitibus & bellis mentionem facit solum post reversum Abraham ex Ægypto, quod & Scriptura.

(e) Ammian. Marcell. l. 23. *Chaldæorum regio altrix philosophiæ veteris, ut memorant ipsi, apud quos veridica vaticinandi fides eluxit.*

ἐβασίλευσεν νῖνος κρατήσασα ἔτη ΑΦ'. κ̓ τῶ ΟΗ' ἔτει νάχὼρ ἦρξεν ἡ βασιλεία σικυωνίων, ὧν πρῶτος ἐβασίλευσεν ἐγιαλεύς.

Ναχὼρ γενόμενος ΟΘ' ἐτῶν ἐγέννησεν τὸν θάρα. νίνȣ τȣ͂ πρώτȣ βασιλέως ἀσσυρίων ΜΓ' ἔτος ἄγοντος τῆς βασιλείας γεννᾶται ἀβραάμ. ȣ̔͂τος κτίζει τὴν νινευὴ ὀνομάσας αὐτὴν νίνον. μεθ' ὃν ἐβασίλευσεν ἀσσυρίων ἡ τȣ́τȣ γυνὴ σεμηράμης ἥτις κατεσκέυασε τὰ χώματα διὰ τȣ̀ς κατακλυσμȣ́ς. κατὰ δὲ τȣ̀ς αὐτȣ̀ς χρόνȣς παρ᾽ αἰγυπτίοις ἡ ἑξ κ̓ δεκάτη δυνασεία καθ' ἣν ἐβασίλευον θηβαῖοι. θάρα γενόμενος ἐτῶν Ο' ἐγέννησεν τὸν ἀβραάμ. ἐγέννησεν δὲ ἔτι ὁ θάρα τὸν ἄραν κ̓ τὸν ναχώρ.

Ο' δὲ αβραὰμ λαμβάνει παρὰ τȣ͂ πατρὸς γυναῖκα τὴν σάῤῥαν. ȣ̔͂τος μόνος τῶν πανταχῆ τὴν ἐπὶ τὰ εἴδωλα πλάνην νοσȣ́ντων τὸν ἀληθῆ θεὸν ἐπέγνω. κ̓ ὁ ἄῤῥαν δὲ ἀγόμενος γυναῖκα ὑὸν μὲν ἐκτήσατο τὸν λὼτ θυγατέρα δὲ μελχάμ. ταύτην ἑαυτῷ ὁ ναχὼρ λαμβάνει γυναῖκα. ἤδη δὲ ἑξηκοσὸν ἔτος ἄγων ὁ ἀβραὰμ ὡς ȣ̓κ ἔδωκε τὸν πατέρα πείθειν κ̓ τȣ͂ς ἄλλȣς οἰκείȣς τῆς πρὸς τὰ εἴδωλα δεισιδαιμονίας μεταθέσθαι· λανθάνει νυκτὸς τῶν εἰδώλων ἐμπυρίσαι τὸν οἶκον. ἤδη δὲ αὐτῶν ἐξανάλȣμένων οἱ αδελφοὶ περινοήσαντες ἀναπηδῶσι βȣλόμενοι ἐκ μέσȣ τȣ͂ πυρὸς ἐξελέσθαι τὰ εἴδωλα. φιλοτιμώτερον ὁ ἄῤῥαν τῷ πράγματι προσφερόμενος ἐν μέσῳ διαφθείρεται τȣ͂ πυρός. κ̓ θάψας αὐτὸν ὁ πατὴρ ἐν ὢρ τῇ πόλει τῶν χαλδαίων μετανίσαται πάντας ἀποφερόμενος τȣ̀ς οἰκείȣς εἰς χαῤῥὰν τῆς

bus imperavit primus (a) Ninus; duravitque ea dominatio annos MD. & LXXVIII. anno Nachor incepit regnum Sicyoniorum; & Rex primus fuit Egialeus.

Nachor anno suo LXXVIIII. genuit Thara. Nino primo Rege Assyriorum annum XXXXIII. regni agente, natus est Abraham. Ædificavit ille Ninivem quam vocavit Ninum. Post quem regnum Assyriorum tenuit ejus uxor Semiramis quæ paravit aggeres propter inundationes. Eodem tempore in Ægypto fuit sextadecima dominatio, qua regnarunt Thebæi. Thara cum esset annorum LXX. genuit Abraham. Genuit insuper Thara Aran, & Nachor.

Abraham accipit a patre uxorem Sarram. Hic solus inter omnes idolorum cultores verum Deum agnoscebat. Et Arran uxore ducta filio donatus est Lot & filia Melcha. Hanc sibi Nachor uxorem junxit. Jam agebat sexagesimum annum Abraham, cum patri non poterat persuadere, neque aliis de familia a superstitione erga Idola animum revocare. Nocte clam Idolorum domum succendit. Cum jam illa peritura essent, fratres rem suspicati prosiliunt volentes idola de medio ignis educere. Ferventius Arran intentus ad opus [b] in medio igne interiit. Illum postquam sepelivit pater (c) in Or urbe Chaldæorum familiam omnem tulit, & in Charran Mesopotamiæ transtulit. Ibi Abraham in domo patris an-

(a) Anno 43. Nini regnantis quo natus perhibetur Abraham, initium habet celebre Chronicon Eusebii Cæsariensis.

(b) Hæc est inter alias quorumdam sententia de morte Aran. V. Calmet Genes. c. 11. v. 28.

(c) LXX. *ἐκ χώρας χαλδαίων e regione Chaldaeorum* Genes. 15. 7. Hebræus textus & Vulgata *de Ur Chaldaeorum*.

μεσοποταμίας. ἐνταῦθα δὲ ὁ ἀβραὰμ δέκα τῷ πατρὶ κ̀ πέντε συνοικήσας ἔτη ἐννοεῖ ποτὲ νυκτὸς ἐκ τῆς τῶν ἄστρων κινήσεως τοῦ ἐπιόντος καιροῦ κατασκέψασθαι τὴν ποιότητα. ἦν γὰρ οὐ μετρίως ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἅπασαν τὴν τοιαύτην ἐξασκηθεὶς ἐπιστήμην. κ̀ δὴ μετὰ τὴν ἑκάστου τῶν ζητουμένων διάγγνωσιν συνίησιν περιττὴν ἅπασαν εἶναι τὴν τοιαύτην περιεργίαν. δύνασθαι γὰρ αὖθις τὸν θεὸν εἰ βούλοιτο μετασκευάσαι πρὸς τὸ οἰκεῖον βούλημα τὰ προδιεγνωσμένα. πᾶσιν οὖν τούτοις κ̀ τοῖς τοιούτοις ἐξ ὅλης ἀποταξάμενος ψυχῆς κ̀ τελείαν τῆς περὶ τὸ θεῖον εὐσεβείας δοὺς τὴν ἀπόδειξιν ἀκούει παρὰ θεοῦ· ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου κ̀ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου. καὶ ἐξελθὼν ἅμα τῇ γυναικὶ σάῤῥᾳ κ̀ λῶτ τῷ ἐξαδελφῷ μετοικίζεται εἰς τὴν ἀρφαξὰδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ μερίδα ἣν οἱ χαναναῖοι κατασχόντες τὴν χαναναίαν προσηγόρευσαν ὢν ἐτῶ νωε.

Γίνονται οὖν ἀπὸ τῆς πυργοποιίας

annos quindecim demoratus quadam nocte ex motu astrorum agnoscit instantis opportunitatis observandam esse qualitatem. Fuerat enim non mediocriter a patre (*a*) in ea scientia universa institutus. Ipse sane post explorationem cujusque rei, quæ inquiri potest, intelligebat inutilem esse omnem talem curiositatem; posse Deum nimirum si voluerit, rursus pro voluntate sua quæ prævisa erant mutare. Omnibus his & similibus ex toto corde dimissis, & perfectam pietatis in Deum devotionem ostendens Abraham audit Deum sibi dicentem: exi de terra tua & de domo patris tui, & exiens cum uxore Sarra & Lot patruele migravit in partem Arphaxad patris sui, quam Chananæi possidentes Chananæam appellarunt. Erat Abraham annorum [*b*] septuaginta quinque.

(*c*) Sunt autem a Turri ædificata

(*a*) Orientales constanti cœli serenitate allecti speculatores attenti fuerant siderum, ut constabat ex observationibus astrorum quæ Babylone inscriptæ in lateribus extabant non paucis seculis ante veteres Græcos auctores qui hoc retulerunt. V. Plin. hist. l. 7. c. 56. qui auctorem scientiæ sideralis l. 6. c. 36. facit Belum cujus templum ejus ætate supererat adhuc Babylone. Inde & ex aliarum rerum naturalium investigatione ortum fuerat genus illud hominum usquequaque celebre qui magi dicebantur: de quorum numero crediti sunt postea fuisse, qui ex ortu stellæ quam viderant in Oriente venerunt adorare Jesum natum in Bethlehem. Ex Astronomia ut solent res humanæ corrumpi, nata fuerat Astrologia, quæ ex astrorum motu ventura prædicere audebat, & cui fidem præbentes decipiebantur. V. Isaj. c. 47. v. 13. etiam Gentiles ejus agnoverunt vanitatem. Plin. l. 7. c. 49. Abraham celeberrimus non solum apud Hebræos, quorum generis fuit auctor, sed etiam apud ceteros Orientales, quorum pars eum tanquam supremum patrem habuerunt, putatus fuit motum stellarum novisse, & ex eo intelligere potuisse quo pacto rebus suis consulerent. Eusebius de præpar. Evang. l. 9. c. 4. affert veterum Scriptorum monumenta, quibus dicitur Abraham dum in Ægypto degeret, docuisse ejus gentis Regem & Sacerdotes Arithmeticam & astrologiam, & hanc etiam Phœnicibus tradidisse; sed a Moyse & in libris hebræorum neglectam, quippe quæ ad emendationem vitæ parum conducere visa esset: ibid. l. 15. c. 7. Advertendum est Astronomiam, & Astrologiam olim idem valuisse aliquando. Viget adhuc Abrahæ veneratio quædam in Oriente, cujus testis est cultus quo eundem etiamnum prosequuntur Mahumedani. Recte additur a nostro Patriarcham illum fidem in Deum ejusque providentiam habuisse vivam, & neglectis terrenarum rerum significationibus in illo uno spem ponendam judicasse.

(*b*) sequitur leve mendum in Græco quod corrigendum est *ἐτῶν οε annorum LXXV.* quot habentur ex Gen. 12. 4.

(*c*) Noster textus hoc in loco sibi constat. statuit epocham turris Babelicæ constructæ cum anno nativitatis Phalec, cui nomen impositum a dispersione gentium. Phalec annos 130. Ragau 132. Sarug 130. Nachor 79. Thara 70. efficiunt 541. Quibus si addantur 75. quot dicitur Gen. c. 12. v. 4. Abraham egisse cum venit in terram Chanaan, summa efficitur annorum 616.

ἕως ὃ ἦλθεν ἀβραὰμ εἰς γῆν χανάαν ἔτη ΧΙϛʹ. διατρίψας δὲ ὁ ἀβραὰμ μετὰ τὴν ἔξοδον ἐν τῇ γῇ τῶν χαναναίων ἔτη ΚΕʹ γεννᾷ τὸν ἰσαάκ. πρὸ τοῦ ἰσαὰκ γεννᾶται ἐκ τοῦ ἀβραὰμ ἰσμαὴλ ἀπὸ τῆς ἄγαρ, ἀφ' οὗ τῶν ἰσμαηλιτῶν γένος. οἱ δὲ αὐτοὶ ἀγαρηνοὶ, οἱ καὶ σαρακηνοὶ καλούμενοι. κατὰ τοῦτον ὁ θεὸς καιρὸν πῦρ κατὰ τῆς πενταπόλεως ὑσίζει, καὶ ἀναλίσκει μὲν ἐξ αὐτῆς ἅπαν τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, διαφθείρει δὲ καὶ αὐτὸ ἅπαν τῆς γῆς τὸ ἀνάστημα καὶ τῆς προσκειμένης θαλάσσης νεκροῦται τὰ ὕδατα.

Ὀλίγῳ δὲ ὕστερον ἀπὸ τῆς κατὰ μαμβρῆ δρυὸς μεταναστὰς ὁ ἀβραὰμ ἐπὶ τὸ φρέαρ κατασκηνοῖ τοῦ ὅρκου, εαυτῷ τε ἰδίᾳ καὶ τοις οἰκέταις αὐτοῦ κατὰ συγγενείας πηξάμενος σκηνάς. τότε πρῶτον αβραὰμ τῆς σκηνοπηγίας ἐφ ἑπτὰ ἡμέρας ἐπιτελεῖ τὴν ἑορτὴν ἣν εἰς ἔτι καὶ νῦν ὁ ἰσραὴλ ἑορτάζει σκηνοπηγῶν. ἰσαὰκ δὲ γενόμενος ἐτῶν Χʹ. τὸν ἡσαῦ γεννᾷ, καὶ τὸν ἰακώβ. ἤδη δὲ ὁ ἰακὼβ μετὰ τὴν γενομένην πρὸς αὐτὸν εὐλογίαν ἰσαὰκ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, φεύγει μὲν ἀπὸ προσώπου ἡσαῦ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, καταντᾷ δὲ πρὸς λάβαν εἰς χαῤῥὰν τῆς μεσοποταμίας. ἀδελφὸς δὲ ἦν ὁ λάβαν τῆς ῥεβέκκας τῆς μητρὸς ἰακώβ. τούτου νέμει τὰ πρόβατα ἐφ ὅλοις ἔτεσιν Κʹ. δεκατέσσερα μὲν λίαν λαβὼν καὶ ῥαχὴλ τοῦ λάβαν θυγατέρας πρὸς γάμον. ἐπὶ δὲ τοῖς ἕξ. ῥητὸν μισθὸν ποιησάμενος σύμφωνον. ὑστέρωθι δὲ κομίζεται παρὰ τῶν γυναικῶν βάλλαν καὶ ζέλφαν τὰς παιδίσκας καὶ παιδοποιεῖται ἐκ τῶν τεσσάρων γυναικῶν. ἐκ μὲν τῆς λίας γεννήσας τὸν ῥουβὴν καὶ τὸν συμεῶν καὶ τὸν λευὶ καὶ τὸν

ta uſque dum venit Abraham in terram Canaan anni DCXVI. Poſt exitum moratus in terra Chananæorum Abraham annos XXV. genuit Iſaac. Ante Iſaac naſcitur ex Abraham Iſmael ex Agar, a quo natio Iſmaelitarum; qui & Agareni & Saraceni vocantur. Circa hoc tempus Deus igne contra Pentapolim pluit, & delevit ex ea omne hominum genus; & omne quod e terra ſurgere potuerat vaſtat, & proximi maris mortuæ evadunt aquæ.

Paullo poſt a quercu Mambre tranſiens Abraham ad puteum juramenti tabernaculum ponit, & ſibi præcipue, & ceteris de familia ſua juxta ſingulorum (a) cognationes fixit tentoria. Tunc primum Abraham (b) ſcenopegiæ per ſeptem dies feſtum perficit, quam etiam nunc Iſrael tabernaculis conſtructis celebrat. Iſaac autem cum eſſet annorum LX. genuit Eſau, & Jacob. Hic poſt impertitam ſibi benedictionem a patre Iſaac fugit a facie Eſau fratris ſui, & evadit ad Laban in Charran Meſopotamiæ. Frater erat Laban Rebeccæ matris Iacob. Illius paſcit oves totis annis XX. ſpatio quatuordecim Liam, & Rachel filias ejuſdem Jacob duxit uxores, poſt ſex mercedem exigit ex pacto condictam. Tandem ab uxoribus recipit Ballan, & Zelpham ancillas, & filios ex quatuor uxoribus procreat. E Lia genuit Ruben, & Symeon, & Levi

(a) Ut quiſque ab alio Patre quam ab Abraham ut Lot, aut ab alia matre quam a Sara ut Iſmael &c.

(b) Per anticipationem tribuitur Abraham celebratio feſti Tabernaculorum, quæ poſtea a Deo indicta fuit Hebræis anno in hyemem inclinante poſt fruges terræ collectas. Exod. 23. 16. &c. De ea Joſephus l. 3. c. 10. Illam ſolemnitatem etiamnum agere religioſe ſe putant Judæi.

ἰȣ́δα κ̀ τὸν ἰσσάχαρ κ̀ τὸν ζαβȣλὼν κ̀ τὴν δῖναν. ἐκ δὲ τῆς ῥαχιὴλ τὸν ἰωσήφ. ἐκ δὲ τῆς βάλλας τὸν δὰν κ̀ τὸν νεφθαλείμ. ἐκ δὲ τῆς ζέλφας τὸν γὰδ κ̀ τὸν ἀσὴρ. μετὰ εἴκοσι τοίνυν ἔτη διαφυγὼν τὸν λάβαν ὁ ἰακὼβ. ἑβδόμη ὑπ' αὐτȣ̃ καταλαμβάνεται ἡμέρα ἐν τῷ ὄρει γαλαάδ. ἐνταῦθα ἐνομώτȣς ποιησάμενοι τὰς πρὸς ἀλλήλȣς συνθήκας χορίζονται. ὁ μὲν λάβαν εἰς χαρράν, ὁ δὲ ἰακὼβ πλησίον σηκίμων, εἰς πόλιν σαλήμ. ἐνταῦθα ὑφίςαται ὑπὸ συχὲμ τὴν βίαν ἡ δεῖνα. ἔτι δὲ τίκτει ἡ ῥαχὴλ τῷ ἰακὼβ τὸν βενιαμίν. καὶ τελευτήσασα θάπτεται ἐν γῇ εφραθᾶ ἔνθα νῦν ἐςιν ἡ βηθλεέμ. συμεῶν δὲ καὶ λεῢ̈ι τῆς αδελφῆς ἐκδικȣ̃σι τὴν ὕβριν πάντας δόλῳ χρησάμενοι τȣ̀ς περὶ τὸν συχεμ. ο δὲ ἰακὼβ τῆς ὁράσεως ὑπομνησθεὶς ἧς ἐθεάσαντο κατὰ τὴν ἄφιξιν τὴν εἰς μεσοποταμίαν ἀνέρχεται εἰς βεθὴλ τȣ̃το γὰρ ἦν ὄνομα τῷ τόπῳ, ἐφ' ᾧ κατακοιμηθεὶς εἶδεν τὸ ὅραμα. καὶ πάντα ἀποδεκατώσας ἃ ἐκέκτητο, τελευταίους ὑποβάλλει κλήρῳ τȣ̀ς παῖδας. λαχόντα δὲ τὸν λευί τῷ θεῷ ἀφιερεῖ κ̀ καθίςησιν ἱερέα τȣ̃ θεȣ̃ κ̀ προσκομίζει πρῶτον τῷ θεῷ θυσίαν τὴν τȣ̃ πατρὸς ἀποδεκάτωσιν. ἐπειδὴ τοίνυν τὸ ἐκ λευῒ γένος ἐπὶ ἀαρὼν κατατρέχει κ̀ μωυσῆν, ὧν ὁ μὲν ἱερατεύει, ὁ δὲ ςρατηγεῖ τῷ ἰσραήλ. εἰκότως ἐξ αὐτȣ̃ λαμβάνεται ἡ τȣ̃ ἰακὼβ γενεαλογία. ἰακὼβ γενόμενος ἐτῶν ΠΖ' ἐγέννησεν τὸν λευί. ἰσαὰκ κ̀ ῥεβέκκα μετα

& Juda, & Issachar, & Zabulon, & Dinan. E Rachel, Joseph: e Balla, Dan, & Nephtalim, e Zelpha, Gad, & Asser. Post annos igitur viginti a Laban abiit Jacob. Qui septimo die ab illo in monte Galaad deprehenditur. Ibi dato & suscepto juramento mutuisque pactis conditionibus abscedunt. Laban in Charran: Jacob prope Sichemos ad urbem Salem. Ibi a Sichem vim patitur Dina. Peperit postea Rachel Jacob Beniamin; & defuncta in terra Ephrata sepelitur, ubi nunc est Bethlehem. Simeon & Levi sororis injuriam (*a*) ulciscuntur dolo interfectis qui erant in urbe Sichem. (*b*) Jacob autem recordatus visionis quam viderat cum deveniret in Mesopotamiam, revertitur in Bethel. Id enim erat nomen loci, in quo dormiens visionem habuerat. Decimavit omnia quæ possidebat, & tandem filios mittit in sortem. Designatum (*c*) Levi in honorem Dei consecrat, & Sacerdotem constituit, & in primis offert Deo in Sacrificium decimas patris. Quoniam vero progenies Levi occurrit in Aaran & Moysem, quorum ille fungitur Sacerdotio, hic ductor est Israelis; merito e Jacob affertur eorum genealogia. Jacob annos agens LXXXVII genuit Levi. (*d*) Isaac, & Rebecca

vo-

(*a*) Gen. 34. 25. (*b*) Gen. 35. 1.

(*c*) Sunt hæc per prolepsim dicta sicut supra de festo scenopegiæ. Neque enim Levi ad Sacerdotium deputatum narrat Scriptura, sed ejus pronepotem Aaron Exod. 28. & Joseph. l. 3. c. 10. Suffragantur illa: *Applica quoque ad te Aaron fratrem tuum cum filiis suis de medio filiorum Israel ut Sacerdotio fungantur mihi*, Si de medio filiorum Israel erat Aaron segregandus ad Sacerdotium ante erat tantum Israelita ut ceteri. Præparatis ex imperio Dei & dispositis rebus omnibus ad sacrificia peragenda ut ante dictum est, tum demum progenies Levi in Aaron & filiis de medio filiorum Israel eligitur ad Sacerdotium, & postea universa tribus Levitica tabernaculo Dei curando eligitur ex Scriptura, & Joseph. l. 3. c. 10.

(*d*) De morte Rebeccæ silet Scriptura. Josephus l. 1. c. 20. ante virum defunctam memorat: Isaac completis annis 180 mortuum fuisse & ab Esau & Jacob sepultum. Probabile est horum parentes memores dissidii veteris inter filios propter primogenita minori collata ad pacem non semel hortatos esse filium utrumque.

πεμψάμενοι τὸν ἰακὼβ ϗ τὸν ἠσαῦ ϗ παρακαλέσαντες αὐτȣ̀ς ἅμα ϗ ἐνορκισάμενοι εἰρήνην ἄγειν πρὸς ἀλλήλȣς ϗ τῆς ἀδελφικῆς ὀκειότητος ἀσπάζεσθαι τὴν διάθεσιν τελευτῶσι. προτέρα μὲν ἡ ῥεβέκκα, μετ' ȣ̓ πολὺ δὲ καὶ ὁ ισαὰκ, ἰακὼβ τῆς πρωτοτοκίας καταλιπόντες τὰ γερα. τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς τȣ̃ ἰσραὴλ ἐν αἰγύπτῳ παροικίας λευὶ γενόμενος ΜΒ' ἐτῶν γεννᾷ τὸν καὰθ. καὰθ ἐτῶν Χ' γεννᾷ τὸν ἄμβραμ. ἄμβραμ γενόμενος ἐτῶν ΟΕ' γεννᾷ τὸν μωυσῆν.

Εκ τȣ̃ ἀβραὰμ ϗ τῆς χεττȣ́ρας γεννᾶται ἰεζὰν ἐκ δὲ ἰεζὰν, δαδὰν ἐκ δὲ δαδὰν, ῥαγȣὴλ, ἐκ δὲ ῥαγȣὴλ ἰώθορ ὁ ϗ ἰωβὰμ. ἐκ δὲ ἰώθορ σεπφόρα. ἣν ἔλαβεν μωσῆς. καθὼς ἱςορεῖ δημήτριος, ὡς φάσκει εὐσέβιος ἐν τῷ χρονικῷ. μωσῆς δὲ ὢν ἐτῶν Π' ἀφηγεῖται τȣ̃ ἰσραὴλ ἐν τῇ ἐξόδῳ τῇ ἐξ αἰγύπτȣ. πληρωσάτων αὐτῶν ἔτη ΥΛ' ἐπὶ τῆς παροικίας. ȣ̓ γαρ ἐν αἰγύπτῳ μόνη γίνεται ἡ παροίκησις, ἀλλὰ ϗ ἐν γῇ χανααν, ὅπερ ἡμῖν ϗ αὐτὴ παρίςησιν ἡ γραφὴ λέγȣσα. ἡ δὲ παροίκησις τῶν ὑιῶν ισραὴλ ἣν παρώκησαν ἐν γῇ αιγυπτῳ ϗ ἐν γῇ χανααν ἔτη ΥΛ'. ϗ ἔςι τȣ̃ μὲν ἀβραὰμ ἀπὸ τῆς ἐκ χαῤῥὰν ἀναβάσεως μέχρι τῆς ἰσαὰκ γενέσεως ἔτη ΚΕ'. τȣ̃ δὲ ἰσαὰκ μέχρι ἰακὼβ ἔτη Ξ'. τȣ̃ δὲ ἰακὼβ τὰ μέχρι λευὶ ἔτη ΠΖ'. τȣ̃ δὲ λίυε τὰ μέχρι καὰθ ἔτη ΜΒ'. τȣ̃ δὲ καὰθ τὰ μέχρις ἄμβραμ ἔτη Ξ'. τȣ̃ δὲ ἄμβραμ

vocantes Jacob & Esau & simul juramento delato illos hortati ut pacem invicem servarent, & fraternæ necessitudinis nunquam oblivifcerentur mortui sunt. Prior Rebecca, & paulo post honore & jure primogeniti relicto Jacob. Secundo anno incolatus Israelis in Ægypto Levi ad annos veniens XXXXII. genuit Caath; Caath annorum LX. genuit Ambram: Ambram anno vitæ suæ LXXV. genuit (a) Moysen.

Ex Abraham & Chettura nascitur (b) Jezan: ex Jezan Dadan: ex Dadan Raguel: ex Raguel Jothor qui & Jobam. Ex Jothor Sepphora quã accepit Moses, quemadmodum narrat Demetrius, ut ait Eusebius in Cronico. (c) Moses cum esset annorum LXXX. ducit populum Israel dum egreditur ex Ægypto; expletis ipsis (d) CCCCXXX. annis incolatus. Quod intelligi debet non solius in Ægypto incolatus, sed & in terra Chanaan: quod nobis ipsa etiam Scriptura ostendit, dum dicit. Incolatus vero filiorum Israel, quo manserunt in terra Ægypti & in terra Chanaan anni CCCCXXX. Et sunt a tempore quo ascendit Abraam e Charran ad nativitatem Isaac anni XXV. ab Isaac ad Jacob anni LX: a Jacob ad Levi anni LXXXVII. (e) A Levi ad Caath anni XXXXII: a Caath ad Ambram anni LX: ab Am-

(a) Jure illum Josephus l. 2. c. 5. vocat ab Abrahamo septimum.

(b) Jezan & ejus filius Dadan occurrunt Genes. 25. 3. & Raguel Exod. 2. 18. Josephus l. 2. antiq. c. 5. Raguelem vocat etiam Jetheglæum; fortasse ex duobus fecit unum. si Jetheglæus idem esse potest ac Jothor. Sumpsit hanc genealogiam noster ex Eusebio non e Chronico ut hic perperam scriptum est, sed ex lib. 9. c. 4 præp. Evang. ubi dicitur Abraham ex Cetura genuisse Jessam, ex Jessam natum fuisse Adam, a quo Raguelem ex hoc Jethronem a quo Sephoram Ita Moysem septimum & Sephoram sextam ab Abraham descendisse. Demetrius historicus a quo supradicta desumpserat Eusebius historiam scripserat de regibus Judæ quam bis Clemens Alex. citat. l. 1. Strom. non longe ante finem idemq. a S. Hieron. c. 38. inter script. Eccl. ponitur. V. Vass. de hist. Græc.

(c) Exod. 12. 40. habetur hic numerus & ad Galat. c. 17.

(d) Moysis genealogiam habet etiam Joseph. lib. 2. antiq. c. 5.

(e) Ejus filii ex quibus Moyses & Aaron recensentur Exod. 6. 16. & 20.

τὰ μέχρι μωυσέως ἔτη ΟΕ'. τȣ͂ δὲ μωυσέως τὰ μέχρι τῆς ἐξόδȣ ἔτη Π'. ϗ τῷ χρόνῳ ὅτε ἐξῆλθον. τῷ γαρ ἀπριλλίῳ μlwὶ ἐξῆλθεν ὁ λαὸς ἐκ γῆς αἰγύπτȣ, ϗ ἐπέρασεν τlwὺ ἐρυθρὰν θάλασσαν ἀβρόχοις ἴχνεσι κατακλυσθέντων τῶν αἰγυπτίων ἐν τῇ θαλάσσῃ ϗ ἐποίησεν ὁ λαὸς ἐν τῇ ἐρήμῳ σινᾶ ἔτη Μ'.

Ambram ad Moysen anni LXXV. A Moyse ad exitum anni LXXX., & tempore quando exivit, Mense enim Aprili exivit populus e terra Ægypti, & transivit rubrum mare siccis vestigis, demersis in mare Ægyptiis: & demoratus est populus in deserto Sina annis XXXX.

Κατὰ τȣ́τȣς τȣ̀ς χρόνȣς ἴναχος πρῶτος ἄργȣς ἐβασίλευσεν. μετὰ δὲ τȣ͂τον φορωνεὺς ἀργείων ἐβασίλευσεν, καθ' ὃν ὁ ἐπὶ ὠγύγȣ κατακλυσμὸς ὑπὸ ἑλλlwώων ἱσόρηται, ἰησȣ͂ς ὁ τȣ͂ ναυὴ μετὰ μωυσlwὺ παραλαβὼν τlwῶ ἡγεμονίαν ϗ διαπεράσας τὸν ἰορδάνlw ἄρχει τȣ͂ λαȣ͂ ἔτη ΚΕ'. ȣ̃τος ἐπόρθησεν ἐπαρχίας Ζ' ϗ καθεῖλεν βασιλεῖς ΚΘ', γίνονται τοίνυν ἀπὸ μὲν ἀδὰμ ἕως τȣ͂ κατακλυσμȣ͂ ἔτη ΒΣΜΒ'. ἀπὸ δὲ κατακλυσμȣ͂ ἕως τῆς πυργοποιΐας ἔτη ΦΛϚ' ἀπὸ δὲ τȣ͂ διαμερισμȣ͂ ἕως τῆς ἀβραὰμ ἐν γῇ χαναὰν μετοικήσεως ἔτη ΦΝΑ'. ἀπὸ δὲ ἀβραὰμ ἕως ἰησȣ͂ τȣ͂ ναυῆ. ἔτη ΦΟΑ'. ὁμȣ͂ γίνονται ἀπὸ ἀδὰμ ἔτη ΓΩϞ'.

Per hæc tempora *(a)* Inachus primus Argis regnavit, post illum *(b)* Phoroneus Argivis imperavit atque in ejus ætate diluvium Ogygis a Gentilibus refertur. Jesus Nave post Moysen assumpto ducatu, & trajecto Jordane regit populum *(c)* annos XXV. Destruxit hic provincias VII. tulitque de medio Reges *(d)* XXVIIII. Sunt autem ab Adam usque ad diluvium anni *(e)* MMCCXXXXII. A diluvio ad Turrim ædificatam *(f)* DXXXVI. A seperatione autem usque ad trasmigratione Abraham in terra Chanaan anni DXXXXI: ab Abraham usque ad Jesum Nave anni DLXXI *(g)* simul sunt ad Adam anni MMMDCCCLXXXX.

Μετὰ δὲ τlwὺ τελευτlwὺ ἰησȣ͂ τȣ͂ ναυῆ ζήσαντος ἔτη ΡΙ' κρατȣ́ντων τῶν πρε-

Post mortem Jesu Nave, qui vixit annos CX. cum regerent populum

(a) Multo ante tempore statuitur initium Inachi Regis Argivorum ab Eusebio in Chronico anno nempe sexto post obitum Abrahami. V. Petav. rat. temp. p. 1. l. 1. c. 4. & p. 2. l. 2. c. 5. ubi dicitur regnasse annos 50.

(b) Regnum annorum 60. ei tribuitur & juxta lib. 10. c. 3. præp. Evang. anno vigesimo, & millesimo ante primam Olympiadem regnabat. Ejusdem regni tempore accidit diluvium Ogygis V. Petav. l. c.

(c) Nimirum populos qui numerantur Josue c. 3. 10. & c. 24. 11. Non autem uniuscujusque populi Rex unus ut ibi c. 12.

(d) Ita LXX & Severus Sulp., sed Vulgata et hebr. XXXI Josue 12. 14.

(e) Totidem, a mundi exordio ad diluvium numerant Sulp Severus & qui in Chronologicis sequuntur LXX interpretes. Qui textui hebraico & vulgatæ annos 1656. V. Usserium &c.

(f) E textu nostro ea summa non colligitur ipsa. Post diluvium anni 2. Arphaxad ann. 137. Sala 130. Heber 134. quibus si addantur anni 130. Cainan quem textus LXX. habet & supra in nostro notavimus omissum a librariis ut credibile est, conficitur summa annorum 533. quæ parum distat a 536. De omisso Cainan Petav. da doctr. temp. l. 5. c. 27. & Calmet. in c. 10. Genes. v. 24.

(g) Ab Adam ad Josue Severus 3893. annos habet quod proxime accedit ad nostrum. Qui res istas attigit de varietatibus istis sæpe occurrentibus non perturbatur. De his egerunt Chronologi, Majorem obscuritatem esse in rebus Gentilium monuit Julius Africanus apud Euseb. de præp. Evang. l. 10. c. 3. dum ait *ante Olympiadas omnia confusis temporibus fuisse conscripta &c.*

σβυτέρων τῦ λαῦ κ) ἁμαρτησάντων τῷ θεῷ παρεδόθησαν τῷ χυσαρσαθὼμ βασιλεῖ μεσοποταμίας ὃς ἐβασίλευσεν αὐτῶν ἔτη Η'.

Κατὰ τὲς χρόνες προμηθεὺς μυθεύεται σοφὸς ὢν ἐν παιδείᾳ ἐν ᾗ τὲς ἀνθρώπες ἀπὸ ἰδιωτίας μετέπλασεν. ἐπιςρέψαντος τοίνυν τῦ λαῦ πρὸς τὸν θεὸν ἀνίςησι τὸν γοθονιὴλ ὃς ἔκρινεν τὸν λαὸν ἔτη Μ', ἀδελφὸς δὲ ἦν ὁ γοθονιὴλ τῦ χάλεβ κ) πάλιν ἁμαρτήσαντες παρεδόθησαν τῷ ἐγλὼμ βασιλεῖ μωὰβ. κ) δελεύεσιν αὐτῷ ἔτη ΙΗ'. τῷ Θ' ἔτει μωαβιτῶν ἡ αθηναίων βασιλεία ἦρξεν ἔτη ΑΜΒ' ὧν πρῶτος ἐβασίλευσεν κέκροψ. ἐπιςρέψαντος δὲ τῦ λαῦ πρὸς τὸν θεὸν ἀνίςησιν αὐτοῖς τὸν ἀὼδ ἄνδρα ἐκ φυλῆς ἐφραὶμ καὶ ἀπέκτεινεν τὸν ἐγλὼμ κ) ἦρξεν τῦ λαῦ ἔτη Ν', τῷ Θ' ἔτη ἀὼδ ἦρξεν ἡ μυκηναίων βασιλεία ἔτει ΤΛΒ'. ὧν πρῶτος περσεύς. προσπταίσας πάλιν ὁ λαὸς παρεδόθησαν τῷ ἰαβεὶς βασιλεῖ χαναὰν ἔτη Κ'. ἐπὶ τέτε προφητεύει δεβώρα ἐκ φυλῆς ἐφραὶμ. κ) δι' αὐτῆς ἡγήσατο τῦ λαῦ βαρὰχ ἐκ φυλῆς νεφθαλεὶμ ἔτη Μ'. μετὰ δὲ τὴν δεβώρας τελευτὴν ἐξημάρτησεν πάλιν ὁ λαὸς κ) καταδελεύονται τοῖς μαδιηναίοις ἔτη Ζ'.

pulum seniores & (a) peccassent in Deum, traditi sunt (b) Chursarsathon Regi Mesopotamiæ sub cujus dominatione fuerunt annos VIII.

Per ea tempora (c) Prometheus fuisse memoratur qui cum sapiens esset in iis quæ ad humanitatem pertinent ad eam rudes homines transformavit. Conversus est igitur populus ad Deum qui suscitavit Gothoniel atque hic judicavit populum annos XL: frater autem erat [d] Gothoniel Caleb. Rursus cum peccassent traditi sunt Eglon Regi Moab, servieruntque illi annos XVIII. Octavo autem anno servitutis Moabitarum Atheniensium regnum habuit initium & duravit annos MXLII. Primus ibi regnavit Cecrops. Conversus denuo populus ad Deum elegit sibi judicem Aod ex tribu Ephraim qui occidit Eglon, & populum rexit annos L. Anno Nono Aod initium habuit [e] Mycenæorum regnum propagatum ad annos CCCXXXII. ibiq. primus dominatus est Perseus. Male rursus se gerens Populus traditus est (f) Jabis Regi Chanaam per annos XX. Sub hoc prophetavit Debora de tribu Ephraim, & per eam populo præfuit Barac ex tribu Nephthalim annos XL. Post interitum Deboræ a recta via rursus declinavit Populus & in servitute fuerunt Madianitarum annis VII.

K Ge-

(a) Sensus obscurior: peccata Idololatriæ propter quæ Dominus tradidit Israel in servitutem Jud. 3. 7. dicuntur patrata a populo, non a Judicibus.

(b) Corrigendum nomen per vulgatam & fontes. In hebræo dicitur כושן רשעתים מלך ארם Cusan rasathaim Rex Aram, in Græco Χυσαρσαθαὶμ βασιλέως Συρίας ποταμῶν Cusarsathaim Rex Syriæ fluviorum, in vulgata Chusan rasathaim Rex Mesopotamiæ.

(c) Antiquiorem secundum quorumdam sententiam facit Eusebius in Chron Prometheum coævum scilicet Josepho Patriarchæ secundas in regno Ægypti partes agenti. Ab eo fabula Gentilium, qua homini a se efficto & a barbarie ad humanitatem traducto ferebatur animum inspirasse. Erat hæc confusa traditio creationis Adam.

(d) Ita in Græco, LXX. mutata littera gutturali ע in ג quam latinus omittit.

(e) De Mycenæorum regno Petav. rat. tempo. p. 1. l. 1. c. 8. Similiter de regno Atheniensium idem ibid. c. 5. & 8.

(f) Jabin hebræus Græcus, & vulgata.

Γεδεὼν δὲ αὐτοῖς ἐκ φυλῆς μανασσῆ θείοις σημείοις τῆς νίκης κομισάμενος τὴν πίστιν ἐπανίσαται, καὶ ἐν τριακοσίοις ἀνδράσι ΙΒʹ διαχειρισάμενος μυριάδας, ἦρξεν τοῦ λαοῦ ἔτη Μʹ. ἀβιμέλεχ ὁ τούτου υἱὸς ἔτη Γʹ. θολὰ υἱὸς φιλὰμ υἱοῦ χαλὰμ ὢν ἐκ φυλῆς ἐφραΐμ ἔτη ΚΓʹ. ἰαεὶρ ὁ γαλααδίτης ἐκ φυλῆς μανασσῆ ἔτη ΚΒʹ. μετὰ τοῦτον ἐξήμαρτεν ὁ λαὸς καὶ παρεδόθη τοῖς ἀμμανίταις ἔτη ΙΗʹ. ἔπειτα τὴν πρὸς θεὸν ποιησάμενας ἐπάνοδον σώζει διὰ τοῦ ἰεφθάε τοῦ γαλααδίτου. μητρὸς μὲν ὄντος ἑτέρας φυλῆς δὲ μανασσῆ. οὗτος ἄρχει τοῦ λαοῦ ἔτη ϛʹ. μετὰ τοῦτον ἦρξεν εὐσεβὼν ἐκ τῆς ἰούδα φυλῆς ὁ βηθλεεμίτης ἔτη Ζʹ. Κατὰ τούτους τοὺς χρόνους τὸ ἴλιον ἐκτίσθη καὶ ἀσκλήπιος τὴν ἰατρικὴν ἐπιστήμην μετίει. ἐλὼμ ὁ ζαβουλωνίτης ἔκρινεν τὸν ἰσραὴλ ἔτη Ιʹ. ἀβδὼμ υἱὸς ἐλὴμ ὁ φαραθωνίτης ἔτη Ηʹ. κατὰ τούτους τοὺς χρόνους ὀρφεὺς ὁ ποιητὴς ἐγνωρίζετο. προσπταίσας δὲ πάλιν ὁ λαὸς, ἐκδίδωται ἀλλοφύλοις τοῖς φυλισιεὶμ ἔτη Μʹ. τῷ ΙΔʹ ἔτει φυλισιαίων ἦρξεν ἡ λακεδαιμονίων βασιλεία ἐπὶ ἔτη ΤΚΔʹ ἧς πρῶτος ἐβασίλευσεν εὐρισθεὺς καὶ τῷ ΙΕʹ ἔτει τῶν αὐτῶν φυλισιαίων, ἦρξεν ἡ κορινθίων βασιλεία ἐπὶ ἔτη ΤΚΓʹ. ὧν πρῶτος ἐβασίλευσεν ἀλίτης. ἐπιστρέψαντος οὖν τοῦ ἰσραὴλ πρὸς θεὸν ἀνίστησι τὸν σαμψὼ, μανωὲ μὲν υἱὸν, φυλῆς

Gedeon autem ex tribu Manaſſe allatis ad Iſraelitas divinis victoriæ ſignis fidem eorum excitavit, & cum trecentis duodecim ſociis cæſis (*a*) centum viginti millibus hoſtium principatum in populo tenuit annos XL. Abimelech hujus filius annos III. Thola filius (*b*) Philam filii Chalam de tribu (*c*) Ephraim annos XXIII. Jair Galaadites ex tribu Manaſſe annos XXII. Poſt hunc peccavit Populus & traditus eſt (*d*) Ammanitis annis XVIII. Poſtea ad Deum reverſus ſalvus factus eſt per (*e*) Jephtæ Galaaditem; cujus mater (*f*) meretrix tribus vero fuit Manaſſe. Rexit hic Populum annos VI. Poſt hunc (*g*) Euſebon de tribu Juda Bethleemites annos VII. Ea ætate Ilium(*h*) ædificatum eſt, & Æſculapius medicam ſcientiam exercuit. Elom (*i*) Zabulonites judicavit Populum annos X. Abdon filius (*k*) Elem Pharathonites annos VIII. Iis temporibus Orpheus Poeta celebris fuit. Cum autem deliquiſſet rurſus in Deum Populus, traditus fuit in manus Alienigenarum Philiſtinorum annos XL. Anno XIIII. Philiſtinorum initium habuit Lacedæmoniorum regnum quod in annos CCCXXIIII. duravit & ibi primus regnavit Euriſtheus. Item anno XV. Philiſtinorum eorundem cepit regnum Corinthiorum in annos CCCXXIII. quibus imperavit primus Alites. Reverſus igitur Iſrael ad Deum ſibi judicem conſtituit Sampſonem Manoe filium

(*a*) Judic. 8. 10. (*b*) Hebræus & uulgata Phua.
(*c*) legendum Νεφθαλεὶμ *Nephtalim*.
(*d*) Græcus interpres & Joſephus habent *Ammanitis* quos hebr. & vulgata *Ammonitis*.
(*e*) Latine Jephte: græce ut in textu. hebr. יפתח *Iphtah*.
(*f*) legendum ἑταίρας.
(*g*) *Abeſan* vulgata Ἀβαισσὰν LXX Hebr. אבצן *Ibzan* ut hodie legitur Jud. 12. 8.
(*h*) De Ilio paulo poſt.
(*i*) Græce Αἰλὼμ uulgata Ahjalon hebr. *Elon* אילון.
(*k*) Hebr. הלל & uulg. *Hillel* Græc. Ἐλλήλ.

si quis accurate earundem explorare voluerit rationem & enumerare tempora, initium ducens ab exitu sermonis juxta dictum prophetæ, ut ædificaretur Jerusalem, hocce est a Nehemia filio [a] Acheli summo pincerna Artaxerxis qui auctoritate munitus solvit captivitatem ut ædificata esset Jerosolyma, inveniet LXX. hebdomadas completas hoc est annos CCCCLXXXX. ad (b) tempus illud, quo destructum est delictum, & ad consummationem deductum peccatum, & finem accipit visio & prophetæ (c) & ungitur Sanctum Sanctorum hoc est usque ad adventum Christi, & reliqua quæ peracta sunt.

Cyrus Persa eversa Medorum, & Assyriorum dominatione & Asiæ totius dominus factus regnat annos (d) XXXI. Sub eodem illustrior adhuc Daniel fuit, Bel comminuit ita ut non adoraretur, & draconem occidit & omni cultu privavit. Propterea in lacum leonum iterum etiam dejectus est: & nihil ab ipsis læsus septimo die a Rege (e) sursum tollitur, Anno [f] primo Cyri migrationis septuaginta annorum tempus completur. Et anno sequente concedit, eos qui possent revertentes habitare Hierosolymam & rursus ædificare templum imperavit. Ducebat eos qui revertebantur (g) Jesus Josedec filius summus Sacer-

(a) Hebr. חכליה *Hachaliah*, Vulg. *Helchia*.
(b) Celebris quæstio de 70 hebdomadibus agitata est ab omnibus qui ostendere contenderunt Jesum Christum esse Messiam a prophetis promissum.
(c) Daniel. c. 9.
(d) Totidem tribuit Herodotus l. 2. & Euseb. in Chron. Canon Ptolomæi in laterculo Regum Persarum annos 9. tantum.
(e) Potius ἀνεῖται Secunda dejectio Danielis in lacum est. Daniel c. ult.
(f) V. versiculum ultimum Paralipomenon & primum Esdræ.
(g) *Jesuah*, ibid. 2. 1. Vulg. *Josue*. In libro tamen Josue qui dicitur pariter ΙΗΣΟΥΣ est יהושע *Jehosuah*. V. LXX. & 1. Esdr. 5. 8.

ἰωσεδὲκ ὁ ἱερεὺς ὁ μέγας, ϗ ζοροβάβελ ὁ τȣ̃ σηλαθιὴλ ϗ ἐπροφήτευον ἀγγαῖος καὶ ζαχαρίας ὁ τȣ̃ ἀδδῶ.

Καταθέμενοι δὲ οἱ περὶ τὸν ἰησȣ̃ν τȣ̃ ναȣ̃ τὴν ἕδραν, ἐφ' ὅλα μ' ϗ δυό ἔτη τὸ ἔργον ἐκωλύοντο συμπεραιῶσαι. μέχρις ȣ̃ δαρεῖος ὁ ὑιὸς ὁ ὑςάσπȣ δευτέρῳ ἔτει τῆς ἑαυτȣ̃ βασιλείας τȣ̀ς ἐμποδίζοντας ἀνασείλας, τελείαν ἐπιτρέπει τȣ̃ ναȣ̃ τὴν ἐπισκευὴν ϗ συμπληρȣ̃ται ἐν ἄλλοις τέτρασιν ἔτεσιν. ὥςε συντετεσθῆναι αὐτὸν ἐν ὅλοις ἔτεσι μς'. φανερὰ δὲ ἐκ τῶν ὑποκειμένων ἀπόδειξις.

cerdos, & Zorobabel filius Salathiel: prophetabant tum Aggeus & Zacharias filius Addo.

Poſtquam autem Jeſus,& ſocii templi fundamenta poſuerant per quadraginta & duos annos vetitum eſt illis opus perficere: donec (*a*) Darius Hyſtaſpis filius anno regni ſui ſecundo repreſſis illis qui impediebant, (*b*) inſtaurationem templi, demandavit perfici quæ intra alios quatuor annos completur: ita ut annis XLVI Templum in univerſum ſit perfectum: cujus rei ex iis quę ſupra allata ſunt declaratio eſt manifeſta.

Καμβύσης ὁ ϗ ναβȣχοδονόσωρ ὑιὸς κύρȣ ἐβασίλευσεν ἔτη Η' ἐφ' ȣ̃ ἰȣδὶθ ἡ ἐκ βητȣλίας τῆς ἰȣδαίας ἐπιςρατεύσαντα ὀλοφέρνην ἀρχιςάτηγον αὐτȣ̃ κατὰ τῆς ἰȣδαίας ἐν χιλιάσιν ὁπλιτῶν ΡΚ' ἀνεῖλεν. καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτȣ̃ ἀποτεμȣ̃σα, ἐν ταῖς πολιορκȣμεναις παρ' αὐτȣ̃ πόλεσι, περιήνεγκεν.

Cambyſes qui & Nabuchodonoſor Cyri filius regnavit annos VIII. cujus imperii tempore (*c*) Judith de Betulia Judææ Olophernem ſummum ducem exercitus Cambyſis qui contra Judeam (*d*) CXX millia armatorum duxerat, interfecit ejuſque caput quod amputaverat, circumtulit per civitates ab illo obſeſſas.

Σπέρδιος μάγος σὺν τῷ ἀδελφῷ αὐτȣ̃ μῆδοι τῷ γένει, ἐπιθέμενοι βασιλευȣσι μῆνας Ζ'. δαρεῖος ὁ κύρȣ μὲν ἀπόγονος, ὑςάσπȣ δὲ ὑιὸς τοῖς μάγοις ἐπιθέμενος καὶ κρατήσας, ἐβασίλευσεν μέχρι συμπληρώσεως ἱερȣσαλὴμ ἔτη ς' ϗ πρὸς τȣ́τοις ἄλλα Λ'.

Sperdius Magus cum fratre ſuo (de genere Medorum ambo) occupata Dominatione regnant (*e*) menſes VII. Darius Cyri nepos Hyſtaſpis filius in Magos impetu facto iiſque ſuperatis regnavit uſque ad complementum *reædificatæ* Jeruſalem annos VI. & poſt hos alios XXX.

Illa

(*a*) Hic enimvero decurſu antiquorum temporum attente conſiderato nemo ſe tenere debet, quin cognoſcat & veneretur divinam providentiam, cujus miſericordia factum eſt ut per ſacros libros ſcientiam clariſſimam habeamus & initii primum generis humani, deinde ſucceſſionis & generationum, & regnorum continuatæ ad imperium uſque Perſarum. Poſtquam autem ordo ſerieſque temporum deficit in ſacris voluminibus ſuccedit, & nobis præſto eſt multiplex hiſtoria prophana de cujus veritate nullum dubium eſſe debet quin a Græcis & Romanis fideliter & dilucide tradita ſit ad Chriſtum uſque deducta. Et ut dubitatio nulla oriri poſſit, num hæc notitia ſequentium tempornm, nimirum quinque circiter ſeculorum, quæ inter Cyrum & mortem Chriſti interceſſerunt, ſit fidelis, Daniel ſcripto reliquit poſt elapſum tot annorum ſpatium finem imponendum fore veteri Teſtamento Legi, & figuris quorum omnium finis erat Chriſtus, cujus auctoritate & morte vetera tranſitura, & novum ejus ſpirituale regnum ſtabiliendum in æternum.

(*b*) V. Eſdræ libros quibus iſta & ſequentia narrantur.

(*c*) Non omnium ut reor eſt eadem ſententia de tempore hujus hiſtoriæ.

(*d*) Adde peditum præter XII millia equitum. Judith 2. 7.

(*e*) Ita in Chron. Euſebii, In laterculo Regum Perſarum Ptolomæus eos omittit.

Κατὰ τούτους τοὺς χρόνους πυθαγόρας ὁ φιλόσοφος ἐτελεύτησεν. καὶ ἱπποκράτης ὁ ἰατρὸς ἐγνωρίζετο. ἀρταβάνης ἐβασίλευσεν μῆνας Ζ'. ξέρξης ὁ δαρείου υἱὸς ἐβασίλευσεν ἔτη Κ'. ἀρταξέρξης ὁ ξέρξου ὁ μακρόχειρ ὁ αὐτὸς δὲ ἐστιν ὁ ἐν τῷ ἔσδρα λεγόμενος ἀρσασθᾶ ἐβασίλευσεν ἔτη ΜΑ'. ἐπὶ τούτου τὰ κατὰ ἐσθὴρ καὶ μαρδοχαῖον καὶ ἀμμὰν ἐπράχθη. καθ' ὃν καιρὸν καὶ ἔσδρας προεφήτευεν. συγχωρήσαντος ἀρταξέρξου ἔσδρας ὁ ἱερεὺς τοὺς ὑπολοίπους ἀναγαγὼν εἰς ἱερουσαλὴμ τὸν νόμον ἐξεπαίδευσεν. νεεμίας τε, ὁ ἀρχιοινοχόος ἀρταξέρξου ἐκ γένους ὢν ἀρχιερατικοῦ, παρακαλέσας τὸν βασιλέα καὶ ἐπιτραπεὶς ἄνεισιν εἰς τὴν ἰουδαίαν καὶ τὴν ἱερουσαλὴμ τειχίζει. δέει τῶν ἐπιτιθεμένων ὅπλοις τοὺς ἐνεργοῦντας περιστοιχίσας. καὶ τὸν λαὸν σὺν τῷ ἔσδρα τῷ μωυσέως ἐξεπαίδευσεν νόμῳ, πᾶσαν ἐξ αὐτῶν ἑλληνικὴν ἀποκινήσας ἀγωγήν. καὶ ᾠκοδομήθη πλατεῖα καὶ περίτειχος ἡ πόλις.

Illa ætate Pythagoras philoſophus mortuus eſt & Hippocrates ex medicina magnum nomen ſibi fecerat. (*a*) Artabanus regnavit annos VII. Xerxes Darii filius regnavit annos XX. (*b*) Artaxerxes Xerxis filius longimanus; idem qui in Eſdra dicitur Arſaſtha regnavit annos XLI. In hujus regnum incidunt quæ de Eſther & Mardochæo, & Amman evenerunt. Quo tempore etiam Eſdras prophetavit. Concedente Artaxerxe Eſdras Sacerdos reliquos Judæos reductos in Jeruſalem legem Domini docuit. Nehemias quoque primus Artaxerxis pincerna qui erat de genere Pontificali annuente ejus precibus Rege redit in Judæam, & rei publicæ præpoſitus Jeruſalem muris cinxit. Quod cum faceret timore & armis eorum qui præpoſiti erant, operarios circumſtipavit: & una cum Eſdra in lege Moyſi populum erudivit, omni ab ipſo erga mores gentiles animi propenſione remota. Et ſic ampla urbs & circumquaque muris munita ædificata eſt.

Ἐντεῦθεν φασὶ δεῖν τὰς ἑβδομάδας ἀριθμεῖσθαι τὰς Ο' τὰς ἐν τῇ τοῦ δανιὴλ ὀπτασίᾳ μέχρι τῆς τοῦ κυρίου παρουσίας καὶ τῶν ἑξῆς ἐπισυμβεβηκότων. φανερὸν δέ ἐστιν ὅτι Ο' ἑβδομάδες ποιοῦσιν ἔτη ΥϞ'.

Ab hoc tempore dicunt hebdomadas eſſe (*c*) numerandas, quæ LXX. dicuntur in Danielis viſione uſque ad Chriſti adventum, & ad ea quæ deinceps acciderunt. Manifeſtum eſt quod LXX. hebdomades annos CCCCLXXXX. conficiunt.

Κατὰ τούτους τοὺς χρόνους μαλαχίας ἐν τῇ ἰουδαίᾳ προεφήτευεν. παρὰ δὲ τοῖς ἕλλησιν ἐγνωρίζετο σοφοκλῆς εὐριπίδης καὶ σωκράτης ἱπποκράτης ἡράκλητος, καὶ ἀναξαγόρας καὶ ἡρόδοτος.

Eo tempore prophetabat in Judæa Malachias. Apud Græcos clari fuerunt Sophocles, Euripides, & Socrates, (*d*) Hippocrates, Heraclitus, & Anaxagoras, & Herodotus.

P Xer-

(*e*) In eodem Chronico Artabanus poſtponitur Xerxi, in laterculo Ptolomæi omittitur.

(*f*) I. Eſdr. 4. 7. & c. 7. 12. ארתחששתא *Artbahſaſth* ſi ultimum Scheva ſub ultimo Tau quieſcit non obſtante Dagheſ. LXX. Ἀρθασασθά. Herodoto lib. 6. valet ea vox *magnus bellator*.

(*a*) Evitat noſter queſtionem Chronologicam de initio LXX. hebdomadum: undecunque ait deſumatur initium curſus ejus temporis, inde ad Chriſtum fluxiſſe annos 490. tenendum eſt.

(*b*) ſi non eſt denuo memoratus is medicorum omnium præceptor, quod non credo, videtur

Χέρξης ὁ ἀρταξέρξȣ ὑιός τὴν ἀρχὴν διαδεξάμενος βασιλεύει μῆνας δύο. σογδιανὸς τὸν ξέρξην διαδεξάμενος βασιλεύει μῆνας Ζ΄. δαρεῖος ὁ ἐπικληθεὶς νόθος ἀνελὼν σογδιανὸν ἐβασίλευσεν ἔτη ΙΘ΄. ἀρταξέρξης ὁ δαρείȣ καὶ παρισάτιδος τὸν πατέρα διαδεξάμενος ἐβασίλευσεν ἔτη ΜΒ΄. ἐπὶ τȣ́τȣ σωκράτης ὁ φιλόσοφος ὡς φαυλίσας τȣ̀ς ἑλλιώων νόμȣς θανατȣ̃ται. κώνειον πιὼν ἐν τῷ δεσμοτηρίῳ. ἐπὶ αὐτȣ̃ θȣκυδίδης ϗ ξενοφῶν ἱςορικοί. ϗ πλάτων ὁ φιλόσοφος μαθητὴς σωκράτȣς ϗ ἀρίςιππος.

Xerxes Arataxerxis filius cum successisset in dominationem menses duos regnavit. (*a*) Sogdianus Xerxi suffectus regnat menses VII. Darius cognomento Nothus post interfectum Sogdianum regnavit annos VIIII. Artaxerxes, Darii, & Parisatidis filius patri succedens regnat annos XLII. Sub hoc Principe Socrates philosophus reus contemptarum [*b*] legum Gentilium morte mulctatur in carcere hausta cicuta. Sub eodem item fuerunt Thucydides & Xenophon historici & Plato philosophus discipulus Socratis & Aristippus.

Αρταξέρξης ὁ ἐπικληθεὶς ὠχός ἐβασίλευσεν ἔτη ΚΒ΄. ἐφ᾽ ȣ̔ ἀριςοτέλης ϗ δημοσθένης φιλόσοφοι ἐν ἑλλάδι. ναρσὴς τȣ̃τον διαδεξάμενος ἐβασιλευσεν ἔτη δ΄. δαρεῖος ὁ ἀρσαμȣ̃ μετὰ τὸν ναρσὴν ἐβασίλευσεν ἔτη Δ΄. τȣ̃τον ἀλέξανδρος ὁ φιλίππȣ ϗ ὀλυμπίαδος ὑιὸς βασιλεὺς μακεδόνων χειροσάμενος καθεῖλεν τῆς ἀρχῆς. ϗ καταλύεται ἡ περσῶν δυναςεία. ϗ μεταπίπτει εἰς μακεδόνας ἡ βασιλεία. οὗτος ὁ ἀλέξανδρος τῷ ἑβδόμῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτȣ̃ χειρωσάμενος πέρσας. ἔτι πρὸς τȣ́τοις τοῖς ἑπτὰ ἔτεσι βασιλεύει καὶ περσῶν μετὰ τὸν δαρεῖον ἔτη ς΄ μῆνας ς΄. ȣ̔͂τος ἀλεξάνδρειαν τὴν μεγάλην πόλιν κτίζει ἐν αἰγύπτῳ. ϗ τὴν μὲν περσῶν βασιλείαν ἐχειρώσατο. αἰγύπτȣ δὲ ϗ φοινίκης ϗ παλαιςίνης ϗ συρίας ϗ πάσης ἀσίας μέγας γενόμενος ἐκράτη-

Artaxerxes cognomine Ochus regnavit annos XXII. Sub quo Aristoteles, & (*c*) Demosthenes philosophi in Græcia. [*d*] Narses post Regem illum dominatus est annos IIII. [*e*] Darius, Arsami filius post Narsen regnavit annos VI. Hunc Alexander, Philippi & Olympiadis filius Macedonum Rex devictum de regno dejecit, & ita finem habuit Persarum dominatus, reciditque ad Macedonas imperium. Iste Alexander anno regni sui septimo Persas subjugavit; insuper ultra has annos septem imperat etiam Persis post Darium annos VI. menses VI. Idem Alexandriam magnam illam urbem ædificavit in Egypto; & Persarum quidem regno potitus est; Egypti vero & Phœnicis, & Palæstinæ, & Syriæ, & Asiæ totius magnus revera factus

* legendum *Xenocrates*: quanquam nec hoc caret aliqua difficultate, Xenocrates enim fuit post Platonem, sive hunc audivit, quod Laertius, sive Speusippum Platonis discipulum quod Euseb. præp. Evang. l. 14. c. 2. De hisce viris doctis meminit in Chronico. V. Petav. rat. temp.

(*a*) Hic sicut & Sogdianus omittuntur in laterculo Ptolomæi ob brevitatem imperii. Tempus dominationis eorum additur regno successoris.

(*b*) Quæ de Diis Gentilium colendis erant.

(*c*) An legendum Democritus? plus enim quam centenarius obiit.

(*d*) In laterculo Ptolemæi dicitur *Arogus*, ab Euseb. in Chron. *Arses*.

(*e*) Quem Alexander Philippi filius Macedo devicit, & ad Græcos transtulit summam rerum.

σε δυνατῶς. τελευτᾷ δὲ ἐν βαβυλῶνι ϗ διαιρεῖται ἡ βασιλεία αὐτȣ̃ τετραχῆ, εἴς τε τὴν βαβυλονίαν ϗ μακεδονίαν, ἀσίαν τε ϗ αἴγυπτον. ἐπὶ μὲν τῆς μακεδονίας, φίλιππος ὁ ἀδελφὸς αὐτȣ̃. ἀντίγονος δὲ τὴν ἐπὶ τῆς ἀσίας. πτολεμαῖος δὲ ὁ λαγȣ̃ ϗ ἀρσινόης τῆς μελεάγρȣ θυγατρὸς, τὴν ἐπ' αἰγύπτȣ. ϗ τὴν ἐπὶ συρίας σέλευκος ὁ νικάτωρ. ȣ̃τος ἀντιόχειαν τὴν μεγαλόπολιν κτίζει. ἐπ' ὀνόματι τȣ̃ αὐτȣ̃ ὑιȣ̃ ἀντιόχȣ. ἔκτισεν δὲ ϗ σελεύκειαν, λαοδίκειάν τε καὶ ἔδεσσαν.

Πτολεμαῖος τοίνυν ὁ λαγȣ̃ ἐβασίλευσεν πρῶτος ἐν αἰγύπτῳ ἔτη ΜΑ΄. κατὰ τȣ́τȣς τȣ̀ς χρόνȣς ἐπίκȣρος ὁ φιλόσοφος ἐγνωρίζετο. πτολεμαῖος ὁ φιλάδελφος ἐβασίλευσεν ἔτη ΛΗ΄. ȣ̃τος προτρέπει τȣ̀ς ἐκ τῶν ἰȣδαίων νομομαθεῖς ἑρμηνεῦσαι τὰς θείας γραφὰς ἐκ τῆς ἑβραΐδος εἰς τὴν ἑλληνικὴν γλῶσσαν. ϗ ποιȣ̃νται τὴν ἑρμηνείαν ἄνδρες ὁ ἐν σοφίᾳ παρὰ τοῖς ἑβραίοις ἐπαινȣ́μενοι. ἐν ἑβδομήκοντα ἡμέραις καθίσας αὐτȣ̀ς ἐν τῇ φάρῳ ἀνὰ δύο ϗ συγκρίνας τὰς πάντων ἑρμηνείας. πτολεμαῖος ὁ ἐυεργέτης ὁ τȣ̃ φιλαδέλφȣ ϗ εὐριδίκης τῆς ἀρσινόης ἐβασίλευσεν ἔτη ΚΕ΄.

factus tenuit dominatum. Moritur tandem Babylone; & regnum ejus (a) quadrifariam dividitur: In Babyloniam, in Macedoniam, in Asiam. in Egyptum. In Macedonia Philippus ejus frater, Antigonus in Asia, Ptolemæus filius Lagi, & Arsinoes, Meleagri filiæ in Ægypto, in Syria, Seleucus, Nicator dictus dominati sunt. Hic Antiochiam urbem magnam ædificat (b) de nomine Antiochi filii sui. Ædificavit autem & Seleuciam, Laodiceam & Edessam.

Ptolemæus itaque Lagi filius primus Græcorum in Ægipto regnum tenuit (c) annos XLI. Hujus temporibus Epicurus Philosophus clarus habetur. Ptolemæus Philadelphus regnavit annos XXXVIII. Hortatus est iste nonnullos qui inter Judæos periti erant, [d] divinas scripturas ex hebraica in Græcam linguam interpretari; quam interpretationem LXX. Viri sapientia inter hebræos clari perfecerunt: quos LXX. diebus in Pharo collocavit binos, & omnium interpretationes simul comparavit. Ptolomæus Evergetes Philadelphi filius, & Euridices Arsinoes filius regnavit annos XXV. Hu-

(a) Ista divisio dominationis ab Alexandro M. facta pueris, vel ducibus suis, ut naratur l. Machab. 1. 7. facile perspicitur prędicta a Daniel. c. 7. v. 6.

(b) Justinus lib. 16. prope finem *geminæ originis memoriam consecravit, urbem ex Antiochi patris nomine Antiochiam vocavit & campos vicinos urbi Apollini dicavit* ex cujus Dei concubitu dicebatur mater Laodice eum concepisse. Seleuciam de nomine suo Laudiceam de nomine matris appellavit.

(c) Alii XL. Canon Ptolomæi Regum Ægypti tribuir ejus regno annos tantum XX. In nota error esse putandus est & pro μ scriptum κ.

(d) Agitur hic de celeberrima versione quæ sæpe in his annotationibus citatur sub nomine *LXX.* de qua Joseph. l. 12. ant. c. 2. multa dicit, & de qua fertur peculiaris liber Aristeæ nomine *de translatione divinæ legis ex hebraica lingua in Græcam per septuaginta interpretes facta*. De eadem versione & de vetustate & auctoritate libri Aristeæ multi qui commentaria in S. Scripturas concinarunt, & qui de versionibus earundem in varias linguas egerunt, scripserunt multa, quorum sententias hic commemorare non attinet. Certum est hanc versionem venerandam esse effectam usu Ecclesiæ Græcæ, & SS. Patrum qui in ea floruerunt: præterea usu Latinæ quæ de ea primis seculis non pauca latine facta secuta est. & psalmos etiamnum canit; præter hæc aliquot libros & particulas aliorum quæ solum Græce ad nos pervenerunt, adoptavit.

κατὰ τούτους τοὺς χρόνους ἰησοῦς ὁ τοῦ σιράχ ὁ τὴν σοφίαν συγγράψας παρ' ἑβραίοις ἐγνωρίζετο.

Hujus regni tempore Jesus filius Sirach, qui sapientiæ librum apud Hebræos scripserat, celebris fuit.

Πτολεμαῖος ὁ φιλοπάτωρ ὁ τοῦ ἐυεργέτου ὑιὸς ἐβασιλευσεν ἔτη ΙΖ'. ἐπὶ τούτου ὁ λαὸς τῶν ἑβραίων αἰχμάλωτος ἐν αἰγύπτῳ ἀχθεὶς τοιοῦτόν τι ἔπαθεν. οὗτος γὰρ προσέταξε τοῖς ἑαυτοῦ ὑπασπισταῖς ἐλέφαντας Φ'. οὓς εἶχε, ποτίσαι οἴνῳ λιβανωτῷ, ὅπως ἅπαντας τοὺς ἰουδαίους δι' αὐτῶν ἀπολέσει. ἐυξαμένων δὲ ἐκείνων οἱ ἐλέφαντες εἰς τοὺς ἰδίους στρατιώτας τε καὶ δήμους ἐμπηδήσαντες, πολὺν αὐτὸν ὄχλον τῇ περιεχούσῃ μανίᾳ κατέσφαξαν. καὶ οὕτω σωθέντες μετ' εὐχαριστίας ἀπελύθησαν εἰς τὰ ἴδια. μεθ' ὃν πτολεμαῖος ὁ ἐπιφάνης ΚΔ'. εἶτα πτολεμαῖος ὁ φιλομήτωρ ὁ τοῦ ἐπιφάνους ὑιὸς ἐβασίλευσεν ἔτη ΛΕ'. τῷ ΚΔ' ἔτει αὐτοῦ, ἀντίοχος βασιλεὺς συρίας ὑπερηφανείᾳ ἀρθεὶς πτολεμαῖον πολεμεῖ. καὶ τὴν αἴγυπτον διώξας πολιορκεῖ τὴν ἱερουσαλὴμ καὶ τὸν θεῖον ναὸν καὶ τόν ἱερὸν νόμον βεβηλοῖ κατὰ τὴν προφητείαν τοῦ δανιὴλ. καὶ ἑλλανισμὸν μιαροφαγίας τοῖς ἰουδαίοις νομοθετεῖ. ἐφ' ὧ οἱ μακκαβαῖοι πρόμαχοι τῆς ἐυσεβείας πολλοῖς καὶ πικροῖς αἰκισμοῖς τῆς θείας ὑπερήθλησαν νομοθεσίας μέχρι θανάτου.

Ptolemæus Philopator Evergetis filius regnavit annos XVII. Sub hoc populus Hebræorum captivus in Ægyptum actus tale malum miserę (a) passus est. Is enim edixit satellitibus suis ut Elephantibus quos habebat (b) vinum thure infectum darent potandum, ut omnes Judæos per illos perderet. Judęi vota Deo nuncuparunt, & Elephantes in milites Regis sui & populos irruentes turbam hominum multam occiderunt: & ita salvi facti gratias Deo agentes in propria dimissi fuerunt. Post illum Ptolemæus Epiphanes regnavit annos XXIIII. Ejus deinde filius Ptolemæus Philometor annos XXXV. Anno ejus XXIIII (c) Antiochus Rex Syriæ in superbiam elatus in Ptolemæum movet bellum, & Ægyptum sibi subdere volens Jerusalem obsidione cingit: dum Templum Dei, & Sanctam legem polluit juxta Prophetiam Daniel, & Græcanicum (d) ritum comestionis (e) immundorum lege Judæis præcipit. Sub quo Maccabei pietatis (f) propugnatores per multos & acerbos cruciatus pro lege divina ad mortem usque oppugnati fuerunt.

Πτολεμαῖος ὁ τοῦ φιλομήτορος ἀδελφὸς ὁ ἐυεργέτης βασιλέυει ἔτη ΚΘ'.

Ptolemæus Philometoris frater dictus Evergetes regnat annos XXIX.

[a]

(a) Ista indicat Euseb. in Chron. ad annum primum Olimpiadis 140. & consequenter ante Maccabeorum martyrium. Extat hæc persecutio Judæorum Ægyptiorum narrata luculenter in libro qui dicitur *tertius Maccabæorum*, quem facile cuivis est legere inter comentaria S. Scripturæ Domni Calmet.

(b) Quo in furorem acti & in Judæos concitati universos perderent.

(c) Epiphanes nimirum cujus malefacta in Judæos & in legem Domini sunt in 2. Maccab. 1. v. 11. & 22 &c.

(d) Ibid 11. n. 20. versu vero 15. *Ædificaverunt gymnasium in Jerusalem secundum leges nationum* & seq. ad peragendos ludos athletarum & equorum currulium. De eo Daniel. 11.15.

(e) Carnis porcinæ &c.

(f) Inter illos hoc nomine digni fuere ii quorum recitatur passio, Eleazarus & septem fratres 12. Maccab. c. 6. & Flavii Josephi peculiari libello.

Πτολεμαῖος ὁ φύσκων ἐβασίλευσεν ἔτη ΙΖʹ. ἐπὶ αὐτȣ̃ τὰ κατα ἰȣ́δαν τὸν μακκαβαῖον ἐπράχθη. πτολεμαῖος ὁ ἐπικληθεὶς ἀλέξας ἐβασίλευσεν ἔτη Ιʹ.

(a) Ptolemæus Phyſcon regnavit annos XVII. Sub eo quidquid ad (b) Judam Maccabæum ſpectat, evenit. Ptolomæus qui cognominatus eſt Alexas regnavit annos X.

Πτολεμαῖος ὁ δεύτερος σωτὴρ ὁ υἱὸς τȣ̃ δευτέρȣ εὐεργέτȣ ϗ κλεοπάτρας τῆς εὐεργέτιδος ἐβασίλευσεν ἔτη Ηʹ. πτολεμαῖος ὁ ἐπικληθεὶς νέος διονύσος ἐβασίλευσεν ἔτη Λʹ. ἐπὶ τȣ́τȣ πομπήϊος ὁ τῶν ῥωμαίων ςρατηγὸς εἷλεν τὴν συρίαν πᾶσαν, ϗ ἰȣδαίαν ϗ τὴν αὐτῆς βασιλείαν ῥωμαίοις ὑπέταξεν. ϗ ἐκβαλὼν ἐκ τῆς ἀρχιερωσύνης ἀριςόβȣλον, δέσμιον σὺν τοῖς παισὶ παρέπεμψεν εἰς ῥώμην. ϗ ἐπιβαλὼν μέρος φόρων τοῖς ἰȣδαίοις ὑρκανὸν τὸν ἀριςοβȣ́λȣ ἀδελφὸν ἀνέδειξεν ἀρχιερέα. ȣ̃τος δὲ φιλίαν εἶχεν πρὸς ἀντίπατρον τινὰ ἀσκαλονίτην εἰδωλόδȣλον τὸν πατέρα ἡρώδȣ. ὃν κατέςησεν ἐπίτροπον τῆς χώρας. παῖδα δὲ ὄντα ποτὲ τὸν ἀντίπατρον λῃςαὶ ἀναρπάσαντες ἰδȣμαῖοι κατεῖχον, λύτρα ὑπὲρ αὐτȣ̃ κομιεῖσθαι ὑπειληφότες. τȣ̃ δὲ πατρὸς αὐτȣ̃ εἰς ἔσχατον πενίας ἐληλακότος, ἔμενεν παρὰ τοῖς ἁρπάξασι δȣλεύων. ϗ τοῖς ἐκείνων ἔθεσιν ἀνατρεφόμενος.

Ptolemæus alter (c) Soter Filius alterius (d) qui dictus, & Cleopatræ Evergetidis regnavit annos VIII. Ptolemæus cognominatus novus Dionyſus regnavit annos XXX. Hujus regni tempore Pompeius Romani exercitus Imperator Syriam cepit, & Judæam, & ejuſdem regnum (e) Romanis ſubjecit. Ejecit e ſummo Sacerdotio [f] Ariſtobulum quem cum filiis captivum Romam tranſmiſit. Auxit præterea Judæis partem tributorum: & Hyrcanum Ariſtobuli fratrem ſummum Sacerdotem conſtituit. Amicus erat Pompeius Antipatri cujuſdam Aſcalonitæ Idololatræ patris Herodis; eum regionis (g) præfectum conſtituit. Cum adhuc puer erat Antipater, latrones Idumæi in ſervitute eum detinuerunt redemptionis pretium de eo ſe relaturos confiſi. Verum quia pater ejus in ſummam paupertatem venerat, remanſit in ſervitute raptorum, eorumque moribus innutritus eſt.

Κλεοπάτρα ἡ τȣ̃ νέȣ διονύσȣ θυγάτηρ τελευτήσαντα διαδέχεται τὸν πατέρα. καὶ συμβασιλεύει αὐτῇ πτολεμαῖος ὁ ἀδελφός. τȣ̃τον διενεχθέντα πρὸς

Cleopatra novi Dionyſi filia patri defuncto ſucceſſit. Et ſimul cum ea regnat Ptolemæus frater; qui cum diſcreparet ab ea, occiſus eſt.

Q Sola

(a) In laterculo Ptolemæi tres Reges, Phyſcon, Alexander (quem noſter *Alexas* vocat) & alter Soter comprehenduntur ſub nomine Ptolemæi Soteris qui annis 36 regnaſſe dicitur. Qui pluria ſcire de iis Regibus cupit, habet hiſtoriam Regum Ægypti, concinnatam a Vaillantio & nummis eorum ornatam.

(b) Recenſentur ejus geſta I. Machab. 3. & deinceps.

(c) In Græco σὴρ pro σωτὴρ

(d) Occaſione contentionis de regno Judææ inter fratres de genere Sacerdotali Hyrcanum & Ariſtobulum, qui ſi non Reges, ſaltem Ethnarchæ dicebantur. Narrantur hæc fuſe a Joſepho l. 14 ant. c. 8. & l. 1. de bell. Jud. c. 5. ubi dicitur Pompeius ingredi voluiſſe in Sancta Sanctorum Templi Hieroſolymitani quo ſoli ſummo Sacerdoti licebat.

(e) Hominem novandarum rerum capacem: quibus minus idoneus Hyrcanus videbatur.

(f) Ab eodem Joſeph. narrantur iſta l. 1. de bell. Jud. c. 7. & l. 14 antiq. c. 16.

αὐτὴν ἀνελοῦσα μόνη κατέσχεν τὴν ἀρχὴν καὶ βασιλεύει ἔτη ΚΒ'.

Sola inde tenuit principatum regnavitque annos XXII.

ἰούλιος καῖσαρ κατὰ τὸ τέταρτον ἔτος τῆς βασιλείας κλεοπάτρας αὐτοκράτωρ ῥωμαίων ἀναδειχθεὶς εἰς τὴν ἀνατολὴν σὺν πολλῇ ἀνελθὼν δυνάμει καὶ πολλοὺς τῶν αὐτόθι τροπωσάμενος καὶ ὑποφόρους καταστήσας ἰδίους τῶν τόπων καθίστησιν ἐπιμελητάς. ἀφικόμενος δὲ καὶ εἰς τὴν αἴγυπτον ἰούλιος τῆς κλεοπάτρας κρατύνει τὴν ἀρχὴν. τῶν ἐπιτιθεμένων ἀναστείλας τὰς ἐπιβουλάς. καὶ τὰ ἐπὶ τῆς ἀνατολῆς ἅπαντα διοικησάμενος ἐπανῆλθεν πρὸς τὴν ῥώμην. μετὰ δέ τινα χρόνον ὑπὸ βρούτου καὶ κασσίου δολοφονηθεὶς ἀποθνήσκει· βασιλεύσας ἔτη Δ'. μῆνας Ζ'.

[a] Julius Cæſar (b) anno regni Cleopatræ quarto Imperator Romanorum renunciatus in Orientem magnis ſtipatus viribus venit, multos illic vicit, fecit tributarios, & rei in iis locis ſuæ (c) procuratores conſtituit. Delatus etiam in Ægyptum Julius Cleopatræ dominatum confirmat, & inſidias molientium res novas refrænat. Compoſitis in oriente rebus omnibus Romam reverſus eſt. Sed poſt quoddam temporis intervallum doloſe a Bruto & Caſſio [d] interfectus eſt. Ejus dominatio annorum IIII. & menſium VII. fuit.

Ὀκταβιανὸς δὲ ὁ καὶ αὔγουστος μετακληθεὶς ἐννεακαιδεκαέτης ὑπάρχων ἀναδραμὼν εἰς τὴν ῥώμην ἐξ ἀπολλωνιάδος τῆς ἠπείρου· ἐνταῦθα γὰρ ἐπ' ἀσκήσει λόγων διέτριβεν· καὶ γὰρ ἐκ ταύτης εἶναι τὸ γένος ἐλέγετο· διαδέχεται τὸν ἰούλιον, καὶ βασιλεύει τὰ πάντα ἔτη Νϛ' μῆνας ϛ'. ἐν τῷ ἕκτῳ τοίνυν τῆς τούτου βασιλείας πτολεμαῖον ἀναιρεῖ τὸν ἀδελφὸν ἡ κλεοπάτρα. ἀντώνιος δὲ ὁ ῥωμαίων στρατηγὸς εἰς κιλικίαν αὐτὴν μεταπεμψάμενος διὰ τὴν τοῦ ἀδελφοῦ τόλμαν ἔρωτι τῆς γυναικὸς ἐκρατήθη. ὅθεν ἐπανελθεῖν εἰς τὴν ῥώμην οὐκ ἐγνώκει λόγον τῆς διοικήσεως ἀποδώσων.

Octavianus autem qui & Auguſtus vocatus eſt, annum agens XVIIII citato curſu Romam ex Apolloniade Epiri [ibi enim arti dicendi vacabat; & (e) ex ea genus ducere dicebatur) ſuccedit Julio & dominatur annos integros LVI. & menſes VI. Itaque anno hujus ſexto Ptolemæum fratrem ut dictum eſt de medio tollit Cleopatra. Antonius autem Romanorum dux cum illam propter ſcelus in fratrem patratum in Ciliciam venire juſſiſſet, mulieris amore (f) captus eſt. Ideoque reditum in urbem Romam non cogitabat ad reddendam adminiſtratarum rerum rationem.

Dum

(a) Notanda methodus auctoris noſtri, qui Chronologiam Imperii Romani dirigit & refert ad annos regni Ægypti quam quaſi quandam Judææ appendicem reputabant: juxta id quod Joſeph. l. 18. ant. c. 12. ait facile migrare Judæos in Ægyptum propter vicinitatem.

(b) Hujus vocis ea vis eſt ut ſignificet regiones, quas gubernarent, omnino tunc fuiſſe ſub poteſtate & imperio præficientis non Senatus Populi ve Romani. Inde factum eſt ut in teſtamento Julii Cæſaris, Auguſti, & Tiberii tanta res eſſet ut præter hereditatem populo & viritim pecunia non parva legari poſſet.

(c) Narrat hæc Dio accurate ad annum urbis 707. lib. 42.

(d) De morte per conjuratos illata Cæſari qui res ejus temporis perſecuti ſunt, agunt omnes.

(e) Apollinis & Apolloniadis ſimilitudo induxit in errorem deducendi generis Auguſti ex Apolloniade, cum Attia ſoror Julii Cæſaris affirmaret ſe concepiſſe Octavium patrem Auguſti ex congreſſu cum Apolline. Dio l. 45.

(f) V. Joſeph. l. 14. ant. c. 23. & latinos ſcriptores qui de rebus temporis illius.

Ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ ὁ σεβαστὸς ὀκταβιανὸς αὔγουστος ἐπονομάσθη. ϗ ὁ σεξτίλιος μὴν αὔγουστος προσηγορεύθη. ὅθεν ἤρξατο τὸ καλούμενον βίσεξτον. τότε καὶ τὸ καλούμενον βίσεξτον ἀρχὴν ἔλαβεν. καθ' ὃ δὶς ἄγουσι ἐξ ἐκείνου κατὰ τετραετίαν τὴν πρὸ ἓξ καλανδῶν μαρτίου.

Ἐν δὲ τῷ τρισκαιδεκάτῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας ὁ αὔγουστος πᾶσαν τὴν ἐξ ἰταλίας ϗ τῆς ἄλλης δύσεως συναθροίσας δύναμιν, κάτεισιν ἐπὶ τὸν ἀντώνιον. ὑπήντησεν αὐτῷ ἡρώδης ὁ τοῦ ἀντιπάτρου υἱὸς παρέχων αὐτῷ οὐ τὴν τυχοῦσαν λειτουργίαν ἔν τε στρατεύμασι καὶ ἀναλώμασι. ὑρκανοῦ γὰρ τοῦ ἀρχιερέως ὑπὸ πάρθων αἰχμαλωτισθέντος, ϗ ἀντιπάτρου δολοφονηθέντος, ϗ μηδενὸς ὄντος τοῦ ἀντεχομένου τῶν πραγμάτων ἐπεπήδησεν τῇ ἀρχῇ ὁ ἡρώδης πάμπολλα χρήματα δοὺς τοῖς ῥωμαίοις ϗ ὑπόσπονδος αὐτῶν γενόμενος.

Ἀντώνιος δὲ ἀσιανὴν ἑαυτῷ δύναμιν ἔχων ὑπαντιάζει. ϗ γενομένης συμβολῆς ἡττᾶται ὁ ἀντώνιος ϗ φεύγει μετὰ τῆς κλεοπάτρας εἰς αἴγυπτον. ϗ ὁ μὲν ἀντώνιος ἑαυτὸν διεχειρίσατο, ἡ δὲ κλεοπάτρα ἀσπίδα τὸ θηρίον ἑαυτῇ προσενεγκαμένη ἐτελεύτα· βασιλεύσασα ἔτη ΚΒ'. ϗ οὕτως ἐπαύσατο ἡ κατ' αἴγυπτον δυναστεία τῷ τρισκαιδεκάτῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐγούστου καίσαρος.

Κατὰ τοῦτον οἱ ῥωμαῖοι τὸν καιρὸν

Dum hæc agerentur, Octavianus, Augustus Romæ, a Græcis Σεβαστὸς est cognominatus, & sextilis mensis Augustus dictus. Hinc cœperat quod bisextum vocatur. Tunc etiam quod appellatur (a) bissextum initium habuit; quia ab eo tempore quarto quoque anno ducunt bis diem unum, qui est ante sextum Kalendas Martii.

Anno decimo tertio regni sui Augustus collectis Italia tota & reliquo occidente viribus contra Antonium proficiscitur. Obviam ei venit Herodes Antipatri filius allatis ad exercitus alendos & ad alias expensas non mediocribus (b) auxiliis. Hyrcanus enim summus Sacerdos (c) captivus erat apud Parthos, & (d) Antipater dolo occisus, & nemo supererat, qui rebus quæ fiebant resisteret. (e) Invasit ita principatum Herodes & socius Romanorum effectus plurima pecunia eos donavit.

Antonius interea omnes Asiæ sibi vires adjunctas in Augustum ducit, sed (f) prælio facto victus in Ægyptum fugit comite Cleopatra. Deinde sibi (g) vim infert. Cleopatra vero (h) aspide sibi admota mortem obit, cum annos XXII. regnasset. Ita principatus in Ægypto cessavit anno decimotertio regni Augusti Cæsaris.

Dum is florere cœpit, Romani plu-

(a) Falso tribuit noster Augusto emendationem anni, quæ tribui debebat Julio Cæsari. Dio l. 43. anno V. C. 708. Svet. in Cæs. Inde annus 365. dierum a Chronologis dicitur Julianus. Aliqua est hic tautologia.

(b) Antonio allatis. Idem ibid. c. 22. quæ postea Augusto pariter attulit.

(c) Joseph. l. 14. c. 24. & de bell. l. 1. c. 11.

(d) De eo Idem ibid c. 14. & 15. Ejus mors c. 17.

(e) Quo pacto Rex Judææ factus est a Populo Romano Herodes Joseph. habet l. 14. antiq. c. 26. Eusebius in Chronico id evenisse notat anno regni Cleopatræ 17. & l. 1. de bell. c. 11.

(f) Ad Actium promontorium. Dio l. 50. & alii plurimi.

(g) Ibid. l. 51.

(h) Ibid. paulo post.

αὐτὴν ἀνελοῦσα μόνη κατέσχεν τὴν ἀρχὴν καὶ βασιλεύει ἔτη ΚΒ'.

ἰούλιος καῖσαρ κατὰ τὸ τέταρτον ἔτος τῆς βασιλείας κλεοπάτρας αὐτοκράτωρ ῥωμαίων ἀναδειχθεὶς εἰς τὴν ἀνατολὴν σὺν πολλῇ ἀνελθὼν δυνάμει καὶ πολλοὺς τῶν αὐτόθι τροπωσάμενος καὶ ὑποφόρους καταστήσας ἰδίους τῶν τόπων καθίστησιν ἐπιμελητάς. ἀφικόμενος δὲ καὶ εἰς τὴν αἴγυπτον ἰούλιος τῆς κλεοπάτρας κρατύνει τὴν ἀρχήν. τῶν ἐπιτιθεμένων ἀναστείλας τὰς ἐπιβουλάς. καὶ τὰ ἐπὶ τῆς ἀνατολῆς ἅπαντα διοικησάμενος ἐπανῆλθεν πρὸς τὴν ῥώμην. μετὰ δέ τινα χρόνον ὑπὸ βρούτου καὶ κασσίου δολοφονηθεὶς ἀποθνήσκει· βασιλεύσας ἔτη Δ'. μῆνας Ζ'.

Ὀκταβιανὸς δὲ ὁ καὶ αὔγουστος μετακληθεὶς ἔννεα καὶ δεκαέτης ὑπάρχων ἀναδραμὼν εἰς τὴν ῥώμην ἐξ ἀπολλωνιάδος τῆς ἠπείρου· ἐνταῦθα γὰρ ἐπ' ἀσκήσει λόγων διέτριβεν· καὶ γὰρ ἐκ ταύτης εἶναι τὸ γένος ἐλέγετο· διαδέχεται τὸν ἰούλιον, καὶ βασιλεύει τὰ πάντα ἔτη Νς' μῆνας ς'. ἐν τῷ ἕκτῳ τοίνυν τῆς τούτου βασιλείας πτολεμαῖον ἀναιρεῖ τὸν ἀδελφὸν ἡ κλεοπάτρα. ἀντώνιος δὲ ὁ ῥωμαίων στρατηγὸς εἰς κιλικίαν αὐτὴν μεταπεμψάμενος διὰ τὴν τοῦ ἀδελφοῦ τόλμαν ἔρωτι τῆς γυναικὸς ἐκρατήθη. ὅθεν ἐπανελθεῖν εἰς τὴν ῥώμην οὐκ ἐγνώκει λόγον τῆς διοικήσεως ἀποδώσων.

Sola inde tenuit principatum regnavitque annos XXII.

[a] Julius Cæsar (b) anno regni Cleopatræ quarto Imperator Romanorum renunciatus in Orientem magnis ſtipatus viribus venit, multos illic vicit, fecit tributarios, & rei in iis locis ſuæ (c) procuratores conſtituit. Delatus etiam in Ægyptum Julius Cleopatræ dominatum confirmat, & inſidias molientium res novas refrænat. Compoſitis in oriente rebus omnibus Romam reverſus eſt. Sed poſt quoddam temporis intervallum doloſe a Bruto & Caſſio [d] interfectus eſt. Ejus dominatio annorum IIII. & menſium VII. fuit.

Octavianus autem qui & Auguſtus vocatus eſt, annum agens XVIIII citato curſu Romam ex Apolloniade Epiri [ibi enim arti dicendi vacabat; & (e) ex ea genus ducere dicebatur) ſuccedit Julio & dominatur annos integros LVI. & menſes VI. Itaque anno hujus ſexto Ptolemæum fratrem ut dictum eſt de medio tollit Cleopatra. Antonius autem Romanorum dux cum illam propter ſcelus in fratrem patratum in Ciliciam venire juſſiſſet, mulieris amore (f) captus eſt. Ideoque reditum in urbem Romam non cogitabat ad reddendam adminiſtratarum rerum rationem.

Dum

(a) Notanda methodus auctoris noſtri, qui Chronologiam Imperii Romani dirigit & refert ad annos regni Ægypti quam quaſi quandam Judææ appendicem reputabant: juxta id quod Joſeph. l. 18. ant. c. 12. ait facile migrare Judæos in Ægyptum propter vicinitatem.

(b) Hujus vocis ea vis eſt ut ſignificet regiones, quas gubernarent, omnino tunc fuiſſe ſub poteſtate & imperio præficientis non Senatus Populi ve Romani. Inde factum eſt ut in teſtamento Julii Cæſaris, Auguſti, & Tiberii tanta res eſſet ut præter hereditatem populo & viritim pecunia non parva legari poſſet.

(c) Narrat hæc Dio accurate ad annum urbis 707. lib. 42.

(d) De morte per conjuratos illata Cæſari qui res ejus temporis perſecuti ſunt, agunt omnes.

(e) Apollinis & Apolloniadis ſimilitudo induxit in errorem deducendi generis Auguſti ex Apolloniade, cum Attia ſoror Julii Cæſaris affirmaret ſe concepiſſe Octavium patrem Auguſti ex congreſſu cum Apolline. Dio l. 45.

(f) V. Joſeph. l. 14. ant. c. 23. & latinos ſcriptores qui de rebus temporis illius.

Εν τϗτῳ τῷ καιρῷ ὁ σεβαςὸς ὀκταβιανὸς αὔγϗςος ἐπονομάσθη. ϗ ὁ σεξτίλιος μὴν αὔγϗςος προσηγορεύθη. ὅθεν ἤρξατο τὸ καλϗμενον βίσεξτον. τότε καὶ τὸ καλϗμενον βίσεξτον ἀρχὴν ἔλαβεν. καθ' ὃ δὶς ἄγϗσι ἐξ ἐκείνϗ κατὰ τετραετίαν τὴν πρὸ ἓξ καλανδῶν μαρτίϗ.

Dum hæc agerentur, Octavianus, Auguſtus Romæ, a Græcis Σεβαςὸς eſt cognominatus, & ſextilis menſis Auguſtus dictus. Hinc cęperat quod biſextum vocatur. Tunc etiam quod appellatur *(a)* biſſextum initium habuit; quia ab eo tempore quarto quoque anno ducunt bis diem unum, qui eſt ante ſextum Kalendas Martii.

Ἐν δὲ τῷ τρισκαιδεκάτῳ ἔτει τῆς αὐτϗ βασιλείας ὁ αὔγϗςος πᾶσαν τὴν ἐξ ἰταλίας ϗ τῆς ἄλλης δύσεως συναθροίσας δύναμιν, κάτεισιν ἐπὶ τὸν ἀντώνιον. ὑπήντησεν αὐτῷ ἡρώδης ὁ τϗ ἀντιπάτρϗ ὑὸς παρέχων αὐτῷ ϗ τὴν τυχϗσαν λειτϗργίαν ἔν τε ςρατεύμασι καὶ ἀναλώμασι. ὑρκανϗ γαρ τϗ ἀρχιερέως ὑπὸ πάρθων αἰχμαλωτισθέντος, ϗ ἀντιπάτρϗ δολοφονηθέντος, ϗ μηδενὸς ὄντος τϗ ἀντεχομένϗ τῶν πραγμάτων ἐπεπήδησεν τῇ ἀρχῇ ὁ ἡρώδης πάμπολλα χρήματα δϗς τοῖς ῥωμαίοις ϗ ὑπόσπονδος αὐτῶν γενόμενος.

Anno decimo tertio regni ſui Auguſtus collectis Italia tota & reliquo occidente viribus contra Antonium proficiſcitur. Obviam ei venit Herodes Antipatri filius allatis ad exercitus alendos & ad alias expenſas non mediocribus *(b)* auxiliis. Hyrcanus enim ſummus Sacerdos *(c)* captivus erat apud Parthos, & *(d)* Antipater dolo occiſus, & nemo ſupererat, qui rebus quæ fiebant reſiſteret. *(e)* Invaſit ita principatum Herodes & ſocius Romanorum effectus plurima pecunia eos donavit.

Ἀντώνιος δὲ ἀσιανὴν ἑαυτῷ δύναμιν ἔχων ὑπαντιάζει. ϗ γενομένης συμβολῆς ἡττᾶται ὁ ἀντώνιος ϗ φεύγει μετὰ τῆς κλεοπάτρας εἰς αἴγυπτον. ϗ ὁ μὲν ἀντώνιος ἑαυτὸν διεχειρίσατο, ἡ δὲ κλεοπάτρα ἀσπίδα τὸ θηρίον ἑαυτῇ προσενεγκαμένη ἐτελεύτα· βασιλεύσασα ἔτη ΚΒ'. ϗ ὕτως ἐπαύσατο ἡ κατ' αἴγυπτον δυναςεία τῷ τρισκαιδεκάτῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐγϗςϗ καίσαρος.

Antonius interea omnes Aſiæ ſibi vires adjunctas in Auguſtum ducit, ſed *(f)* prælio facto victus in Ægyptum fugit comite Cleopatra. Deinde ſibi *(g)* vim infert. Cleopatra vero *(h)* aſpide ſibi admota mortem obit, cum annos XXII. regnaſſet. Ita principatus in Ægypto ceſſavit anno decimotertio regni Auguſti Cæſaris.

Κατὰ τϗτον οἱ ῥωμαῖοι τὸν καιρὸν

Dum is florere cœpit, Romani plu-

(a) Falſo tribuit noſter Auguſto emendationem anni, quæ tribui debebat Julio Cæſari. Dio l. 43. anno V. C. 708. Svet. in Cæs. Inde annus 365. dierum a Chronologis dicitur Julianus. Aliqua eſt hic tautologia.

(b) Antonio allatis. Idem ibid. c. 22. quæ poſtea Auguſto pariter attulit.

(c) Joſeph. l. 14. c. 24. & de bell. l. 1. c. 11.

(d) De eo Idem ibid c. 14. & 15. Ejus mors c. 17.

(e) Quo pacto Rex Judææ factus eſt a Populo Romano Herodes Joſeph. habet l. 14. antiq. c. 26. Euſebius in Chronico id eveniſſe notat anno regni Cleopatræ 17. & l. 1. de bell. c. 11.

(f) Ad Actium promontorium. Dio l. 50. & alii plurimi.

(g) Ibid. l. 51.

(h) Ibid. paulo poſt.

τῦ πλείςυ μέρυς οἰκυμένης ἔμοναρχησαν. προσεχέςερον τῦ αὐγύςυ τοῖς πράγμασι προσφερομένυ. ἐντεῦθεν ἀρχὴν ἡ τετάρτη βασιλεία λαμβάνει. ἣν ὁ δανιὴλ ἐν τῇ τῶν τεσσάρων θηρίων ὀπτασίᾳ τέταρτον θηρίον τῶν λοιπῶν τροπικῶς ἀπεικάζει. ἐπανερχόμενος δὲ ὁ αὔγυςος ἐπὶ τὴν ῥώμην, ὡς εὐνοήσαντα τὸν ἡρώδην μετὰ βυλῆς τῆς συγκλήτυ ἀναδείκνυσι βασιλέα τῆς ἰυδαίας, περιθεὶς αὐτῷ τὸ δίαδημα.

plurimæ orbis terrarum partis domini erant: idque tantum imperium ad res Augusti fovendas propensius fuit inclinatum. Hinc (a) initium habet quartum regnum, quod a (b) Daniele in visione quatuor animalium ut quartum inter reliqua animal allegorice designatur.

Reversus Romam Augustus assentiente Senatu Herodem, ceu bene animatum erga se, (c) Regem Judææ renunciat, imposito illi diademate.

Οὗτος ἐπιβὰς τοῖς ἱεροσολύμοις ϗ τῶν ἰυδαίων μὴ βυλομένων αὐτὸν δέξασθαι ὡς ἀλλόφυλον πολλὺς παρ' αὐτῶν κατέσφαξε λαφυραγωγήσας τὴν πόλιν, ϗ τὸ ἱερόν· πονηρῶς δὲ χρησάμενος τῇ ἐξυσίᾳ. πάσας τῶν φυλῶν ϗ τῶν γενῶν τὰς ἀναγραφὰς τὰς ἀπὸ τῦ ἔσδρα ἀποκειμένας πυρὶ κατέκαυσε. πρὸς τὸ μηκέτι γνωσθῆναι τὺς ἰυδαίυς ἐκ ποίας πατριᾶς εἰσί. καὶ τίνες εἰσὶν οἱ αὐτόχθονες, καὶ τίνες οἱ λεγόμενοι γήωρες. καὶ τὴν ἱερατικὴν δὲ ςολὴν ὑπὸ τὴν ἰδίαν σφραγίδα ἀπέθετο. καὶ λοιπὸν ἀδεῶς ἀσήμοις τισὶν ἐπὶ χρήμασιν ἱκανοῖς, τὴν ἀρχιερσωύνην ἐπίπρασκεν.

Hic vero postquam ascenderat Jerosolymam multos Judæorum, qui eum ut alienigenam suscipere recusabant (d) occidit, & urbem diripuit & templum. Abusus insuper impunitatis licentia omnia (e) tribuum & familiarum scripta monumenta ab Esdra recondita igne combussit: ne ullo modo ex qua Judæi essent parentela dignosci possent an indigenæ, anne vero (f) qui Geores, seu peregrini vocabantur. Sacram (g) stolam sub suo sigillo conclusit, & deinceps audacter ignobilibus quibusdam accepta pecunia multis Pontificatum venditavit.

Ἔτυς δὲ ΜΒ' καίσαρος αὐγύςυ ἐξῆλθεν παρ' αὐτῦ δόγμα ἀπογράφεσθαι πᾶ-

Anno autem XLII. Cæsaris Augusti exivit ab eo edictum, ut (h) de-

(a) Non omnes ab eodem tempore annos imperii Augusti numerant. Plerique a victoria Actiaca.
(b) Cap 7.
(c) Joseph. l. 15. ant. c. 10.
(d) De his idem capite sequenti.
(e) Euseb. hist. l. 1 c. 7. Nonnulla tamen exemplaria superfuerant, ex quibus Matthæus, & Lucas generationem Christi secundum carnem ennarrarunt: De hoc legendus supradictus Eusebii locus. Quia nunc primum est de historico illo mentio, moneo ante editionem ejusdem a Valesio curatam nonnulla esse veterum testimonia pro Euseb. & contra eundem. V. etiam Theodor. l. 1. c. 12.
(f) Vocem hanc Græcis inusitatam Hieronymus a גר *advena peregrinus* derivat. Eandem memoraverat Euseb. l. cit.
(g) Joseph. l. 15. ant. c. 14. Ubi de iis in quorum custodia ea fuit, nonnulla habentur.
(h) Lucæ c. 2. De eodem censu Joseph l. 18. ant. c. 1. De hac descriptione V. Valesium in c. 5. l. 1. Eusebii.

σαν τὴν οἰκουμένην. αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ὥς φησιν ἡ ἱερὰ τῶν εὐαγγελίων ἱςορία. ταύτην δὲ τὴν ἀπογραφὴν ἤγουν φορολογίαν ὁ καίσαρ ὡς εὐνουςάτῳ κ) μεγίςῳ τῆς συγκλήτου ἐνεχείρισεν κυρίνῳ. ὅν κ) κατέςησεν ἡγέμενον συρίας ἤτοι τῆς ἰουδαίας ἐν ὑπατίᾳ τρισκαιδεκάτῃ αὐγούςου κ) συλβανοῦ. καθ' ἣν ὑπατίαν ὁ κύριος ἡμῶν ἰησοῦς χριςὸς ἐγεννήθη ἐν βηθλεέμ τῆς ἰουδαίας κατὰ τὴν προφητείαν, τῇ πρὸ ὀκτὼ καλανδῶν ἰαννουαρίων.

describeretur universus orbis. Hæc descriptio prima facta est ut inquit sacra Evangeliorum historia: hanc autem descriptionem, tributi videlicet exactionem Cęsar velut sibi maxime benevolo, & Senatori præcipuo concredidit Cyrino, quem etiam Syriæ præsidem & Judææ fecit Augusto XIII. & Sylvano Consulibus. Sub quo *(a)* consulatu Dominus noster JESUS CHRISTUS natus est *(b)* in Bethlehem Judææ secundum (*c*) prophetiam octavo Kalendas Januarii.

Ὅτε γαρ ἦλθεν τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου τῆς ἐνδόξου διὰ σαρκὸς παρουσίας αὐτοῦ· τότε δὴ τότε τὸν πάντα πλοῦτον τῆς ἐμφύτου αὐτοῦ περὶ ἡμᾶς ἐξεκάλυψε φιλανθρωπίας· οὐ διὰ τὰ ἔργα ἡμῶν ἀλλὰ διὰ τὴν αὐτῷ τῷ εὐεργέτῃ πρέπουσαν ἀγαθότητα. οὐ γαρ ἐβούλετο διὰ σπλάγχνα ἐλέους τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας ἕως τέλους τυραννεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον ὑπὸ τῆς τοῦ διαβόλου τυραννίδος. ἀλλὰ βουλήσει τοῦ πατρὸς κ) εὐδοκίᾳ τοῦ ἁγίου πνεύματος ὁ ἀεὶ παρὼν κ) μηδαμοῦ περιγραφόμενος δι' ἡμᾶς κ) διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἔκλινεν οὐρανοὺς κ) κατέβη μὴ χωρισθεὶς τῶν οὐρανῶν. κ) ἐνῴκησεν ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς ἁγίας καὶ ἐνδόξου θεοτόκου κ) ἀειπαρ-

Quando enim plenitudo temporis venit gloriosi per carnem adventus illius, tunc sane tunc omnes innati erga nos amoris sui divitias revelavit; non propter opera nostra, sed propter bonitatem sibi benefactori convenientem. Neque enim per viscera suæ in nos indulgentiæ & misericordiæ usque in finem diabolum volebat in hominem exercere tyrannidem: sed *(d)* voluntate Patris, & (*e*) beneplacito Spiritus Sancti qui semper præsens est, & nullatenus circumscriptus, propter nos & propter nostram salutem Filius inclinavit cælos & descendit non ab eis (*f*) recedens. Et habitavit in utero sanctæ, & glorio-

(*a*) Natale Christi Noster biennio ante vulgarem æram assignat. At Severus natum dicit Christum *Sabino & Rufino Coss VIII. kal. Januar.* Revera in Coss. electi fuerant ante eum diem; processerunt vero Kal. Jan. Hoc sensu sententia Severi conveniret cum ea quæ celeberrimi cujusque Chronologi nostri temporis est, Christum natum exeunte anno quinto ante dictam æram, ita ut verum natale Christi annis 4. eam præcedat.

(*b*) Magis interrogantibus ubi Christus nasceretur, responderunt Sacerdotes, ut est in textu Græco, *Bethlehem Judaa*. Paulo post iidem afferunt testimonium Michææ 5. *tu Bethlehem terra Juda*. Unde recte Hieronymus putavit primitus ab Evangelista *Juda* scriptum.

(*c*) Afficere hoc verbum locum nativitatis Christi, omnes tenent: diem vero nativitatis non semper omnes,

(*d*) Manifeste indicantur tres divinæ personæ contra Sabellii errores, qui unam tantum in Deo personam profitebatur. Euseb. hist. l. 7. c. 5. &c.

(*e*) *Cooperante Spiritu Sancto*. Missal. R.

(*f*) Perseverans Verbum esse Patris ut prius. Est id contra Judæos, qui Jesum Christum purum esse hominem credebant Josephi & Mariæ filium. Secuti sunt huncerrorem Ebion, Cerinthus &c. Instauravit deinde Paulus Samosatenus (Euseb. l. 7. c. 22. Valesio c. 27.) & Photinus (Sozom. l. 4. c. 5. &c. Val. c. 6.)

θένου μαρίας προκαθαρισθείσης τῷ ἁγίῳ πνεύματι τὴν ψυχὴν σὺν τοῖς μέλεσιν. ὁ δὲ λόγος σὰρξ εγένετο καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν· οὐ μεταβαλὼν ἑαυτοῦ θεότητα εἰς ἀνθρωπότητα, ἄτρεπτος γὰρ καὶ ἀναλλοίωτος ὁ τοῦ θεοῦ λόγος· ἀλλ᾽ ἑνώσας ἑαυτῷ καθ᾽ ὑπόςασιν ἐκ τῶν σπλάγχνων τῆς θεοτόκου σάρκα ψυχὴν ἔχουσαν λογικήν τε καὶ νοεράν· ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως ἀχωρίςως ἀδιασπάςως. καθ᾽ ὑπόςασιν δὲ εἴρηται ὅτι οὐ προδιαπλασθέντι ἀνθρώπῳ ἡνώθη ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, ἀλλ᾽ ὡς αὐτὸς τέλειος ὢν ἐν τῇ ἰδίᾳ ὑποςάσει προσελάβετο τελείαν τὴν ἑαυτοῦ ἐνανθρώπησιν. εἷς ὢν ἀεὶ χριςὸς καὶ ὑιὸς καὶ κύριος καὶ βασιλεὺς τῶν ἁπάντων. τίκτεται τοιγαροῦν ἐκ τῆς ἀπειρογάμου νύμφης οὔσης ἐκ σπέρματος δαυὶδ καὶ ἀβραὰμ κατὰ ἀλήθειαν καὶ οὐ κατὰ φαν-

rioſæ (*a*) deiparæ & ſemper virginis Mariæ prius in anima & membris per Spiritum Sanctum (*b*) purificatæ. Verbum autem caro factum eſt & habitavit in nobis, (*c*) non convertens divinitatem ſuam in humanam naturam; [*d*] immutabile enim, & (*e*) a variatione quavis immune Dei Verbum) ſed uniens ſibi ipſi ſecundum perſonam, ex viſceribus Deiparæ carnem (*f*) animam habentem (*g*) rationalem intelligentem (*h*) ſine confuſione mutatione ſeparatione diviſione ulla. ſecundum perſonam autem dictum eſt, quia (*i*) non cum prius efformato homine unitum ſit Dei Verbum, ſed ipſum cum perfectum ſit in propria perſona (*k*) aſſumpſit ſibi perfectam humanam naturam. Unus ſemper exiſtens Chriſtus, & Filius, & Dominus, & Rex univerſorum. Naſcitur itaque de inexperta nuptiarum, quæ tamen erat deſponſata, ex ſemine David, & Abra-

(*a*) Contra Neſtorium eſt ea vox quæ a Latinis uſurpatur ad exprimendam θεοτόκον Græcorum, & qua orthodoxi voluerant ſignificari Mariam genuiſſe & peperiſſe Verbum Patris ideſt filium qui non aliunde ſed ex ea humanam carnem aſſumpſerat. Non defuerunt tamen qui diverſa ſentientes vocem θεοτοκον admitterent ſed accentu proparoxytono θεότοκον ſcilicet *a Deo progenitam*. Qui Græce ſciunt, ſine monitore ſtatim fallaciam deprehendunt.

(*b*) Angelus Mariam allocutus vocat *gratia plenam*.

(*c*) Symbolum Athanaſio tributum: *non converſione divinitatis in carnem*.

(*d*) Recedit hoc ab erroribus Eutychetis qui Dominum noſtrum antequam divinitas cum humanitate conjungeretur ex duabus fuiſſe naturis profitebatur: at poſt earum conjunctionem unam ſolum naturam in eo extitiſſe. Evagr. hiſt. Eccl. l. 1. c. 9.

(*e*) Vox Græci textus ἀναλλοίωτος eſt Cyrilli Alex. contra Neſtorium lib. 1. c. 15. & aliorum Patrum. Chriſtus enim ut Verbum eodem modo quo Pater eſt ἀναλλοίωτος *nulli variationis obnoxius*.

(*f*) Hoc refutatur quod dicebatur ab Arianis negantibus Chriſtum animam habuiſſe, ut mutationes omneſque affectiones quæ ex perpeſſionibus humanis oriuntur, divinitati illius tribuerent & conſequenter colligerent naturam filii paternæ eſſe diſſimilem.

(*g*) Opponitur hoc hæreſi Apollinaris qui primo negavit Chriſto animam humanam cujus officium Verbum Patris ſuppleviſſe ajebat; deinde animam concedens hanc nihil aliud præſtitiſſe niſi id quod ceteris animantibus anima eorum quæcunque ſit præſtare ſolet. Socr. l. 2. c. 36. V. c. 46. ubi dicitur Apollinaris ad Arianos deflexiſſe.

(*h*) Hæc quatuor adverbia Græca ſunt in Concilio Chalced. act. 5. p. 34. ubi dicitur Verbum citra confuſionem &c. caro factum.

(*i*) Exploditur error putantium Verbum ſubiiſſe in corpus antea formatum; quod anathematizatur a Greg. Naz. in celebri epiſt. ad Cled.

(*k*) Priſci Theologi uſi ſunt voce ἐνανθρωπεῖν pro *verſari inter homines* cum de Chriſto & Angelis agunt. Sed idem Gregorius in eadem epiſt. ἐνανθρώπησιν pro *aſſumptione humanæ naturæ* ſeu *incarnatione* uſurpavit.

ταϛίαν θεὸς ἀληθινὸς μετὰ τῆς προσλήψεως. καὶ διὰ τοῦτο κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν θεοτόκος ἐϛὶν ἡ ἁγία παρθένος.

Abraham ſecundum veritatem & non ſecundum (a) imaginationem (b) Deus verus poſt aſſumptionem; & per hoc proprie & ſecundum veritatem [c] deipara eſt ſancta Virgo.

Ἥτις οὕτως αὐτὸν ἀπεκύησεν, ὥσπερ δὴ καὶ συνέλαβεν αὐτόν. ἀφθόρως γὰρ συνέλαβεν· θεοπρεπῶς δὲ ἐγέννησεν. θεὸς γὰρ ὢν ἀληθινὸς ὁ ἐξ αὐτῆς σαρκωθεὶς, οὐδαμῶς θύρας πρὸς τὴν εἴσοδον, ἢ τὴν ἔξοδον ἐχρήζεν, ἀλλ᾽ ἐξ αὐτῆς ἐτέχθη κατὰ ἀλήθειαν ὁ ἐμμανουὴλ ὢν τέλειος ἐν θεότητι καὶ τέλειος ἐν ἀνθρωπότητι εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ὑπάρχων ἐν ἑκατέρᾳ φύσει. σώζων ἐν ἑαυτῷ ἀεὶ τῶν συνελθουσῶν φύσεων εἰς ἓν πρόσωπον καὶ μίαν ὑπόϛασιν τὸ διάφορον ἤτοι ἰδιότητα.

Quæ ipſum eodem modo edidit in lucem quemadmodum etiam conceperat. Sine corruptione eum concepit: ut Deum decuit parturivit. Cum enim verus eſſet Deus ex ipſa incarnatus, nullo modo (d) porta ad introitum vel ad exitum opus habuit; ſed ex ipſa genitus fuit ſecundum veritatem (e) Emmanuel perfectus in divina, & perfectus in humana natura, unus & idem exiſtens in utraque natura, ſervans in ſeipſo ſemper concurrentium (f) naturarum in unam perſonam, & unam hypoſtaſim, differentiam aut proprietatem,

Γεννᾶται τοίνυν ὁ κύριος ἡμῶν ἰησοῦς χριϛὸς ἐν βηθλεὲμ τῆς ἰουδαίας τῷ ΜΒ΄. ἔτει τῆς βασιλείας αὐγούϛου καίσαρος ἐν ἡμέραις ἡρώδου τοῦ βασιλέως ἔτους ΛΓ΄ τῆς αὐτοῦ βασιλείας. ἤδη γὰρ ἐκλελοίπασιν οἱ ἐξ ἰούδα ἄρχοντες κα-

Naſcitur autem Dominus noſter Jeſus Chriſtus in Bethlehem Judææ (g) XLII. anno regni Auguſti Cæſaris, in diebus Herodis Regis (h) anno XXXIII. regni ejus. Etenim jam defecerant ex Juda Principes ſe-

(a) Excluditur per iſta error Marcionitarum, Manichæorum &c. volentium Chriſtum fuiſſe ſpectrum. Socr. hiſt. l. 1. c. 17. &c. V. c. 22.

(b) Impugnat vox *verus* errorem Arianorum qui negabant filium Dei conſubſtantialem eſſe Patri. Eorum tamen aliqui concedebant eſſe ſubſtantiæ ſimilis naturæ Patris ut infra dicetur.

(c) Refutatur error Neſtorii hanc vocem rejicientis, damnati a Concilio Epheſino anno 431. Socr. l. 7. c. 33. V. 34.

[d] Greg. hom. 26. in Evang. Corpus Domini intravit ad diſcipulos januis clauſis, quod ad humanos oculos per nativitatem ſuam clauſo exivit utero Virginis. V. S. Thom. p. 3. q. 28. & 35.

(e) עמנואל *Emmanuel*. Vox hebraica quæ valet *Nobiſcum Deus* Iſaj. 7. 14.

(f) Duarum naturarum differentiam, & proprietatem, & veritatem unius perſonæ.

(g) Eidem anno imperii Auguſti aſſignat Euſebius in Chron. nativitatem Chriſti. Ibi tamen additur ex Tertulliano Chriſtum natum anno præcedenti XLI. adv. Jud. c. 8.

(h) Ab anno ſcilicet quo ſolus Judææ Rex fuit. Obſervandum eſt cum Joſeph. antiq l. 17. c. 10. & de bello l. 1. c. 21. duplicem eſſe regni Herodis epocham: Unam ab anno quo idem deſignatus eſt a Romanis Rex Judææ: ſed regnum vix obtinuit reſiſtente Antigono Ariſtobuli filio fere per triennium: inde dicitur regnaſſe annos 37. Alteram ex quo expugnata Hieroſolyma opem ferente Soſio Antonii duce ſolus regnavit Antigono occiſo: inde Joſephus dicit annos regnaſſe 34. V. Petav. rat. temp. l. 4. c. 21. Antigoni ſupplicium & regnum Judæorum Herodi conceſſum commemorat Dio lib. 49.

τὰ τὴν προφητείαν διαρκέσαντες ἕως ἀρισοβέλε τινὸς ἀρχιερέως ὅςις καὶ βασιλικὸν διάδημα περιέθετο. ὑποταγῆς δὲ αἰγύπτε Λ΄ ἔτει πρὸ ὀκτὼ καλανδῶν ἰαννεαρίων κατὰ τὰς θεοφόρες πατέρας ἡμῶν. γίνονται ἔν ἀπὸ ἀδὰμ ἕως τῆς παρεσίας χριςῦ ἔτη ͵Εφ΄.

secundum (a) prophetiam qui duraverant (b) ad Ariſtobulum quendam uſque ſummum Pontificem, qui regali etiam corona cinctus fuerat. Ab Ægypto in poteſtatem Romanorum redacta (c) XXX. anno: octavo Kalendas Januarias ſecundum divinos Patres noſtros. Sunt igitur ab Adam uſque ad adventum Chriſti anni (d) MMMMMD.

Τότε πρῶτος ἐπὶ τετάρτης ἐμονάρχησε βασιλείας αὔγεςος ὅτε ὁ τῶν πρώτων τεσσάρων ςοιχείων δημιεργὸς κ̀ τὸν τετραπέρατον κόσμον ἐν τέτοις συνδησάμενος ἰησῆς ὁ χριςὸς ὁ τῦ θεῦ ὑὸς τὴν ἐκ γυναικὸς γέννησιν δί ἡμᾶς ὑποςῆναι κατεδέξατο, ἀτρέπτως δῆλον ὅτι κ̀ ἀσυγχύτως κ̀ ἀδιαιρέτως σαρκωθεὶς. διάτοι τῦτο ἐξ ἁπάντων μέγας τῶν βασιλέων ὁ αὔγεςος. καὶ παντὶ γὰρ βασιλεῖ τὸ πρὸς τῦτον ὁμώνυμον τῆς ἀρχῆς μεγαλύνει τὸ ἀξίωμα. ὅτιπερ ἐπὶ τῆς αὐτῦ βασιλείας ὁ προαιώνιος τῦ θεῦ λόγος ἐκ τῆς ἀχράντε σαρκωθεὶς κ̀ γεννηθεὶς παρθένε τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως παρεγένετο ποιήσασθαι τὴν διόρθωσιν.

Primus tunc in quarta Monarchia ſolus regnabat Auguſtus, cum creator priorum quatuor (e) elementorum, & qui quatuor terminis concluſum (f) mundum in his coagmentaverat Jeſus Chriſtus Dei filius de muliere nativitatem propter nos ſubire dignatus fuit, ſine (g) mutatione ulla nimirum aut confuſione, aut diviſione incarnatus. Et quidem propter hoc omnium maximus Regum Auguſtus fuit. Hoc quippe nomine quilibet Rex ſeu Imperator donatus. Dominationis (h) auget dignitatem. Quamobrem ſub ejus regno Verbum fuit ante ſecula ex immaculata incarnatum virgine & natum hominum naturæ reparationem perficere benigne ſuſcepit.

(a)

(a) Notiſſimam Jacobi Patriarchæ morituri Gen. 49. 10. *Non auferetur ſceptrum de Juda &c.*
(b) De Ariſtobulo qui fuit non Rex, ſed Ethnarcha ſeu Judæorum princeps, & rector. De eo multa Joſephus. De Pontificibus Judæorum eorumque chronologia ad Ariſtobulum uſque idem lib. 20. c. 8. Poſt eum defecit Pontificalis dignitas in progenie Aaron.
(c) Hoc etiam in loco utitur noſter epocha regni Ægypti. Totidem Euſeb. in chron. In hiſtoria vero Eccl. lib. 1. c 5. viginti octo.
(d) Totidem numerat Nicephorus Archiepiſcopus CPolitanus in Chronographia compendiaria, & Syncellus in hiſtoria a mundi exordio. Petav. de Doctr. temp. l. 9. c. 3. ait Græcos recentiores ab initio mundi ad Chriſtum numeraſſe annos 5493. Alios ut ab Africano ponuntur 5501: Alios quos nunc ſequitur Eccleſia CPolitana 5509. Ex his patet recentiores qui ſecundo loco ponuntur ad noſtrum proxime accedere, & magis plauſibilem videri eorum ſententiam, quippe quæ nititur auctoritate Julii Africani antiqui ſcriptoris, qui fuit Origeni coævus. Martyrologium Romanum tranſlationem LXX. ſecutum a creatione mundi ſupponit annos 5199: Euſebius ab Abraham ad Chriſtum annos 2025. quibus ſi addimus quos noſter numerat ab initio rerum ad Abraham 3319. eſſent 5344.
(e) Ex quibus omnia conſtare putata ſunt.
(f) Orientis, Occidentis, Meridiei, Septemtrionis.
(g) Recedit denuo a quacunque hæreſi, quæ ſit contra perſonam Chriſti.
(h) Ὡς καὶ πλεῖόν τι ἢ κατ' ἀνθρώπες ὤν *quaſi hominum natura amplior ipſe*. Dio l. 53.

Μάγοι δέ τινες ἐπὶ τὴν χριστοῦ θέαν παρὰ τῶν εἰς τὴν ἰουδαίαν ἀφικόμενοι ἐπυνθάνοντο, ποῖ γῆς ἡ θεία γέγονεν ἀποκύησις. τούτους μὲν ἐπ' αὐτὸν ἄγει τὸν τόπον οὐράνιος ὁδηγῶν ἀστήρ. τινὲς μὲν τῶν εἰς ταῦτα διειληφότων αἰθίοπας τοὺς μάγους ἐκ τῶν γυμνοσοφιστῶν ἔφασαν εἶναι, ἄλλοι δὲ χαλδαίους.

Ἡρώδης δὲ ἀκούσας δεινὸς ὢν συνεῖκεν μὴ εἶναι τὸ σημεῖον ἀνθρώπινον. πολλῶν γὰρ γεννηθέντων ἐν ἱερουσαλὴμ βασιλέων, ἐπ' οὐδενὶ τούτων ἀστὴρ ἐφάνη. ἐμπόνως οὖν ἐπερωτήσας τοὺς γραμματεῖς μανθάνει ἐκ τῆς προφητείας ὅτι τὸν χριστὸν ἔδει γεννηθῆναι ἐν βηθλεέμ. καὶ λάθρα καλέσας τοὺς μάγους ἠκρίβωσεν παρ' αὐτῶν τὸν χρόνον τῆς ἐπιτολῆς τοῦ ἀστέρος, καὶ δόλῳ ἀπέστειλεν αὐτοὺς, ταξάμενος αὐτοῖς ὡς εἰκὸς δωρεὰς μεγίστας ὅπως ἂν εὕρωσι τὸ παιδίον ἀπαγγέλλωσιν αὐτῷ. ὡς δὲ πάλιν αὐτοῖς ἐφάνη ὁ πάλαι καθοδηγῶν αὐτοὺς, μετὰ χαρᾶς μεγάλης τούτῳ ἠκολούθησαν ἕως βηθλεέμ. καὶ εὑρόντες τὸν ποθούμενον βασιλέα καὶ προσκυνήσαντες αὐτῷ ἐν δώροις, ἐχρηματίσθησαν ὑπὸ ἀγγέλου δι' ἄλλης ὁδοῦ ἀναχωρῆσαι εἰς τὴν ἰδίαν χώραν. τότε καὶ ὁ ἰωσὴφ κατὰ θεῖον πρόσταγμα φεύγει εἰς αἴγυπτον μετὰ τοῦ παιδίου καὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ. καὶ ἦν ἐκεῖ ἕως τῆς τελευτῆς ἡρώδου. συνάγονται δὲ ἐκ τῆς ἀφίξεως τῶν μάγων καὶ τοῦ ἐμπαιγμοῦ ἡρώδου καὶ τῆς εἰς τὴν χώραν αὐτῶν ἐπανόδου ἔτη δύο.

(a) Magi vero quidam ad videndum Christum cum in Judæam venissent, interrogabant ubi divinum fuisset puerperium. Eos in ipsum ducit locum cælestis viam ostendens stella. Nonnulli qui de his disseruerunt, Æthiopas Magos e Gymnosophistis esse dixerunt, alii vero Chaldæos.

Herodes ista audiens, callidus ut erat, humanæ rei signum id non fore intellexit. Natis enim in Jerusalem multis Regibus, propter neminem tamen horum sidus visum fuerat. Interrogatis itaque accuratè scribis ex (b) prophetia certior fit oportere Christum in Bethlehem nasci. Et clam vocatis Magis diligenter didicit ab eis tempus ortus stellæ, & dolose dimisit eos promissis ut par esse videbatur maximis donis, ut si puerum invenirent sibi renunciarent. Postquam autem rursus eis apparuit stella, quæ antea viam monstraverat, cum gaudio magno hanc secuti sunt Bethleem usque, & cum invenissent desideratum Regem, eumdemque donis oblatis adorassent, admoniti fuerunt ab Angelo ut per aliam viam recederent in propriam regionem. Tunc etiam Joseph juxta divinum mandatum fugit in Ægyptum cum puero & matre ejus, & erat ibi usque ad obitum Herodis. Constituuntur autem a discessu Magorum, & illusione Herodis, & illorum reditu (c) in suam regionem, anni duo.

S Tunc

(a) Plura de patria & qualitate Magorum ex veterum scriptis conjiciendo recentiores. Magi ab orientalibus dicti sunt sapientes professione, et auctoritate inter suos pollentes. Chaldæi certe & Gymnosophistæ omnium Orientalium scientissimi. Num isti verum Deum colerent, & idcirco ad reddendum Jesu Christo illustre supremæ divinitatis testimonium electi V. de iis differt. Calmet.

(b) De ea Evangelium Matth. c. 2. e Michæa c. 5. v. 2.

(c) Videtur id affirmari ex edicto Herodis præcipientis occidi pueros a bimatu & infra. Alii putantes Magos e Perside aut potius e locis longius dissitis venisse, in redeundo domum eguisse biennio senserunt.

Τότε θυμωθεὶς ὁ ἡρώδης τὴν μιαιφονίαν τῶν νηπίων εἰργάσατο τῷ ΛΕ'. ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ· εἰς ἄκρον δὲ μανίας ἐληλακὼς τρεῖς μὲν ἀποκεντᾷ τῶν ἑαυτοῦ παίδων, καὶ τὴν μητέρα τούτοις ἐπικατασφάζει, ἐπιθέσεως αὐτοὺς προφάσει τιμωρούμενος. καὶ τὸν τῆς γυναικὸς ἀδελφὸν ὡς ἐπιβουλεύοντα διαχρᾶται. ἑτέρους τε πολλοὺς τῶν οἰκείων κτείνει. καὶ πλῆθος οὐκ ὀλίγον ἰουδαίων διαφθείρει. ἐννέα δὲ γυναῖκας ἀγόμενος πολλοὺς ἐκ τούτων παῖδας ἐκτήσατο. μετ' οὐ πολὺ δὲ μετῆλθεν αὐτὸν θεήλατος ὀργὴ. καὶ ἐν ἀῤῥωστίαις πονηραῖς ἐξεταζόμενος κατέστρεψεν τὸν βίον. ΛΖ'. ἔτη διακρατήσας τὴν ἀρχήν. κατέλιπεν δὲ τέσσαρας υἱοὺς τῆς αὐτοῦ βασιλείας τε καὶ πονηρίας.

Τότε διὰ πρόσαγμα τοῦ κυρίου ἐπανῆλθεν ἐξ αἰγύπτου ὁ ἰωσὴφ μετὰ τοῦ παιδίου καὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ ὄντος τετραετοῦς καὶ κατῴκησεν ἐν ναζαρέτ. ἀρχελάου τετραρχοῦντος τῆς ἰουδαίας. οὕτω γὰρ ἐκαλοῦντο οἱ τοῦ ἡρώδου υἱοί· ἀρχέλαος οὗτος καὶ ἡρώδης καὶ φίλιππος καὶ

Tunc iratus Herodes (a) cædem infantium perpetravit anno regni ſui (b) XXXV. In ſummum deinde furorem veniens tres e filiis ſuis interficit, & matrem poſt eos occidit, inſimulatos omnes nefarii in ſe conatus. Fratrem inſuper uxoris tanquam inſidias ſibi ſtruentem obtruncat; alios item multos domeſticorum interimit, & multitudinem non parvam perdit Judæorum. Quia vero uxores novem duxerat, multos ex his filios habuerat. Non multo poſt ulta eſt eum ira divina & morbis vexatus ſæviſſimis vitam ad extremum cum morte commutavit poſt annos quibus regnaverat XXXVII. Filiis autem quatuor regnum ſuum & malitiam reliquit.

Tunc ex Domini mandato rediit ab Ægypto Joſeph cum puero & ejus matre: is (c) quatuor annos habebat, & habitavit in urbe Nazaret, Archelao quartam Judææ partem obtinente, Tetrarchæ enim Herodis filii dicebantur; Archelaus (d) hic, & (e) Herodes, & (f) Philippus, & (g) Lyſanias, quia unuſquiſ-

(a) Brevi tempore ante mortem Herodis conſignant infantium cædem recentiores, ad quos ne actum agam, eos adeant iſta legentes Joſephus l. 17. c. 8. ant. & l. 1. c. 21. de bello narrat cædes cujuſque generis etiam in familiariſſimos extremo vitæ tempore ab Herode perpetratas, quas Noſter cædi infantium jungit. V. Joſephum; & Trombellium in vita B. Mariæ Virg.

(b) Ex quo ut dictum eſt, primum a Romanis Rex Judææ fuit deſignatus.

(c) Unde tot Jeſu ex Ægypto redeunti tribuantur in præſenti mihi ignotum.

(d) Archelaus patris teſtamento regni declaratus heres fuerat, ſed Auguſtus non ut Regi ſed ut Ethnarchæ (l. 17. ant. c. 15.) dimidiam ſolum regni partem conceſſit: Herodi autem Antipæ, & Philippo diviſit alteram dimidiam. Joſeph. l. 2. de bell. c. 4.

(e) Nempe Herodes Antipas filius Herodis ſenioris Regis totius Judææ. Ille in Evang. Marc. 6. 14 etiam Rex dicitur. Fuit Tetrarcha Galilææ & Petrææ trans Jordanem a patre conſtitutus & ab Auguſto confirmatus. Accuſatus poſtea Romæ mittitur a Caligula in exilium Lugdunum in Gallias. Ejus vero bona dono data ab eodem Imperatore Agrippæ Ariſtobuli filio. Joſeph. l. 18. ant. c. 10

(f) Philippus frater Herodis Antipæ princeps probus Ethnarca per annos 37. Iturææ & Trachonitidis moritur anno 20. Tiberii Imp. Ejus ditio tum provinciæ Syriæ addita. Joſeph. l. 18. ant. c. 6.

(g) Lyſanias non erat de ſanguine Herodis Regis, ſed de quadam Syra familia prępotenti antea domina Abilinæ quæ nomen habuit ab urbe Abila Cœleſyriæ. Auguſtus Abilinam veteri domino ablatam Herodi Regi dedit: attamen is principatus anno 12. Tiberii ab iſto Lyſania tenebatur qui de familia veterum dominorum fuiſſe creditur. V. prolegom. in Evang. & Harduin. de num. Herodiad. p. 29.

λυσανίας διὰ τὸ ἕκαςον αὐτῶν ἔχειν τὸ τέταρτον μέρος τῆς βασιλείας.

Τῷ δὲ ογδόῳ ἔτει τῆς βασιλείας ἀρχελάυ ἤρξατο ὁ κύριος εἰς τὸ ἱερὸν μέσον τῶν διδασκάλων ἐλθεῖν. ὢν ἐτῶν δώδεκα κατὰ τὴν σωματικὴν ἡλικίαν. κατελθὼν δὲ μετὰ τῶν κατὰ χάριν γονέων αὐτῦ εἰς ναζαρὲτ. μετ' ὐ πολὺ ὁ ἰωσὴφ τέλει τῦ βίυ ἐχρήσατο, νομιζόμενος ὑπὸ πάντων εἶναι πατὴρ τῦ κυρίυ. διαρκέσας δὲ ὁ ἀρχέλαος ἔτι ἐνιαυτὸν ἕνα κατέλυσεν τὸν βίον μὴ καταλείψας κληρονόμον. ἡρώδης δὲ ὁ τῆς γαλιλαίας τετράρχης, τῦ μὲν ἀρχελάυ ἀδελφὸς, ὑιὸς δὲ ἡρώδυ τῦ ἀντιπατρυ. ὁ ϗ ἐπὶ τοῖς θερμοῖς κτίσας τιβεριάδα: λαμβάνει καὶ τὰ περὶ ἱεροσόλυμα

quisque eorum quartam regni paterni partem habebat.

Octavo autem anno regni Archelai incepit Dominus in templum in medium discipulorum venire, cum esset annorum duodecim corporalis ætatis: Descendens postmodum simul cum suis (a) secundum humanum obsequium parentibus in Nazaret. Non multo post Joseph diem suum obiit, cum putaretur ab omnibus pater esse Domini. Post hæc vixit adhuc annum Archelaus quo elapso mortuus (b) est nullo herede relicto. Herodes Galilææ Tetrarcha Archelai frater filius Herodis Antipatro nati, quique (c) ad aquas calidas (d) Tiberiadem ædificavit, regionem circa Hierosolyma, & Samariam (e) tanquam præses aut domi-

(a) Respicere videtur hoc *κατὰ χάριν* quod est Lucæ 2. 59. *Jesus erat subditus illis & proficiebat sapientia & ætate & gratia apud Deum & homines*, Obedientia filios gratissimos parentibus facit.

(b) Archelaus decimo anno sui principatus Romæ accusatus in exilium mittitur Viennam in Galliam (Joseph. de bello l. 2. c. 6.) & ejus patrimonium fisco adjudicatur. Hinc ejus dominatus omnis provinciæ Syriæ accessit ut dicitur ultimis verbis l. 18. ant. Joseph. qui ea repetit l. 2. de bell. c. 6. Verbum *heredis* explicandum est de *filio vel successore*. A damnatione Archelai incipiunt memorari Procuratores Cæsaris in Judæa. Primus venit Coponius a Quirinio præside Syriæ deductus, deinde Pilatus. Qui si nihil novi, nihil odiosi in Judæos patrassent, creditur fore ut natio quieta mansisset. Tædebat eos jamdiu tyrannidis Herodis senioris & Archelai illius filii: sæpe non obscure significabant res suas multo meliore conditione futuras si a Romanis regerentur, ut patet ex multis Josephi locis Ditiones Philippi & Lysaniæ postea traditæ sunt Agrippæ Aristobuli filio Regi proclamato a Caligula Imperatore, qui deinde etiam ditionem quæ fuerat Herodis Antipæ, illi concessit. Joseph. l. 18 c. 9. Regnum vero Archelai nemini tunc concessum est: erat enim caput totius gentis Judæorum: & Hierosolymis erat cultus divini sedes: & quasi totius gentis patria communis. Inde pertinuit regnum illud non populo Romano, sed Cæsari: ibid. c. 6. dicitur *ὀσία* damnati Archelai & exulis *τοῖς καίσαρος θησαυροῖς ἐγκατατετάχθαι* ut paulo supra diximus de regionibus a Cæsare, ab Augusto, a Tiberio acquisitis, quarum reditus non ærario P. R. sed fisco Cæsarum illorum inferebantur. Cum hoc argumento consentit quod habet Dio lib. 53. Augustum, cum dominatio illi a Senatu confirmata fuisset, provincias Imperii R. quæ exercitibus tuendæ forent sibi regendas servasse, alias a periculo externo immunes concessisse Senatui: harum rectores Proconsules dicebantur ex more veteri, illarum proprætores. Ita Augustus & redituum illarum & rei militaris dominus fuit; quod & sub Tiberio & ceteris Impp. usitatum fuit. Inde discrimen primum ærarii, & fisci.

(c) Joseph. l. 18. ant. c. 3.

(d) Quæ erat trans Jordanem urbs Galilææ sub dominatione Herodis Antipæ. Lucæ 2. 49.

(e) Quamvis hoc in Josepho mihi non occurrerit, non absimile vero videtur Herodem Antipam postquam summum jus, res militaris, & œconomica Hierosolymorum, & Samariæ ad Cęsarem fuerat delata, magnam auctoritatem in iis locis conservasse, & ob id Hierosolymis vixisse plerunque, & beneficiis Judæos sibi devinxisse, ut infra videre est de Herode Agrippa. Joseph l. 19. c. 7. & 8.

καὶ σαμάρειαν ἐπαρχίας, ἧς ὁ ἀρχέλαος ἐτύγχανεν ἡγέμενος.

Αὔγουστος δὲ ὁ καίσαρ ἐ μετὰ πολὺν χρόνον ἐν ἄλλη πόλει τῆς καμπανίας ἐτελεύτησεν βασιλεύσας ἔτη Νϛ'. καὶ μῆνας ϛ'. Τιβέριος δὲ ὁ τέτε ὑὸς τὴν ἀρχὴν διαδεξάμενος βασιλεύει ἔτη ΚΓ. ἦν δὲ ὁ κύριος ἐτῶν ΙΕ'.

Τιβέριος ὁ καίσαρ γνήσιον φίλον ἔχων τὸν πιλάτον ἡγέμενον τῆς ἰεδαίας ἀπέστειλεν. καὶ ἦν ἐκεῖ ἕως τῆς τελευτῆς τε καίσαρος.

Εν τῷ πεντεκαιδεκάτῳ τοίνυν τῆς τε τιβερίε βασιλείας ἔτει ὁ κύριος ἡμῶν ἰησὲς ὁ χριςὸς ἐν ἰορδάνῃ ὑπὸ ἰωάννε βαπτισθεὶς εὐθὺς ἐποιήσατο τὴν ἀρχὴν τε σωτηρίε κηρύγματος. εἶτα προσκαλεῖται τὲς δώδεκα μαθητὰς, ἐς καὶ κατά τι γέρας ἐξαίρετον ἀποςόλες ὠνόμασεν. καὶ αὖθις ἀναδείκνυσιν ἑτέρες Ο', ἐς καὶ αὐτὲς ἀπέστειλεν ἀνὰ δύο εἰς πάντα τόπον καὶ πόλιν, ἐ ἤμελλεν αὐτὸς διέρχεσθαι. ἐκ εἰς μακρὰν δὲ ὁ βαπτιςὴς ἰωάννης ὑπὸ τε νέε ἡρώδε τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνεται. καὶ μνημονεύει μὲν τέτε καὶ ἡ θεῖα τῶν εὐαγγελίων γραφὴ, συνιςορεῖ δὲ καὶ ἰώσιππος, ὀνομαςὶ τῆς τε ἡρωδιάδος μνήμην πεποιημένος. καὶ ὡς ἀδελφε γυναῖκα ἔσαν αὐτὴν ἠγάγετο πρὸς γάμον ἡρώδης ἀθετήσας τὴν προτέραν αὐτε κατὰ νόμες γυναῖκα. ἀρέτα δὲ ἦν αὕτη τε βασιλέως ἀραμίας θυγάτηρ. τὴν δὲ ἡρω-

minus occupat, quæ loca ad Archelaum pertinuerant.

Augustus Cæsar interjecto modico temporis intervallo in urbe Campaniæ (*a*) Nola mortuus est, postquam annos regnaverat (*b*) LVI. menses VI. Tiberius ejus filius suscepto imperio regnat annos XXIII. DOMINUS erat tunc annorum XV.

Tiberius Cæsar sui similem amicum quem habebat (*c*) Pilatum procuratorem Judææ misit, qui fuit ibi usque ad obitum Cæsaris.

Quintodecimo regni Tiberii anno Dominus noster Jesus Christus in Jordane a Joanne baptizatus, statim initium fecit salutaris prædicationis. Deinde ad se advocat duodecim discipulos, quos etiam propter quandam dignitatem eximiam (*d*) Apostolos nominavit. Et rursus alios LXX. designavit, eosdemque etiam misit binos in omnem locum & civitatem quo erat ipse pertransiturus. Post dies non multos Baptistæ Joannis a Juniore Herode caput amputatum est. Meminit hujus etiam divina Evangeliorum scriptura. Idem narrat etiam (*e*) Josephus & ejus nominatim, & Herodiadis mentione facta. Quæ cum esset fratris uxor, ipsam sibi nuptum asciverat Herodes rejecta priore secundum leges ducta uxore, quæ erat Regis (*f*) Aramiæ filia: duxe-

(*a*) In Græco manifestus error est ἄλλη pro Νόλη, Νώλη. Nemo de morte Augusti locutus præterquam Nolæ in Campania defunctum affirmat. Cadaver per primores singularum civitatum Romam delatum Historiæ R. passim.

(*b*) A primo adito magistratu inquit Petav. p. 1. l. 5. c. 1. a morte Antonii 43. vel 44. ut ait Dio l. 56. v c. 767.

(*c*) De Pilato multa Josephus &c.

(*d*) Idest Legatos primum ad Judæos quibus de se testimonium perhiberent, deinde ad universum genus humanum cui annunciarent unum verum deum & se Jesum Christum ejus mediatorem et redemptorem.

(*e*) Lib. 18. ant. c. 7.

(*f*) Seu Arabiæ Petrææ, ut ait Euseb. lib. 1. hist. c. 11. In Græco πετραίων.

διάδα ζῶντος διαστήσας τοῦ ἀνδρὸς, δι' ἣν καὶ τὸν ἰωάννην ἀνεῖλεν. ὅθεν καὶ πόλεμον αἴρεται πρὸς αὐτὸν ἀρέτας, ὡς ἂν ἠτιμασμένης αὐτῷ τῆς θυγατρός. ἐν ᾧ πολέμῳ μάχης γενομένης πάντα φησὶ τὸν ἡρώδου στρατὸν διαφθαρῆναι. καὶ ταῦτα πεπονθέναι, τῆς ἐπιβουλῆς ἕνεκεν τῆς κατὰ ἰωάννην γεγενημένης. ὁ δὲ αὐτὸς ἰώσιππος ἐν τοῖς μάλιστα δικαιότατον καὶ βαπτιστὴν ὁμολογῶν γεγονέναι τὸν μακάριον ἰωάννην τοῖς περὶ αὐτοῦ κατὰ τὴν τῶν εὐαγγελίων γραφὴν ἀναγεγραμμένοις μαρτυρεῖ.

Ἐν ἔτει δὲ ΙΗ' τιβερίου καίσαρος· ἡρώδου δὲ εἰκοστῷ· ἡγεμονεύοντος δὲ τῆς ἰουδαίας ποντίου πιλάτου γέγονεν τὸ σωτήριον πάθος πρὸ ΙΓ' καλανδῶν ἀπριλλίων.

Σταυρωθέντος μὲν ὑπὸ τῶν ἰουδαίων κατὰ τὴν ἑαυτοῦ βούλησιν, ἀνασταυρώσαντος δὲ τὴν ἁμαρτίαν τῇ οἰκείᾳ τῆς θεότητος δυνάμει. πάσχει οὖν ὁ κύριος ἡμῶν ἰησοῦς χριστὸς μηνὶ μαρτίῳ ΚΓ'. κατὰ ῥωμαίους ἡμέρᾳ παρασκευῇ. εἶτα κατὰ τὴν κοινὴν περισταλεὶς συνήθειαν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀνέστη ἐκ νεκρῶν μηνὶ μαρτίῳ ΚΕ'. κατὰ ῥωμαίους ἡμέρᾳ κυριακῇ ἰνδικτ. Δ'.

Ἀθάνατος μὲν ὢν κατὰ θεότητα θνητὸς δὲ γεγονὼς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. ἐκ τότε τὸ κράτος τοῦ θανάτου κατελύθη συναναστήσαντος τοῦ κυρίου πάντας τοὺς ἀπ' αἰῶνος ἁγίους. εἰς τοῦτον ἐκεῖνο συντείνει τὸν καιρὸν τὸ τρεῖς ἡμέρας τοῦ ἰωνᾶ σημεῖον. ὅπερ εἰς μεγίστης πό-

xerat inquam Herodiadem sejungens eam a (a) viro vivente, propter quam Joannem occidit. Inde (b) bellum etiam movit illi Aretas, propter filiam ignominia affectam. Quo in bello prælio commisso omnem Herodis exercitum ajunt fuisse profligatum: & ista accidisse propter judicium in Joannem latum. Idem Josephus primo Sanctissimum, deinde ablutionum ministrum fuisse confessus beatum Joannem, similia illis quæ de ipso in Evangeliis scripta sunt, testatur.

Anno vero XVIII. Tiberii Cæsaris, Herodis autem vigesimo, procurante Judæam Pontio Pilato accidit salutaris passio Jesu Christi XIII. Kalendas Apriles,

Crucifixo a Judæis illo secundum voluntatem (c) suam, crucifigente peccatum propria deitatis virtute, Patitur ergo Jesus Christus Dominus noster Mense Martio (d) XXIII. juxta Romanos die Parasceve. Deinde ex communi consuetudine in sepulchro compositus tertia die resurrexit a mortuis mense Martio XXV. more Romanorum die Dominica Indictione quarta.

Immortalis cum esset secundum divinitatem, mortalis factus est secundum naturam humanam. Ex eo potentia mortis soluta est, cum simul resuscitaret omnes (e) a seculo sanctos Dominus. Ad hoc temporis (f) spatium spectat illud trium die-

T rum

(a) Idem Josephus ait incestum fuisse fratris viventis uxorem sibi jungere lib. 17. ant. c. 15, cujus delicti reus erat Herodes Antipas juncta sibi Philippi fratris conjuge.

(b) supradicto c. 7.

(c) *Nemo tollit animam meam a me, sed ego pono eam a meipso*. Joan. 10. 18.

(d) Si hæc dies fuit emortualis Christi, error est in nota superiore XIII. Kal. April. Vide de Paschate & die passionis Christi Petav. l. 12. de doctr. temp. Pagium in ann. Baronii & dissert. peculiarem Calmet.

(e) Nempe triduum, quo fuit Christus in Sepulcro.

(f) Matth. 27. dicitur, *monumenta aperta sunt & multa corpora Sanctorum qui dormierant surrexerunt*.

λεως γενόμενον ἐυεργεσίαν τῆς πανδήμυ κτίσεως προετυπώσατο τὴν σωτηρίαν.

Κατὰ τῦτον πληρῦται τὸν χρόνον τὸ πάλαι προτυπωθὲν ὑπὸ μωσέως, ὅτε ἐπὶ σημείυ τὸν χαλκῦν ἀνεςαύρωσε ὄφιν. ὥσπερ γὰρ οἱ τότε εἰς τὴν αἴγυπτον ἐπιςρεφόμενοι· καὶ τοῖς ἑρπετοῖς εἰς ἀναίρεσιν ἐκδιδόμενοι, ἐν τῷ τῦ ἀπολλύντος ὄφεως ὁμοιώματι τῆς σωτηρίας ἐπορήσαντο τὴν πρόφασιν, ὕτω κὶ τὴν τῦ ἀδὰμ τοῖς ἐφεξῆς κατασκήψασαν ἁμαρτίαν καὶ τὸν διὰ ταύτης ἐπενεχθέντα θάνατον φεύξονται διὰ χριςῦ· τῦ τὴν πρὸς ἀδὰμ ἐξομοίωσιν ἀναδεξαμένυ οἱ γνησίως πρὸς αὐτὸν ἀφορᾷν ἐπιςάμενοι. κὶ τὴν μὲν ἐκ τῦ πάθυς εὐεργεσίαν διὰ τῆς ἀναςάσεως συνορῶντες τὴν δὲ τῆς θεότητος ἀπάθειαν διὰ τῶν ἔργων κατανοῦντες.

Καὶ δὴ τῆς παραδόξυ τῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀναςάσεώς τε καὶ εἰς ὐρανὺς ἀναλήψεως τοῖς πλείςοις ἤδη περιβολήτυ καθεςώσης. θαυμάτων δὲ μεγίςων ἐπιτελυμένων ἐν τῷ ὀνόματι αὐτῦ διὰ τῶν ἱερῶν ἀποςόλων πάλιν διεπρίοντο οἱ ἀρχιερεῖς λέγοντες τί ποιήσωμεν, ὅτι σημεῖα κὶ τέρατα μεγάλα ἐπιτελῦνται διὰ τῦ ὀνόματος τῦ ἰησῦ. πᾶσι γὰρ φανερὸν τῦτο, καὶ ὐ δυνάμεθα ἀρνήσασθαι. ἀλλ᾽ ἵνα μὴ ἐπὶ πλεῖον διαδοθῇ εἰς τὰς μετέπειτα γενεάς· δεῦτε κρύψωμεν τὸν τόπον τῆς ταφῆς αὐτῦ. ἐὰν γὰρ ἴσωσιν οἱ λαοὶ κενὸν τὸν τάφον πάντες πιςεύσυσιν εἰς αὐτόν. τότε ἐκέλευσαν χωσθῆναι τὸν τάφον κὶ τὸν τόπον τῦ κρανίυ, ἐν ᾧ ὑπῆρχεν

rum Jonæ ſymbolum, quod ad maximæ (a) urbis ordinatum beneficium univerſalis novæ creationis præfiguravit ſalutem.

Impletur hoc tempore quod præmonſtratum eſt ante olim a (b) Moyſe, cum in ſignum ſerpentem æreum in ligno ſuſpendit. Sicut enim veteres Hebræi animo ſubinde reſpicientes Ægyptum, & ſerpentibus in mortem traditi in (c) exitialis ſerpentis ſimilitudine ſalutis conſequuti ſunt occaſionem, ita etiam peccatum Adam in poſteros pervadens & per illud illatam mortem, per Chriſtum (qui Adami ſimilitudinem ſuſcepit) fugient quicunque vere in ipſum reſpicere ſciverint. Et paſſionis ejus beneficium reſurrectionem contemplantes impaſſibilitatem (d) deitatis per opera conſiderent.

Et ſane mirabilis Salvatoris noſtri reſurrectio & in cælos reverſio cum jam quam plurimorum excederet fidem, & miracula multa in nomine ipſius ſancti Apoſtoli facerent, rurſus fremebant Pontifices dicentes, quid faciemus? quia ſigna & prodigia magna faciunt per nomen Jeſu. Atque omnibus hoc manifeſtum eſt, & inficiari nequimus; ſed ne ultra res propagetur in ſequentes generationes, venite abſcondamus locum ſepulturæ ejus. Quotieſcunque etenim viderint populi vacuum ſepulchrum credent in eum. Tunc (e) aggerem juſſerunt induci ſupra ſepulchrum, & locum Cal-

(a) Ninive, ut in prophetia Jonæ.
(b) Ipſe Jeſus Joan. 3. 14. profeſſus eſt quod Moyſes tanto ante tempore fecerat in Serpente Num. 21. 9. figuram ſuiſſe mortis ſuæ.
(c) Qui quemque momordiſſet, conſpectus ſanabat.
(d) Qui nimirum crederent Chriſtum verum hominem & verum Deum eſſe.
(e) De aggere & terra ſuperinducta ad delendam memoriam ſepulcri Domini, Euſeb. de vita Conſt. l. 3. c. 25. Socr. l. 1. c. 13. V. c. 17. Theodoretus l. 1. c. 16. & V. c. 18. &c.

ἁγιώτατος σαυρὸς τὰ τῆς σωτηρίας μνημεῖα λήθῃ παραδοῦναι φιλονικοῦντες. καὶ αὕτη μὲν ἐστι κακίστη συμβουλὴ τῶν παρανόμων ἀρχιερέων. ὁ δὲ θεὸς πάντα συνεχώρησεν αὐτοῖς ποιεῖν· σοφῶς οἰκονομῶν τὰ μέλλοντα, ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλεν ἡ πόλις παραδοθῆναι καὶ πυρὶ κατακαυθῆναι, συνεχώρησεν ὁ κύριος κρυβῆναι τὸ ζωοποιὸν ξύλον καὶ τὴν ἔνδοξον ἀνάστασιν ἵνα μὴ ἐν τῇ ἀκαταστασίᾳ ὑπὸ ἰουδαίων ἢ καὶ ἐθνῶν πυρὶ οἱ τόποι παραδοθῶσιν. οἶδε γὰρ ἐν τῷ δέοντι καιρῷ μετὰ δόξης πολλῆς ἀναδειχθήσεσθαι μέλλοντας.

Παλαιοῦ δὲ κεκρατηκότος ἔθους τοῖς τῶν ἐθνῶν ἄρχουσι τὰ παρά σφισιν καινοτομούμενα τῷ τὴν βασιλείαν ἐπικρατοῦντι σημαίνειν ὡς ἂν μηδὲν αὐτὸν διαδιδράσκοι τῶν γινομένων· τὰ περὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἰησοῦ εἰς πάντας ἤδη καθ' ὅλης τῆς παλαιστίνης βεβοημένα πιλάτος τιβερίῳ βασιλεῖ κοινοῦται. ἐκεῖνος δὲ τάς τε ἄλλας αὐτοῦ πυθόμενος τερατείας, καὶ ὡς μετὰ θάνατον ἐκ νεκρῶν ἤδη ἀναστὰς θεὸς εἶναι παρὰ τοῖς πολλοῖς ἐπεπίστευτο, ἀνήνεγκεν ταῦτα ἐπὶ τὴν σύγκλητον. ἐκείνη δὲ ἀπώσατο τὸν λόγον. τῷ μὲν δοκεῖν ὅτι μὴ πρότερον αὕτη τοῦτο δοκιμάσασα ἦν. παλαιοῦ νόμου κεκρατηκότος μὴ ἄλλως τινὰ παρὰ ῥωμαίοις θεοποιεῖσθαι μὴ ὅτι ψήφῳ καὶ δόγματι συγκλήτου. τῇ δὲ ἀληθείᾳ ὅτι μή τις ἐξ ἀνθρώπων ἐπὶ κρίσεώς τε καὶ συστάσεως τοῦ θείου κηρύγματος ἐδεῖτο διδασκαλίας. ταύτης οὖν ἀπωσαμένης τὸν προσαγγελθέντα περὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν λόγον, τιβέριος ἣν καὶ πρότερον εἶχεν γνώμην τηρήσας,

Calvariæ in quo existebat sanctissima crux, monumenta salutis oblivioni tradere contendentes. Hoc nimirum erat consilium Pontificum sceleratorum. Verum hæc omnia Deus eos facere permisit sapienter futura dispensans. Quandoquidem enim futurum erat, ut urbs hostibus traderetur aliquando & igne absumeretur, permisit Dominus vivificum lignum abscondi, & simul gloriosum resurrectionis locum, ne tempore subversionis a Judæis aut Gentilibus ii loci igni traderentur, quandoquidem opportuno tempore cum magna gloria forent (*a*) manifestandi.

Quia vero penes Gentiles qui in auctoritate aliqua erant mos fuit quæcunque etiam levia sibi accidissent ei qui regnabat significare, ut nihil eorum quæ acciderant, eidem lateret; quæ de resurrectione a mortuis salvatoris nostri Jesu per universam jam Palæstinam celebrabantur Pilatus (*b*) Tiberio Imperatori communicat. Is & de aliis prodigiis quæ narrabantur cum quæsivisset, & quod post mortem a mortuis jam resurrexerat Jesus, & quod Deus esse vulgo credebatur, retulit ista ad Senatum. Senatus sermonem Imperatoris non recepit eo quia non videbat ea prius sibi comprobata. Vigebat enim antiqua lex neminem apud Romanos in Deos referri debere, præterquam per suffragium & Senatus consultum (*c*) ea præsertim vera sententia, quod nemo per judicium & confirmationem hominum opus haberet declarari

(*a*) Tempore Constantini Imp. & matris Helenæ ut infra dicetur suo loco.

(*b*) Euseb. hist. l. 2. c. 2. & in Chronico, Rufinus & alii veteres Patres de actis in caussa mortis Jesu Christi a Pilato ad Tiberium transmissis verba faciunt. Nunc quæstio est an ea supersint vel vera, vel corrupta. V. dissert. Calmet ante acta Apost.

(*c*) De hoc Senatus Consulto Euseb. hist. l. 2. c. 2. ex apologia Tertulliani.

θάνατον ἠπείλησεν τοῖς τῶν χριςιανῶν κατηγόροις τῆς ὀυρανίου προνοίας κατ' οἰκονομίαν τοῦτο αὐτῷ πρὸς νοῦν βαλλομένης· ὡς ἀπαραποδίςως ἀρχὰς ἔχων ὁ τοῦ ἐυαγγελίου λόγος πανταχόσε γῆς διαδράμοι.

rari Deum & edicto prædicari. Hac igitur rejecta consultatione qua de Salvatore nostro agebatur, Tiberius quam etiam prius habuit, sententiam, servare perseverans mortem (a) interminatus est (b) Christianorum accusatoribus, cælesti providentia per dispensationem hoc ipsi in mentem injiciente, ut sine impedimento initium capiens Evangelii declaratio, quocunque terrarum excurreret.

Μαθὼν δὲ ὅτι ἡρώδης σιωνήνεσεν εἰς τὸν θάνατον τοῦ χριςοῦ, καὶ ὅτι διὰ τῆς ἀθεμίτου αὐτοῦ μοιχείας κακὰ πολλὰ ἐγένοντο κατὰ τὴν χῶραν, καὶ ὅτι ἰωάννην τὸν βαπτιστὴν ἄνδρα δίκαιον ὄντα διὰ τὸν ἔλεγχον τῆς παρανομίας ἐφόνευσεν, λίαν ἠγανάκτησεν, καὶ αὐτὸν δέσμιον μετὰ τῆς μοιχαλίδος εἰς ῥώμην ἀνενεχθῆναι ἐκέλευσεν, καὶ γυμνώσας αὐτὸν τῆς ἀρχῆς καὶ δημεύσας σὺν τῇ ἡρωδιάδι παρέπεμψεν εἰς σπανίους. κἀκεῖσε χαλεπῶς τὸν βίον κατέςρεψεν. τὴν δὲ κακῶς ὀρχησαμένην κόρην κατέπιεν ἡ γῆ· ἔτι ζώσης τῆς γεννησαμένης ἐχίδνης·

Intellexerat interea Imperator (c) Herodem mortem Christi comprobasse, & iniqui ejus adulterii caussa mala multa regioni accidisse, & occidisse (d) Joannem Baptistam qui vir justus erat, eo quia ejus prævaricationem reprehenderat: ægerrime ista tulit, eumque una cum adultera vinctum Romam deferendum mandavit; ablato ei principatu & bonis publicatis simul cum Herodiade in (e) Hispaniam transmittendum curavit. Ibi misere vitam cum morte commutavit. Eam vero quæ male saltaverat (f) puellam absorbuit terra, viva adhuc vipera quæ illam genuerat.

Συνάγεται τοίνυν ὁ πᾶς χρόνος ἀπὸ

Colligitur itaque tempus omne, quod

(a) Euseb. hist. lib. 2. c. 2. & 3.

(b) Hic primum noster Christi discipulos nominat Christianos, ut est Act. 11. 26. Ibi tamen verbum χρηματίζω patitur explicari vel Christianorum nomen ab aliis ejusdem fidei consortibus attributum esse Antiochenis, vel Antiochenos inter se consensisse, seipsos imposterum Christianos appellare, ut doctrinæ Christi sectatores, quales vocavit Rex Agrippa Act. 26. 28. V. Lexic. in χρηματίζω. Theodoretus in c. 62. Isai. ait Antiochenos qui crediderant novam appellationem sibi tribuisse καινὴν προσηγορίαν ἐδέξαντο. cit. a Svicer. Thes. Eccl. v. χριςιανός. Id fuit opportunum, omnes sicut ejusdem erant fidei, uno nomine censeri sive Judæi Hellenistæ, sive Gentiles antea fuissent. Hellenistas aliqui interpretantur Judæos qui S. Scripturas legerent in Synagogis non in textu hebraico, sed in Græcam linguam a LXX. conversas. Josephus etiam l. 18. ant. c. 4. vocat Christianos eos qui adhæserant Christo, si est credendum hominem pro dignitate suæ gentis scribentem, quanta ibi sunt, de eo dixisse. Hier. de Scrip. Eccl. hoc testimonium Josephi ut legitimum admittere videtur.

(c) Ad quem Jesus deductus fuit mandante Pilato ut in Evang. & Actor. 4. 27.

(d) De ejus morte præter Evang. & Euseb. meminit Joseph. l. 18. ant. c. 7.

(e) Euseb. l. 2. hist. c. 9. ait Viennam Galliæ: Joseph. l. 18. c. 9. missum in exilium Herodem Antipam cum Herodiade Lugdunum: lib. 2. tamen de bello Jud. c. 8. dicit eosdem in Hispaniam fugisse.

(f) Nicephorus qui unus de morte hujus feminæ locutus mihi occurrit, l. 1. c. 20. hist. refert eam transeuntem per fluvium glacie concretum dehiscente gelu cecidisse, eique a glacie caput amputatum.

ἀδὰμ ἕως τȣ͂ πάθȣς τȣ͂ κυρίȣ ἡμῶν ἰησȣ͂ χριςȣ͂ καὶ τῆς ἀναςάσεως ἔτη ΕΦΛΓ',

Τιβέριος δὲ ὁ καῖσαρ μετὰ τὸ ὀκτωκαιδέκατον ἔτος τῆς αὐτȣ͂ βασιλείας ἐν ᾧ ϗ ὁ κύριος ἡμῶν τὸ σωτήριον ὑπέςη πάθος ἐβασίλευσεν ἔτη Ε'. ἐν τȣ́τοις τοῖς πέντε ἔτεσι γίγεται ταῦτα. μετὰ τὴν ἀνάληψιν τȣ͂ δεσπότȣ ϗ σωτῆρος ἡμῶν ἰησȣ͂ χριςȣ͂ ἐκλέγεται εἰς τὴν ἀποςολὴν ψήφῳ θεȣ͂ ὑπὸ τῶν ἀποςόλων ματθίας ἀντὶ τȣ͂ προδότȣ ἰȣ́δα εἷς καὶ αὐτὸς τῶν τȣ͂ χριςȣ͂ γενάμενος μαθητῶν εἶτα ἰάκωβος ὁ τȣ͂ κυρίȣ γενόμενος ἀδελφὸς πρῶτος τῶν ἐν ἱεροσολύμοις τῆς ἐπισκοπῆς ἐγχειρίζεται θρόνον. καθίςανται δὲ δι' εὐχῆς ὑπὸ τῶν ἀποςόλων εἰς διακονίαν ὑπηρεσίας ἄνδρες δεδοκιμασμένοι τὸν ἀριθμὸν Ζ'. οἱ ἀμφὶ τῷ ςεφάνῳ. ὃς καὶ πρῶτος ἅμα τῇ χειροτονίᾳ ὥσπερ εἰς αὐτὸ τȣ͂το προαχθεὶς ἐμαρτύρησεν, λίθοις πρὸς τῶν κυριοκτόνων βληθείς. τηνικαῦτα παῦλος ἐλυμαίνετο τὴν ἐκκλησίαν, κατ' οἶκον τῶν πιςῶν εἰσπορευόμενος σύρων τε ἄνδρας ϗ γυναῖκας καὶ εἰς φυλακὰς παραδιδȣ́ς.

Φίλιππος δὲ ὁ ἐκ τῶν ἅμα ςεφάνῳ προχειρισθέντων εἰς τὴν διακονίαν· ἐν τοῖς διασπαρεῖσι γενόμενος τοῖς ἐπὶ τῷ διωγμῷ τῷ μετὰ τὴν ἀναίρεσιν αὐτȣ͂ ςεφάνȣ κατῆλθεν εἰς τὴν σαμάρειαν. θείας τε μέτοχος ὢν δυνάμεως κηρύττει τοῖς αὐτόθι τὸν λόγον. τοσαύτη δὲ αὐτῷ θεία συνεργεῖ χάρις, ὡς καὶ σίμωνα τὸν μάγον τὰς ὑπ' αὐτȣ͂ τελȣμένας παραδοξοποιΐας καταπλαγέντα, μὴ μόνον

quod ab Adam fluxit ad paſſionem uſque Domini noſtri Jeſu Chriſti, & reſurrectionem, annorum MMMMMDXXXIII. fuiſſe.

Tiberius autem Cæſar poſt octavum & decimum annum regni ſui, quo anno etiam Dominus noſter ſalutiferam ſubiit paſſionem, regnavit annos V. His quinque annis hæc fiunt. Poſt aſcenſionem Domini & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti eligitur ad Apoſtolatum divina ſententia ab Apoſtolis loco Judæ proditoris Matthias, qui & ipſe erat Chriſti diſcipulorum unus. Deinde Jacobus Domini frater, primus Jeroſolymorum (*a*) Epiſcopalem commiſſam habet ſedem. Oratione vero præmiſſa ab Apoſtolis conſtituuntur in adminiſtrationem cultus divini (*b*) viri probati numero VII, una cum Stephano, qui etiam primus ſimul atque teſtimonium perhibuit Jeſu Chriſto, quaſi ad hoc ipſum ordinatione promotus, lapidibus ab occiſoribus Domini obrutus eſt. Perſequebatur tunc Paulus Eccleſiam, pervadens domum unamquamque, & viros trahens, & mulieres etiam in cuſtodias traditurus,

(*c*) Philippus autem de eorum numero unus qui ſimul cum Stephano prælecti fuerant in miniſterium, idemque de diſperſis propter perſecutionem quæ cædem ipſius Stephani ſecuta fuerat, deſcendit Samariam. Divina confirmatus virtute annunciat primus ibi Verbum. Tanta vero ipſi cooperatur gratia, ut & (*d*) Simonem Magum non ſolum ab iis quæ hominum o-

V pi-

(*a*) Act. Apoſt. 12. 17. & c. 21. 18. Euſeb. l. 2. c. 1. & in Chron. ad Olymp. 202. de cujus paſſione infra.
(*b*) Euſeb. hiſt. l. 2. c. 1.
(*c*) Præter Acta Apoſt. Euſeb. ibidem.
(*d*) Actor. 8. 5. & Euſeb. ibid.

προσδραμεῖν τῷ λόγῳ ἀλλὰ καὶ τὴν μέχρι διὰ λυτρȣ̃ πίςιν καθυποκρίνασθαι. ἐκ δὲ τῆς αἰθιόπων γῆς ὁ εὐνȣ̃χος δυνάςης ὢν κανδάκης τῆς βασιλίσσης αἰθιόπων ἐληλυθότος αὐτȣ̃ προσκυνῆσαι εἰς ἱερȣσαλὴμ ϗ ὑποςρέφοντος ϗ ἐπὶ τȣ̃ ἅρματος αὐτȣ̃ καθημένȣ, καὶ τὸν προφήτην ἠσαίαν ἀναγινώσκοντος ϗ ὑπὸ τȣ̃ φιλίππȣ εὐαγγελισθέντος τὰ περὶ τȣ̃ χριςȣ̃, πιςεύσαντος δὲ αὐτȣ̃ καὶ αἰτησαμένȣ βαπτισθῆναι ὑπὸ τȣ̃ φιλίππȣ βαπτίζεται. οὗτος πρῶτος ἐξ ἐθνῶν πρὸς τȣ̃ φιλίππȣ δι' ἐπιφανείας τὰ θεῖα διδάσκεται μυςήρια. ϗ παλινοςήσας ἐπὶ τὴν πάτριον γῆν εὐηγγελίσατο τοῖς αὐτόθι τὴν χριςȣ̃ γνῶσιν καὶ τὴν ζωοποιὸν αὐτȣ̃ πρὸς ἀνθρώπȣς ἐπιδημίαν. ϗ ἐπληρώθη ἔργῳ ἡ προφητεία ἡ λέγȣσα· αἰθιοπία προφθάσει χεῖρα αὐτῆς τῷ θεῷ.

Ἐπὶ τȣ́τοις παῦλος τὸ τῆς ἐκλογῆς σκεῦος δι' ἀποκαλύψεως ἰησȣ̃ χριςȣ̃ ἀπόςολος ἀναδείκνυται μετ' ἐνιαυτὸν ἕνα, μικρῷ πρὸς τῆς τȣ̃ κυρίȣ ἀναλήψεως. ἀλλὰ γὰρ τῆς θείας χάριτος ϗ ἐπὶ τὰ λοιπὰ χεομένης ἔθνη, κορνήλιος κατὰ τὴν παλαιςινῶν καισάρειαν ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ δι' ἐπιφανείας θειοτέρας ὑπȣργείας τε πέτρȣ τὴν εἰς χριςὸν πίςιν εἰσεδέξατο.

Γάϊος μετὰ τὴν τιβερίȣ τελευτὴν ἐβασίλευσεν ἔτη Δ'. ἔτος τῆς ἰȣδαίων

pinionem ſuperantia faciebat abſterreret, ſed etiam ad audiendum Evangelium accurreret, & uſque ad baptiſmi fidem ficte ſe paratum oſtenderet. Ex Æthiopica regione Eunuchus qui erat potens penes Candacem Æthiopum Reginam, qui venerat adorare in Jeruſalem, dum reverteretur, & in curru ſuo ſederet, & prophetam Eſaiam legeret, a Philippo edoctus Evangelium de Chriſto, & crediditſet, & baptizari petiiſſet, a Philippo baptizatur. Hic primus ex Gentibus a Philippo per revelationem divina diſcit myſteria, & reverſus in ſuam regionem evangelizavit ibi (*a*) Chriſti notitiam, & vivificum ejus inter homines adventum; & facto ipſo impleta eſt prophetia, quæ dicit: Æthiopia præveniet manus ſuas Deo.

Inter hæc Paulus vas electionis per (*b*) revelationem Jeſu Chriſti Apoſtolus declaratur [*c*] poſt annum unum paulo poſt Domini aſcenſionem. Verum divina gratia dum etiam in reliquas gentes ſpargeretur, Cornelius in urbe Palæſtinæ Cæſarea una cum tota domo ſua per divinam revelationem, & per officium a Petro præſtitum fidem in Chriſtum ſuſcepit.

Cajus poſt mortem Tiberii regnavit (*d*) annos IIII. Hic Judæorum

(*a*) Euſebius ibidem.
(*b*) Paulus de ſe hoc affirmat. Galat. 1. 12.
(*c*) Dubitandum an id ſolummodo tempus elapſum fuerit ab aſcenſione Domini ad converſionem Pauli; præcipue cum ſtatim addatur a noſtro, Evangelii gratiam in reliquas gentes fuiſſe longe lateque propagatam; quod ex Euſeb. l. 2. c. 3. deſumpſit. Deinde advertendum eſt non pauca in Actis Apoſt. narrata eſſe quæ ab aſcenſione Domini ad converſionem Pauli intercefferunt, quæ an unius anni tempore evenerint, dubitari poteſt. Prętcrea c. 7. recitatur glorioſa mors Stephani, cujus occaſione Paulus adoleſcens dicitur. Neſcio autem anputandum ſit Principem Sacerdotum facultatem dediſſe adoleſcenti alligandi quos voluiſſet perducendos in Hieruſalem: & quamvis præſeferret zelum Judaicæ legis ſingularem, poterat facultate quibuſcumque de cauſſis voluiſſet abuti præſertim militibus ſtipatus. In martyrologio R. legitur die 25. Januar. Paulus converſus anno ſecundo ab aſcenſione Domini.
(*d*) Plerumque numerantur a noſtro integri Imperatorum anni, non completi. Caligula cœpit imperare anno 37.

ἀρχῆς τὸ διάδημα ἀγρίππα τῷ καὶ ἡρώδῃ περιτίθησιν βασιλέα καταςήσας αὐτὸν τῆς τε φιλίππȣ καὶ λυσανίȣ τετραρχίας. εἶτα μετ' ȣ πολὺν χρόνον καὶ τὴν ἡρώδȣ αὐτῷ τετραρχίαν παραδίδωσι. τȣ κατὰ τὸ πάθος τȣ κυρίȣ ἐκείνῳ σὺν καὶ τῇ γυναικὶ ἡρωδιάδι πλείςων ἕνεκα αἰτιῶν δικάσεις πραξαμένῳ. μάρτυς τȣ́των ἰώσιππος.

Πιλάτος δὲ ὁ ἐπὶ τȣ πάθȣς τȣ κυρίȣ τοσαύταις ἐν τοῖς τȣ γαΐȣ χρόνοις περιέπεσεν συμφοραῖς ὡς ἐξ ἀνάγκης αὐτοφονευτὴν αὐτȣ καὶ τιμωρὸν αὐτόχειρα γενέσθαι, τῆς θείας δίκης ȣκ εἰς μακρὰν αὐτὸν μετελθȣ́σης. ἱςορȣ̃σι τȣ̃το ἑλλήνων οἱ τὰς ὀλυμπιάδας ἀναγραψάμενοι.

Κλαύδιος τὸν γάϊον διαδεξάμενος ἐβασίλευσε ἔτη ΙΔ'. ἐπὶ τȣ́τȣ ἀγρίππας ὁ καὶ ἡρώδης ἀνεῖλεν ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν ἰωάννȣ μαχαίρα. τότε δῆτα ὡς φησιν ἡ θεῖα γραφὴ, ἰδὼν πρὸς ἡδονῆς τὸ πραχθὲν γενόμενον τοῖς ἰȣδαίοις ἐπετίθετο καὶ πέτρῳ. δεσμοῖς τε αὐτὸν παραδȣ̀ς μικρȣ̃ δεῖν τὸν καὶ αὐτȣ̃ φόνον ἐνήργησε ἂν εἰ μὴ θείᾳ προνοίᾳ ἐπιςάντος αὐτῷ νύκτωρ ἀγγέλȣ τῶν τε δεσμῶν ἐλύθη καὶ τῶν εἱργμένων ἐξώσθη. καὶ τὰ μὲν κατὰ πέτρον τὸν θεσπέσιον ἐν τȣ́τοις ἦν. τὰ δὲ κατὰ τῆς τῶν ἀποςόλων ἐπιχειρήσεως τȣ̃ βασιλέως, ȣκ ἔτι ἀναβολῆς εἴχετο, ἀλλ' εὐθὺς αὐτὸν ὁ τῆς θείας δίκης τιμωρὸς δι' ἀκοῆς μετῄει. μετὰ γὰρ τὴν

rum principatum, & diadema Agrippæ, qui & Herodes dictus, largitus eſt, conſtituitque tetrarchiæ Philippi & Lyſaniæ Regem. Et tempore non multo, poſt Tetrarchiam etiam Herodis ipſi tradit poſt Domini paſſionem ipſi, inquam & uxori Herodiadi plurimis de cauſis in judicio diſcuſſis. Teſtis horum [a] Joſephus.

(b) Pilatus autem poſt Domini paſſionem in tantas imperante Cajo incidit calamitates ut neceſſitate cogente manus ſibi inferret & criminis ſui vindex fieret, divina ultione non diu poſt eum conſequente. Extat hoc apud Gentiles, qui Olympiadas monimentis tradiderunt.

Claudius qui Cajo ſucceſſit (c), regnavit annos XIIII. Sub hoc (d) Agrippa qui & Herodes, occidit (e) Jacobum fratrem Joannis gladio. Tunc videlicet ut narrat divina Scriptura, cum vidiſſet, quod actum erat, gratum eſſe Judæis, comprehendere tentavit & Petrum, & in vincula ipſum cum conjeciſſet, parum abfuit quin mortem illi attuliſſet ſi per ſupervenientem nocte divina providentia Angelum a vinculis ſolutus non fuiſſet, & a cuſtodibus defenſus. Et quæ mirabili Petro acciderunt, iſta fuerunt. Quæ vero contra Apoſtolos conabatur Rex, dilata non fuiſſent. Sed ſtatim in ipſum divinæ ultionis vindex

(a) Lib. 19. de bello c. 7. quem Euſeb. l. 2. c. 9. deſcripſit.
(b) Euſeb. l. 2. c. 7. in Chronico conſignat mortem Pilati in annum 3. Olymp. 204.
(c) Regnum accepit anno 41.
(d) Herodes Agrippa filius Ariſtobuli. Ariſtobulum filium Herodes qui regiam dignitatem intulit in familiam, laqueo occidit. Agrippa a Caligula regiones, quæ fuerant Herodis Antipæ & Philippi &c. regio titulo ornatus tenuit uſque ad mortem. Joſeph. l. 2. de bell. c. 8. &c. idemque eſt de quo Act. c. 12. c. 25. & 26. Claudius præterea Caligulæ ſucceſſor addidit ei etiam Judæam & Samariam. Joſeph. ant. l. 19. c. 4. &c. hinc in nummis ſe φιλοκλαύδιον appellat.
(e) Act. Ap. 12. 2. capite abſciſſo l. 2. c. 8. inquit Euſebius.

ἐκείνων ἐπιβουλὴν ὥρμησεν ἐπὶ τὴν καισάρειαν. ἐπισήμῳ δὲ ἐνταῦθα ἑορτῆς ἡμέρᾳ. λαμπρᾷ καὶ βασιλικῇ κοσμησάμενος ἐσθῆτι· καθεσθείς τε ἐπὶ βήματος ἐδημηγόρει. τοῦ δὲ πλήθους ἐπευφημήσαντος ἐπὶ τῇ δημηγορίᾳ ὡς ἐπὶ θεοῦ φωνῇ καὶ οὐκ ἀνθρώπου παραχρῆμα καθάπερ ἡ τῶν πράξεων περιέχει βίβλος ἐπάταξεν αὐτὸν ἄγγελος κυρίου ἀνθ' ὧν οὐκ ἔδωκεν τὴν δόξαν τῷ θεῷ, καὶ γενόμενος σκωληκόβρωτος ἐξέψυξεν.

Ἤδη δὲ τῆς εἰς τὸν σωτῆρα κύριον ἡμῶν ἰησοῦν χριστὸν πίστεως εἰς πάντας ἀνθρώπους διαδιδομένης ὁ τῆς ἡμετέρας πολέμιος σωτηρίας τὴν βασιλεύουσαν πόλιν προαρπάσασθαι μηχανώμενος, ἐνταῦθα Σίμωνα τὸν πρόσθεν δεδηλωμένον ἄγει. καὶ δὴ ταῖς ἐντέχνοις τοῦ ἀνδρὸς συναιρόμενος γοητείαις πλείους τῶν τὴν ῥώμην οἰκούντων ἐπὶ τὴν πλάνην σφετερίζεται.

Δηλοῖ δὲ τοῦτο ἰουστῖνος ὁ μάρτυς ἐν τῇ προτέρᾳ πρὸς ἀντωνεῖνον ὑπὲρ τοῦ καθ' ἡμᾶς δόγματος ἀπολογίᾳ γράφων ὧδε. μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ κυρίου εἰς οὐρανὸν προεβάλλοντο οἱ δαίμονες ἀνθρώπους τινὰς λέγοντας ἑαυτοὺς εἶναι θεούς. οἱ οὐ μόνον οὐκ ἐδιώχθησαν ὑφ' ὑμῶν· ἀλλὰ καὶ τιμῶν ἠξιώθησαν.

dex jussus descendebat. Post malum enim erga eos consilium descendit Cæsaream. Insigni illic festivitatis die splendida & regali ornatus (a) veste, in suggestu sedens populum alloquebatur. Vulgus allocutioni plaudebat tanquam voci divinæ, non humanæ, ut Actorum liber habet, [b] statimque percussit eum Angelus Domini eo quod non dedisset honorem Deo, & consumptus a vermibus expiravit.

Cum fides in salvatorem Dominum nostrum Jesum Christum in omnes homines jam divulgaretur, hostis salutis nostræ præripere principem Urbem machinatus, hinc Simonem qui antea (c) notissimus evaserat, in illam agit, & artificiosis hominis imposturis auxilium ferens plures Romæ habitatores in errorem pervertit.

Asserit autem hoc Justinus martyr in (d) priore ad Antoninum apologia Christianorum adversus edictum contra nos latum ita scribens. *Post ascensionem Domini in cælum proferebant (e) Dæmones homines quosdam, qui se asserebant Deos (f) esse, qui non solum persecutionem*

(a) Quam describit Joseph. l. 19. ant. c. 9.

(b) Act. 12. 21. Videndus idem Joseph. ibidem.

(c) Græce est δεδηλωμένος Euseb. l. 2. c. 1. *fama & sermone hominum summe celebratus*.

(d) Prior ejus apologia pro Christianis e qua desumpta est hæc particula, in ejus operibus ut nunc feruntur secunda inscribitur; vere tamen prior est; invenitur hic textus non valde longe ab initio.

(e) Exploratum est hanc vocem apud Gentiles in bonam aliquando, aliquando in malam partem esse sumptam, ut Dæmonem intellexerint qui vitam nostram regeret & cui bonus & malus exitus rerum tribueretur, cujus sunt exempla apud Lexicographos obvia. Dæmoni Græcorum respondet *Genius* qui a Servio dicitur deus naturalis cujusque loci vel rei vel hominis ad 1. Georg. Verum quia Christiani merito credunt bona sua omnia a Deo suo vero semper esse, si quod malum eis intervenit, sibi & ei debent imputare qui modo princeps mundi dicitur in Evangelio vel Beelzebub vel princeps dæmoniorum, & animas hominum ad malum allicit, quemque Christus illuminato genere humano de principatu dejecit. Dæmonis nomen in Scriptura, & SS. Patribus semper in vituperium, nunquam in laudem ponitur. Aug. de civ. dei l. 9. c. 19. Cyrill. hom. pasch δαίμων ἀρχίκακος, ὁ ἁμαρτίας πατήρ. Isidor. Orig. l. 8. c. 11. ait *inesse dæmonibus cognitionem rerum plusquam infirmitati humanæ partim subtilioris sensus acumine, partim experientia longissima vitæ*; idcirco Græcis Dæmon est quasi δαήμων *sciens*. De Dæmonibus habet plurima Eusebius in libris *de præparat. Evangel.*

(f) Rufinus etiam l. 2. c. 13. ait Simonem *Dæmonibus impellentibus* venisse Romam.

σίμωνα μέν τινα σαμαρέα τὸν ἀπὸ κώμης λεγομένης γίττωνος· ἐπὶ κλαυδίου καίσαρος διὰ τῆς τῶν ἐνεργούντων δαιμόνων τέχνης δυνάμεις μαγικὰς ποιήσαντα ἐν τῇ πόλει ἡμῶν τῇ βασιλίδι ῥώμῃ θεὸν νομισθῆναι πεπείκασιν. ὅθεν καὶ ἀνδριάντι παρ' ὑμῖν ὡς θεὸς τετίμηται ἐν τῷ τίβερι ποταμῷ μεταξὺ τῶν δύω γεφυρῶν ἔχων ἐπιγραφὴν ῥωμαϊκὴν ταύτην. σίμωνι δέω σάντω. ὅπερ ἐστὶν σίμωνι θεῷ ἁγίῳ. καὶ σχεδὸν μὲν πάντες σαμαρεῖς, ὀλίγοι δὲ ἐν ἄλλοις ἔθνεσιν ὡς τὸν πρῶτον θεὸν ἐκεῖνον ὁμολογοῦντες προσκυνοῦσι. καὶ ἑλένην τινὰ τὴν συμπερινοστήσασαν αὐτῷ κατ' ἐκεῖνο καιρῷ πρότερον ἐπὶ τέγους σταθεῖσαν ἐν τύρῳ τῆς φοινίκης τὴν ὑπ' αὐτοῦ πρώτην γενομένην ἔννοιαν λέγουσι. ταῦτα μὲν οὕτως.

Συνῳδεῖ δὲ αὐτῷ καὶ εἰρηναῖος ἐν τῷ εἰς τὰς αἱρέσεις λόγῳ. ὃς τὴν ἀνοσίαν αὐτοῦ καὶ μιαρὰν διδασκαλίαν συγγράψας, ὕστερον ἐπιλέγει· οὐ μὴν εἰς μακρὸν αὐτῷ ταῦτα προυχώρει. παραπόδας γοῦν ἐπὶ τῆς αὐτῆς κλαυδίου βασιλείας ἡ πανάγαθος καὶ φιλανθρωποτάτη τῶν ὅλων πρόνοια τὸν καρτερὸν καὶ πρῶτον τῶν ἀποστόλων τὸν ἀρετῆς ἕνεκα τῶν λοιπῶν ἁπάντων προήγορον πέτρον ἐπὶ τὴν ῥώμην ὡς ἐπὶ τηλικοῦτον λυμεῶνα βίου ἐχειραγώγει. ὃς οἷά τις γενναῖος τοῦ θεοῦ στρατηγὸς τοῖς θείοις ὅπλοις φρουρούμενος τὴν πολυτίμητον ἐμπορίαν τοῦ νοητοῦ φωτὸς ἐξ ἀνατολῶν τοῖς κατὰ δύσιν ἐκόμιζεν φῶς αὐτοῖς καὶ λόγον σωτήριον ψυχῶν τὸ κήρυγμα τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας

nem a nobis passi non sunt, sed & honore digni putati Simonem quendam Samaritanum, e vico qui dicitur Gitton, sub Claudio Cæsare per artem in qua dæmones operabantur, virtutes magicas facientem, in urbe nostra principe Roma ut Deus reputaretur effecerunt. Unde & (a) statua apud vos ut Deus honoratus fuit, in fluvio Tiberi inter duos pontes, inscriptionem habens Latinam istam. Simoni Deo sancto, *quod est Simoni Deo sancto. Et prope omnes Samaritani, de aliis vero nationibus pauci illum tanquam principem Deum confitentes adorant. Et Helenam quandam oberrantem cum eo quæ prius quæstum corpore fecerat in urbe Phœnicis Tyro, primam ab eo Ennœam seu intelligentiam factam ajunt.* Hæc ita se habent.

Affinia narrat etiam Irenæus in (b) libro contra hæreses: qui impietatem ejus, & sceleſtam disciplinam notavit, & postea adjungit, non tamen longius ultra ea procedens: Statim igitur eodem imperante Claudio benigna semper & hominum amans rerum universarum providentia fortem & primum Apostolorum præstantiæ caussa reliquorum omnium principem (c) Petrum velut contra corruptorem instituti tam sancti manu ducebat. Qui generosus Dei militum Imperator quam qui maxime armis divinis defensus honorabiles intellectualis luminis merces ex Oriente Occidentalibus portabat, lumen ipsis, & verbum salutare animarum, prædicationem regni cælorum evangeli-

(a) De hac statua & inscriptione Vid. Tillemont, & Massuet editor op. S. Irenæi. Ab iis affertur quid de his monumentis sit sentiendum: num revera ad Simonem magum, an ad aliquem Deum Gentilium pertinerent.

(b) Subintellige *primo*.

(c) Similia habet Euseb. hist. l. 2. c. 12. & 13.

εὐαγγελιζόμενος. οὕτως οὖν ἐπιδημήσαντος αὐτοῖς τοῦ θείου λόγου ἡ μὲν τοῦ σίμωνος ἀπέσβη καὶ παραχρῆμα σὺν τῷ ἀνδρὶ κατελέλυτο δύναμις. ταῖς δὲ τῶν ἀκροατῶν τοῦ πέτρου διανοίαις φέγγος εὐσεβείας ἐπέλαμψεν. κατὰ δὲ τούτους τοὺς χρόνους ἐν τῇ τοῦ πάσχα ἑορτῇ τοσαύτην ἐπὶ τῶν ἱεροσολύμων συνέβη στάσιν καὶ ταραχὴν ἐγγενέσθαι· ὡς μόνον τῶν περὶ τὰς ἐξόδους τοῦ ἱεροῦ βίᾳ συνωθουμένων τρεῖς μυριάδας ἰουδαίων ἀποθανεῖν πρὸς ἀλλήλων καταπατηθέντων. γενέσθαι δὲ τὴν ἑορτὴν πένθος μὲν ὅλῳ τῷ ἔθνει· θρῆνον δὲ καθ' ἑκάστην οἰκίαν. καὶ ταῦτα καταλέγει ὁ ἰώσιππος.

Ἀγρίππα δὲ τοῦ καὶ ἡρώδου τοῦ ἰουδαίων βασιλέως θεηλάτοις πληγαῖς ὡς εἴρηται τὸν βίον μεταλλάξαντος, ἀγρίππαν τοῦτου παῖδα ὁ κλαύδιος ἀντ' αὐτοῦ καθίστησι βασιλέα. φίλικα τῆς χώρας ἁπάσης σαμαρείας τε καὶ γαλιλαίας καὶ πρὸς ἔτι τῆς καλουμένης περαίας ἐπίτροπον ἐκπέμψας.

Νέρων τὸν κλαύδιον διαδεξάμενος ἐβασίλευσεν ἔτη ΙΔ'. οὗτος πονηρότατος ὑπῆρχεν καὶ λάγνος εἰ καί τις ἄλλος. αὐτὸς πρῶτος ἤγειρεν διωγμὸν κατὰ τῶν χριστιανῶν.

Κατὰ τούτους τοὺς χρόνους παῦλος τὴν ἀπὸ ἱερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ πορίαν μέχρι τοῦ ἰλλυρικοῦ ποιησάμενος δικαιολογησάμενός τε ἐπὶ φίληκος μετὰ δὲ καὶ

gelizans. Sic itaque prodeunte in publicum apud eos divino verbo, extincta est Simonis, & continuo cum homine soluta est virtus: mentibus vero auditorum Petri splendor pietatis illuxit. Per hos dies in Paschali solemnitate tantam Jerosolymis discordiam, & tumultum accidisse ferunt, ut de iis solum qui ad exitus è templo vi compulsi erant, triginta millia Judæorum a se ipsis conculcata morerentur. Ea solemnitas idcirco luctum attulit universæ genti; singulis vero familiis lamentationem. Narrantur ista (*a*) Josepho.

Postquam Agrippa, qui & Herodes dictus est, Judæorum Rex divinitus immissis plagis ut dictum est, vitam amisit, Agrippam ejus filium Claudius pro eo (*b*) Regem constituit & regionis omnis, & Samariæ, Galilææ item, & quæ adhuc vocatur (*c*) Peræa præsidem misit (*d*) Felicem.

Nero qui Claudio successerat [*e*] regnavit annos XIIII. Hic sceleſtissimus fuit & effœminatus si quis alius. Hic primus (*f*) persecutionem adversus Christianos excitavit.

Per hos dies Paulus cum iter a Jerusalem & omni circum regione usque ad (*g*) Illyricum fecisset, & de justitia disputasset coram [*h*] Felice,

(*a*) Lib. 20. ant. c. 4. Viginti millia hominum periisse & l. 2. de bell. c. 11. Euseb. hist. l. 2. c. 18. triginta millia.

(*b*) Joseph. ant. l. 19. c. 4.; & 5., & 7.

(*c*) Provincia hæc a Josepho l. 18. c. 9. ant. conjungitur Galilææ. Describitur speciatim lib. 3. de bello c. 2.

(*d*] Joseph lib. 20. ant. c. 6.

(*e*) Anno æræ Christ. 54

(*f*) *Tali dedicatore damnationis nostra gloriamur*, inquit Tertullianus apol. adv. gentes. Citatur ab Euf. hist. l. 2. c. 24.

(*g*) Loquitur auctor ut & Euseb l. 3. hist. c. 1. & 4. secundum distributionem imperii Romani non tempore Pauli Apostoli, sed juxta eam quæ innovata & statuta a Constantino M. vigebat eorumdem historicorum tempore, quo sub dispositione Viri illustris (ut est in Notitia dignitatum Imperii Romani) Præfecti Prætorio per Illyricum fuit Macedonia, Achaia &c.

(*h*) Act. 24. & 25.

ἐπὶ φήςυ περὶ τῦ δόγματος ἐν τοῖς ἱεροσολύμοις, δέσμιος ἐπὶ τὴν ῥώμην παρεπέμφθη. ἀρίσαρχος δὲ αὐτῷ συνὼν ὃν κὴ εἰκότως συναχμάλωτόν πυ τῶν ἐπισολῶν ἀποκαλεῖ. καὶ λυκᾶς ὁ κὴ τὰς πράξεις τῶν ἀποσόλων γραφῆ παραδὺς. ἀλλὰ τότε μὲν ἀπολογήσαμενος, αὖθις ἐπὶ τὴν τῦ κηρύγματος διακονίαν ἰςείλατο. δεύτερον δὲ ἐπιβὰς τῆ αὐτῆ πόλει· τῷ κατ' αὐτὸν ἐτελειώθη μαρτυρίῳ. κραταιυμένης γὰρ τῷ νέρωνι τῆς ἀρχῆς εἰς ἀνοσίυς ποικίλας ἐπιτηδεύσεις κατ' αὐτῆς ὁπλίζετο τῆς εἰς τὸν τῶν ὅλων θεὸν ἐυσεβείας. ὅθεν παῦλον μὲν τὸν θεσπέσιον τῆς κεφαλῆς ἀποτέμνει, πέτρον δὲ κορυφαῖον τῶν ἀποσόλων ἀνασκολοπισθῆναι κελέυει. ἐπὶ τοσαύτην δὲ ἤλασεν μιαιφονίαν· ὡς μὴ δὲ τῶν οἰκειοτάτων τε κὴ φιλτάτων ἐπισχεῖν. μητέρα δὲ ὁμοίως καὶ ἀδελφὺς κὴ γυναῖκας σύντε ἄλλοις μυρίοις τῷ γένει προσήκυσι τρόπον ἐχθρῶν καὶ πολεμίων ποικίλαις θανάτων εἰδέαις διαχρήσασθαι.

lice, postmodum vero coram Festo de lege, Jerosolymis (a) vinctus Romam missus fuit. Cum Paulo erat (b) Aristarchus, quem ille merito concaptivum alicubi in epistolis vocat; Item [c] Lucas, qui acta Apostolorum scripto tradidit. Tunc Paulus obiectis criminibus respondit, & rursus propter ministerium prædicationis (d) navigavit. Rursus autem cum in eandem Urbem Romam ascendisset, martyrio consumptus est. (e) Invalescens enim in animo Neronis auctoritas per nefarios homines per varia artificia contra ipsam armabatur in Deum universorum pietatem. [f] Unde divinum Paulum capite mulctat. Petrum vero Apostolorum principem in crucem tolli jubet: tantas vero cædes edidit, ut neque a familiarissimis, neque ab amicissimis, quin eorum abrumperet vitam, se contineret: (g) Matrem similiter, & fratres & uxores simul cum aliis sexcentis sanguine illum contingentibus tanquam inimicos, & hostes multiplicibus mortis generibus interficeret.

Ἐν τύτοις τοῖς χρόνοις ἐπανέςησαν οἱ ἐν ἱεροσολύμοις ἰυδαῖοι ἰακώβῳ τῷ τῦ κυρίυ ἀδελφῷ ᾧ πρὸς τῶν ἀποσόλων ὁ τῆς ἐπισκοπῆς τῆς ἐν ἱεροσολύμοις ἐγκεχείριςο θρόνος. τοιαῦτα δὲ αὐτὸς καὶ τὰ καθ' αὐτῦ τολμηθέντα. εἰς μέσον αὐ-

Illis diebus insurrexerunt Jerosolymis Judæi in (h) Jacobum Domini fratrem, cui præ cæteris Apostolis episcopatus sedes Jerosolymis tenenda tradita fuerat: hujusmodi autem ipse passus est contra eum ardentibus (i) illis. In medium cum ipsum

(a) Act. c. 27.
[b) Ejus mentio est Coloss. 4. 10. Concaptivus erat Pauli Apost.
(c) Comes individuus Pauli Apostoli qui ejus meminit 2. Cor. 8. 18. & Coloss. 4. 14. & 2. Tim. 4. 11. V. S. Hieron. de script. eccl. & Euseb. l. 3. c. 4.
(d) Ex vi libertatis, quam illi conciliaverat sua defensio.
(e) Periodus non satis sana.
(f) De martyrio horum Principum terræ Patres omnes, & historici Ecclesiæ. De iis est recens liber. *Stephani Borgiæ Vaticana confessio B. Petri Principis Apostolorum Chronologicis tam veterum quam recentiorum scriptorum testimoniis illustrata* Romæ 1775.
[g] De crudelitate Neronis in suos præcipue, omnes historici, & Joseph. l. 20. ant. c. 5.
(h) Ista ex Eusebio ut dicetur.
(i) Concilio scilicet Judæorum ab Anano summo Sacerdote sine auctoritate Præsidis Romani

τὸν ἀγαγόντες, ἄρνησιν τῆς εἰς τὸν Χριςὸν πίςεως ἐπὶ πάντος ἐζήτϐν τϐ λαϐ. τϐ δὲ παρὰ τὴν ἁπάντων γνώμην ἐλευθέρα φωνῆ καὶ μᾶλλον ἢ προσεδόκησαν ἐπὶ τῆς πλήθϐς ἁπάσης παῤῥησιασαμένϐ κὴ ὁμολογήσαντος ὑὸν εἶναι θεϐ τὸν σωτῆρα καὶ κύριον ἡμῶν ἰησϐν μὴ καθ' οἷοιτε τὴν τϐ ἀνδρὸς μαρτυρίαν φέρειν τὸ δικαιότατον αὐτὸν παρὰ τοῖς πᾶσι δὶ ἀκρότητα ἧς μετέιη κατὰ τὸν βίον φιλοσοφίας τε κὴ θεοσεβείας πιςεύεσθαι κτείνϐσιν· καιρὸν εἰς ἐξϐσίαν λαβόντες τὴν ἀναρχίαν. κατ' αὐτὸν γὰρ τὸν καιρὸν τϐ φήςϐ ἐπὶ τῆς ἰϐδαίας τελευτήσαντος ἄναρχα κὴ ἀνεπιτρόπευτα τὰ τῆς αὐτόθι διοικήσεως καθιςήκει. εὐθέως δὲ μετὰ τὴν τϐτϐ ἀναίρεσιν ἤρξαντο οἱ ἰϐδαῖοι ὑπὸ ἰϐδαίων πολιορκεῖσθαι. κὴ μάρτυς τϐτϐ ἰώσιππος λέγων ὅτως. ταῦτα δὲ συμβέβηκεν τοῖς ἰϐδαίοις κατ' ἐκδίκησιν ἰακώβϐ τϐ δικαίϐ, ὃς ἦν ἀδελφὸς ἰησϐ τϐ λεγομένϐ χριςϐ. ἐπειδήπερ δικαιότατον αὐτὸν ὄντα οἱ ἰϐδαῖοι ἀπέκτειναν.

ipſum duxiſſent, ad fidem in Chriſtum negandam ſimul cum omni populo cogebant. At præter omnium voluntatem libera voce aliter quam ſperaverant, coram multitudine tota locutus eſt, & faſſus filium Dei eſſe Salvatorem & Dominum noſtrum JESUM. Quia hominis teſtimonium ferre non poterant, ipſum ſanctiſſimum apud omnes reputatum ob ſummam, quam vitæ (*a*) philoſophiam & in Deum pietatem aſſecutus fuerat, (*b*) occidunt, opportunitatem licentiæ nacti, quia non erat qui imperaret. Eo enim tempore Feſto in Judæa mortuo publica res ſine rectore, & adminiſtro relicta fuerat. Statim poſt hujus ſupplicium Judæi a Judæis oppugnari cœperunt. Teſtis rei Joſephus eſt talia dicens: Hæc autem acciderunt Judæis ad ultionem Jacobi juſti, qui erat frater Jeſu qui dicitur Chriſtus, quia eum, qui ſanctiſſimus erat, occiderunt.

Ini-

coacto. Joſeph l. 20. c. 8. Ea occaſione de ſucceſſione ſummorum Sacerdotum apud Judæos ab Aarone ad Phanaſum ultimum Pontificem electum a ſeditioſis & initium belli Judæorum adverſus Romanos idem Auctor eodem capite. Obſervandum eſt Ananum increpitum eſſe a Præſide Romano de Concilio coacto Hieroſolymis etiamſi Agrippa eſſet Rex Judææ &c. cujus auctoritas auctoritatem Imperatoris Rom. non minuerat. Ibid.

(*a*) Philoſophiæ vox quæ in SS. Patribus & Eccleſiaſtica hiſtoria occurrit, ita explicatur a Juſtino Martyre ut ſit *ἐπιςήμη τϐ ὄντος καὶ τϐ ἀληθϐς ἐπίγνωσις ſcientia ejus qui eſt* h. e. Dei, *& veritatis cognitio:* alibi ex eodem *vitiorum maculis non ſe contaminare, & voluptatis illecebris nulla ex parte capi:* vel a Socrate l. 3. hiſt. c. 1. philoſophiam, docere *moderationem animi, & modeſtiam*. Si cum pietate in Deum conjungitur, verum philoſophum hoc eſt Chriſtianum efficit. De ea Clem. Alex. in libris Strom. paſſim, & Sozom. l. 6. c. 10.

(*b*) Quæ ſequuntur non ex textu Joſephi l. 20. c. 8 ubi de Jacobo; ſed ex Euſeb. l. 2. c. 23. affirmante illos qui inter Judæos prudentes haberentur, putaſſe martyrium Jacobi in cauſſa fuiſſe ut in ejus ultionem cito accidiſſet obſidio Hieroſolymæ. Joſephus poſt commemoratam mortem Jacobi nihil addit præterquam multis perturbationibus inter Judæos ipſos ſtatim fecundaſſe Judæam. Tacitus etiam l. 5. hiſtor. fera diſſidia Judæorum inter ſe, & obſidionis Hieroſolymæ initium deſcribit. Opinor autem verba *frater Jeſu qui dicitur Chriſtus* primis Eccleſiæ noſtræ temporibus textui Joſephi addita fuiſſe a Chriſtianis, ſi totus textus de Jacobo additus non eſt, quod facile cuique eſt ſuſpicari. Certe ſi conſulatur textus ejuſdem hiſtorici lib. 18. c. 2 in quo ſermo eſt de Jeſu redemptore noſtro, ibi dicitur fuiſſe Chriſtus mirabilium patrator, doctor veritatis, accuſatus a principibus Judæorum, crucifixus tertia die apparuiſſe vivus & idem qui a prophetis divinitus prædicebatur; difficile videtur credere tanta ſcripſiſſe Joſephum, qui in defenſionem ſuæ gentis Imperatoribus & Gentilibus hiſtoriam ſuam offerret, & nihilominus tanti ſceleris auctores principes ſuæ gentis faceret: quod perpetraſſe non ſolum legi Judæorum, de qua nulla cura erat Romanis, ſed & humanitati adverſabatur. Sed de hoc eruditi viri diſputarunt. Quæ pro veritate teſtimonii quod perhibet Flavius Joſephus de Jeſu Chriſto, & contra, pleraque ſunt in fine editionis ejus hiſtorici ab Havercampio curatæ.

Αρχlὼ δὲ ἔλαβεν ὁ κατὰ ἰȣδαίων πόλεμος ἐπὶ τȣ̃ δωδεκάτȣ ἔτȣς τῆς νέρωνος βασιλείας. ἀλλὰ γὰρ πρὸ τῆς ἐλέυσεως ȣ̓εσπεσιανȣ̃ ἐπὶ τὰ ἱεροσόλυμα, ȣ̔̃τος γὰρ ἡγεῖτο τȣ̃ ϛρατȣ̃ τῶν ῥωμαίων· ὁ λαὸς ὁ τῆς αὐτόθι ἐκκλησίας κατά τινα χρησμὸν δι' ἀποκαλύψεως ἀνεχώρησαν εἰς τlὼ περίχωρον τȣ̃ ἰορδάνȣ κἀκεῖσε διέτριβον διὰ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι τῇ πόλει κακὰ κατὰ τlὼ πρόῤῥησιν τȣ̃ κυρίȣ. τότε ὅλον τὸ ἔθνος τὴν πρὸς τȣ̀ς ῥωμαίȣς ἀποςασίαν εἰργάσατο. ἀγρίππας δὲ ὁ φυγὰς ἐπὶ τὴν ῥώμlὼ ᾤχετο. ȣ̓εσπεσιανὸς δὲ τὸ τlὼικαῦτα ϛατηγὸς τῆς ἑώας ὢν κατὰ πρόσταξιν νέρωνος σωήγειρεν πᾶσαν τὴν ὑπ' αὐτὸν ϛρατιάν. ϗ καταλαμβάνει τὴν ἰȣδαίαν γῆν. οἱ δὲ δυνάμενοι τῶν ἰȣδαίων ἀκȣ́σαντες κατέλαβον τὴν ἱερȣσαλὴμ ἅτε ὀχυρωτάτην ȣ̓̃σαν, τρισὶ τείχεσι ϗ πύργοις μεγίϛοις ἠσφαλισμένην. ὁ δὲ ϛρατηγὸς προσβαλὼν τῇ χώρᾳ πάσας τὰς πόλεις τῆς γαλιλαίας καταςρέψας κατέκαυσε πυρί. καταλαβὼν δὲ τὰ ἱεροσόλυμα ϗ πολιορκήσας αὐτὴν ἐπὶ ἐνιαυτὸν ἕνα ϗ πολλὰ μηχανήματα κατασκευάσας ȣ̓δὲν ἴσχυσεν ποιῆσαι διὰ τὴν τῆς πόλεως ὀχυρότητα. ἀλλὰ ϗ ἐξελθόντες ἐκ τῆς πόλεως αἰφνηδίως, πολλȣ̀ς ἔπληξαν τῶν ῥωμαίων. καταβὰς δὲ εἰς καισάρειαν ὁ ȣ̓εσπεσιανὸς ἀφῆκεν ἀναλαβεῖν τὸν ϛρατόν.

Initium autem habuit adversus Judæos bellum anno (*a*) duodecimo regni Neronis, ante tamen adventum Vespasiani Jerosolymam: hic enim exercitum Romanorum ducebat. Populus interea Ecclesiæ quæ ibi erat, juxta oraculum quoddam ex revelatione, in regionem circa Jordanem recesserat; ibique manebat propter mala Urbi ventura juxta (*b*) prædictionem Domini. Tunc gens universa a Romanis defecit. Agrippa vero fuga capta (*c*) Romæ se tenebat. At Vespasianus usque adhuc dux Orientalis exercitus ex imperio Neronis omnes sub sua potestate vires collegit; regionem occupat Judæam. Hoc audientes qui Potentes erant inter Judæos occuparunt Jerusalem, quippe quæ tutissima erat, (*d*) tribus muris, & maximis turribus munitissima. Dux vero in regionem impetu facto omnes Galilææ urbes in suam potestatem redactas igne succendit. Cum postea circumvenisset Jerosolymam, & obsidione cinxisset per integrum annum, machinis etiam multis perfectis, nihil agere potuit propter maxima Urbis munimenta. Quinimo ex urbe exeuntes obsessi repente multos cædebant Romanos. Descendens autem Cæsaream Vespasianus obsidionem intermisit ut exercitum a laboribus (*e*) recrearet.

(*a*) Euseb. l. 2. c. 25. V. 26. Joseph. l. 20 ant. c. 9. in eum annum referunt bellum Judæorum & Romanorum habuisse initium.

(*b*) Matth. 24. 16. Lucæ 21. 21. Jam tanto ante monuerat Christus discipulos ut cum bellum ingrueret, & immineret obsidio, ab urbe Jerusalem recederent & fugerent ad montes. Euseb. lib. 3. c. 5. ait Christianos in urbem Pellam concessisse; quæ a Josepho memoratur lib. 3. de bell. c. 3. Galilæa, Peræa, Trachonitis erant regiones montanæ sub imperio Agrippæ junioris, seu superioris Agrippæ filii, cujus regnum Claudius ampliaverat. Joseph. ant. l. 20. c. 5. & Euseb. l. 2. c. 18. In universa tamen Judæa eodem tempore procurabat rationes Augusti aliquis Romanus.

(*c*) Ne periculis belli involveretur quod ardebat in Galilæa, quæ ditionis ejus erat. Joseph. lib. 5. de bell. c. 6.

(*d*) Hæc omnia fuse Joseph. libris de bello Judaico, præsertim l. 6. c. 6.

(*e*) Et ut Judæi seditionibus agitati intra Hierosolymam interea se mutuo debilitarent. Ab ex-

Ἐν τούτοις ἀνῃρέθη νέρων ἐπὶ τῆς ῥώμης· καὶ ἐκράτησεν γάλβας μῆνας Ζ′. ἐκεῖνος ἀνῃρέθη καὶ ἐκράτησεν ὄθων μῆνας τρεῖς. καὶ μετ᾽ αὐτοῦ ἐν ἄλλῳ οὐιτέλλιος ἐκράτησεν μῆνας τρεῖς. οὗτος συρεὶς ὑπὸ ἀντωνίου τοῦ κατὰ νέρωνος καὶ τῆς σὺν αὐτῷ δυνάμεως παντοδαποῖς τε αἰκίαις ὑποβληθεὶς, ἐπὶ μέσης τῆς ῥώμης ἀποσφάττεται. ἦν γὰρ λάγνος καὶ μεθυστής.

Ἐν πολλῷ οὖν κινδύνῳ καὶ ἀκαταστασίᾳ τῶν πραγμάτων ὑπαρχόντων, καὶ βαρβάρων ἐπικειμένων τῇ ῥώμῃ ὁ κατὰ τὴν ἕω στρατὸς ἄκοντα τὸν οὐεσπεσιανὸν ἔστεψαν βασιλέα σὺν αἰνέσει πάντων τῶν κατὰ τὴν ἀνατολὴν ἀρχόντων. ἀπαίρων δὲ ἐπὶ τὴν ῥώμην χειμῶνος τίτον μὲν τὸν ἑαυτοῦ παῖδα τὸν κατὰ ἰουδαίων ἐγχειρίζει πόλεμον. δομετιανὸν δὲ ἀπέστειλεν εἰς ἐκστρατείαν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους. ἐγγίζοντος δὲ αὐτοῦ ἤδη τῇ ῥώμῃ ὁ ἐκεῖσε στρατὸς μετὰ τῆς συγκλήτου ἀνελόντες τὸν ἀντάρτην σὺν εὐωχίᾳ μεγίστῃ καὶ κρότοις ὑπήντησαν αὐτῷ. καθεσθεὶς δὲ ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ κατέσφαξεν πάντας τοὺς ἀτάκτους, καὶ ἐξαίφνης τὰ ῥωμαίων αὖθις ἐπανωρθώθη, τοῦ δομετιανοῦ ἐξολοθρεύσαντος τοὺς ἐπανισταμένους βαρβάρους. πολιορκουμένης δὲ τῆς ἱερουσαλὴμ ἐπὶ δύο ἔτη πάντες οἱ ἐν αὐτῇ λιμῷ ἐτάκησαν, τὰ τέκνα αὐτῶν φαγόντες ἐν τῇ πολιορκίᾳ, πα-

Inter hæc periit Romæ Nero, & rerum potitus eſt Galba per menſes VII. (a) Ille ſimiliter ſublatus eſt, & imperavit Otho menſes tres. (b) Et cum ipſo alibi Vitellius regnavit menſes tres. Hic impulſus ab (c) Antonio Neronis inimico, & exercitu ſibi dedito, omnigenis ſuorum plagis afflictus in media Roma (d) jugulatur. Erat enim mollis & ebrioſus.

Venerant in magnum periculum & confuſionem publicæ res, & barbari Romano imperio imminebant; cum Orientalis exercitus Veſpaſianum recuſantem coronarunt Imperatorem plaudentibus cunctis Orientis Principibus. Is Romam verſus hyeme diſceſſit, & Tito filio ſuo bellum adverſus (e) Judæos gerendum tradidit: Domitianum vero ad expeditionem contra Barbaros dimiſit. Cum jam Romam appropinquaret exercitus qui illic erat una cum Senatu, ablato iam de medio (f) Tyranno epulis maximis, & plauſibus in occurſum ejus iverunt. Poſtquam in throno ſedit interficiendos curavit noxios, & confeſtim Romanorum res rurſus (g) emendatæ fuerunt, & barbari qui imminebant a Domitiano diſperſi. Obſeſſa per annos duos Jeruſalem omnes qui in ea erant, fame tabeſcentes, & obſidione constricti filios ſuos (h) comederunt. Tandem eam

ternis enim oppugnati ad communem defenſionem conſpirabant. Joſeph. l. 5. de bell. c. 1. & l. 6 c 4.

(a) Anno æræ noſtræ 68.

(b) Anno 69.

(c) Antonio Primo, de quo præter Latinos & Græcos Joſeph. l. 5. c. 5.

(d) De brevi imperio Galbæ, Othonis, & Vitellii præter Lat. & Græc. Joſeph. l. 5. c. 6. De tempore cujuſque regni fides major Latinis quam Joſepho debet eſſe.

(e) De caſu urbis Hieroſolymæ non pauca delibavit de Joſepho Euſebius qui lib. 3. videndus.

(f) Vitellio de quo ſupra.

(g) Ita plene hiſtorici Romani. Throni vox æquivalet auctoritati & imperio.

(h) Joſeph. de bell. l. 7. c. 8.

ϕαλαβὼν δὲ αὐτὴν ὁ καῖσαρ καὶ κατακόψας τὸν λαὸν τὸν ἐν αὐτῇ καὶ σκυλεύσας, πᾶσαν μετὰ τοῦ λαοῦ πυρὶ παρέδοκεν. τότε ἐπληρώθη ὁ λόγος τοῦ κυρίου· οὐ μὴ ἀφεθῇ λίθος ἐπὶ λίθον ἐπ' αὐτῇ. τοὺς δὲ ἀναιρεθέντας διαγράφουσί τινες εἰς τριακοσίας μυριάδας.

Ὅσοι οὖν πιστοὶ μαθηταὶ ἐν ἱερουσαλὴμ διέτριβον· προεχρηματίσθησαν μεταβῆναι τῆς πόλεως ὡς ἂν μὴ συναπόλυντο τοῖς πολιορκουμένοις. μόνος δὲ ἰωάννης μαθητὴς τοῦ κυρίου ἐκ τῶν δώδεκα τότε ὑπολέλειπτο τῷ βίῳ.

Μετὰ δὲ τὴν ἅλωσιν τῆς πόλεως, πάλιν ἐπανελθόντες οἱ πιστοὶ εἰς τὴν σιών, προεβάλοντο δεύτερον ἐπίσκοπον ἐν ἱερουσαλὴμ συμεῶνα τὸν τοῦ κλεωπᾶ, τοῦ ἐν αγγελίοις ἐμφερομένου αὐτόπτην καὶ ἀκροατὴν καὶ ἀνεψιὸν ὑπάρχοντα τοῦ κυρίου. ἰωσὴφ ὁ κατὰ χάριν κληθεὶς πατὴρ τοῦ κυρίου, ἀδελφὸς ἦν κλεώπα. συνάγονται δὲ ἔτη Μ'. ἀπὸ τοῦ σωτηρίου πάθους ἕως τῆς ἁλώσεως ἱεροσολύμων.

Ἐβασίλευσεν δὲ οὐεσπεσιανὸς κραταιῶς ἔτη Ι'. καὶ ἀπέθανεν. καὶ ἐβασίλευσεν τίτος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἀντ' αὐτοῦ ἔτη τρία καὶ ἀπέθανεν. καὶ ἐβασίλευσεν δομετιανὸς ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἀντ' αὐτοῦ. ἐπὶ τούτου ἐγένετο διωγμὸς τῶν χριστιανῶν. κα-

eam cum cepiſſet Cæſar, & populum intra eam inventum trucidaſſet, & omnia ſpoliaſſet, (a) igni totam cum populo tradidit. Tunc impletus eſt ſermo Domini: [b] non relictus fuit lapis ſuper lapidem in ea. (c) Interfectos ſcribunt nonnulli ad decies trecenta hominum millia.

Quicunque fideles diſcipuli in Jeruſalem vivebant, antea moniti fuerant ex urbe (d) migrare ne una cum obſeſſis perirent, Joannes diſcipulus Domini ſolus de duodecim tunc ſuperſtes vivebat.

Poſt everſionem urbis, reverſi denuo fideles in Sion, ſecundum Jeroſolymæ Epiſcopum elegerunt (e) Symeonem Cleophæ, qui ut traditione ferebatur, viderat Dominum ejuſque auditor & conſobrinus, fuerat. (f) Joſeph enim qui per gratiam vocatus eſt Pater Domini frater erat Cleophæ. A ſalutifera paſſione Domini uſque ad ſubverſionem Jeroſolymorum anni colliguntur (g) XL.

Regnavit cum magna auctoritate Veſpaſianus annos X. & mortuus eſt. Succeſſit ei Titus filius (h), & imperavit annos tres. Et in ejus demortui locum (i) Domitianus frater venit. Hoc imperante perſecu-

tio

(a) Ibidem & deinceps.
(b) Lucæ 19. 44. &c.
(c) Joſeph. c. 17. lib. 7. & ex eo Euſeb. l. 3. c. 5. Apud Tacitum lib. 5. hiſt. numerus interfectorum longe minor. Noſter ut puto eo numero colligit omnes bello toto captos & peremptos. Legendum caput illud Joſephi. Nullam deinceps opem a Joſepho expectare licet, cum ejus hiſtoria finem cum natione Judæorum habuerit. Non ignoro a Joanne Harduino in *Proluſione de nummis Herodiadum* hiſtoricum illum *νοθείας* inſimulari, ut & plurimorum cujuſvis generis antiquorum ſcripta, ſed in hoc ut communiter creditur, nimium ingenio ſuo indulſit, ut ejus verbis utar. Eundem hiſtoricum par eſt magni facere ex quo hiſtorici ſacri & SS. Patres putarunt afferre argumenta, quæ Eccleſiæ noſtræ prodeſſent.
(d) Lucæ 18. 42. & 22. 6. Euſeb. l. 3. c. 5. ait Chriſtianos e Jeruſalem abiiſſe ex oraculo per viſionem edito, ut dictum eſt.
(e) Euſeb. lib. 3. c. 10 Martyrol. R. 18. Februar. &c.
(f) Sponſus Virginis deiparæ.
(g) Totidem ait Euſeb. in Chronic. & hiſt. Eccleſ.
(h) Anno 79.
(i) Anno 91.

τήνεγκεν δὲ ἰωάννην τὸν θεολόγον ἀπὸ ἐφέσου ἐν τῇ ῥώμῃ, καὶ ἐξετάσας αὐτὸν καὶ θαυμάσας αὐτοῦ τὴν σοφίαν ἐξώρησεν αὐτὸν εἰς πάτμον τὴν νῆσον. καὶ ἐμαρτύρησεν ὀνήσιμος· πρότερον μὲν οἰκέτης φιλήμονος, ὕστερον δὲ ἐπίσκοπος χειροτονηθεὶς παρὰ παύλου, τὰ σκέλη καταχλασθείς. ὁ δὲ αὐτὸς δομετιανὸς διωγμὸν μέγαν ἐπήγειρεν τοῖς ἰουδαίοις, ἐπιζητῶν ἐκ τῆς βασιλικῆς συγγενείας, τουτέστιν τοὺς ἐκ τοῦ δαυὶδ καταγομένους. ἐμηνύθη δὲ αὐτῷ περὶ τοῦ κυρίου ὅτι ἐκ τοῦ δαυὶδ ἐστὶ καὶ μέγα ἔχει γένος, οἵτινές εἰσι χριστιανίζοντες καὶ καταγγέλλουσιν ἰησοῦν χριστὸν βασιλέα αἰώνιον· μέλλοντα καταλύειν πάσας τὰς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν βασιλείας, καὶ μόνος μέλλει βασιλεύειν. θυμωθεὶς δὲ ὁ δομετιανὸς ἐπὶ τούτῳ, ἐκέλευσεν μὴ ζῆν χριστιανούς. ἀποστείλας δὲ εἰς ἱεροσόλυμα δεσμίους τοὺς ἐκ γένους ἰούδα τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ κυρίου ἐπὶ τὴν ῥώμην ἀνήγαγεν, καὶ ἐπερώτησεν αὐτοὺς περὶ τοῦ χριστοῦ καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ. οἱ δὲ ἀνεκρίναντο μὴ εἶναι τὴν βασιλείαν αὐτοῦ ἐπίγειον, ἀλλ' ἐπουράνιον. μέλλει δὲ ἐν τῇ συντελείᾳ τῶν αἰώνων ἔρχεσθαι μετὰ δόξης κρίναι ζῶντας καὶ νεκροὺς καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ ἔργα αὐτοῦ. ταῦτα ἀκούσας καὶ ἔμφοβος γενόμενος ἀπέλυσεν αὐτοὺς καὶ τὸν κατὰ χριστιανῶν ἐκέλευσεν λυθῆναι διωγμόν. ἐπὶ αὐτοῦ ὁ τυανεὺς ἤκμαζεν ἀπολλώνιος. ἐσφάγη δὲ δομετιανὸς ἐν τῷ παλατίῳ βασιλεύσας ἔτη ΙΕ'. νέρουας τὸν δομετιανὸν διαδεξάμενος ἐβα-

tio in christianos sæviit: quæ Joannem Theologum Epheso Romam transtulit. Eum examinavit, ejusque doctrinam admiratus in exilium in insulam Patmon ablegavit. Onesimus quoque fractis cruribus martyrium passus est: prius (a) Philemonis servus, postmodum Episcopus a Paulo ordinatus. Cæterum idem Domitianus magnam in (b) Judæos excitavit persecutionem: requirebat nempe qui de regia cognatione forent; hoc est a David originem habentes. Illi enim dictum fuerat de Domino; quod ex David progenitus erat, & magnam haberet progeniem, eos nempe qui Christianizarent, qui Christo se adhærere profiterentur, & Jesum Christum Regem æternum annunciarent, qui omnia sub cælo regna subversurus esset & solus regnaturus. Excandescens propter ista Domitianus decrevit Christianos indignos esse qui viverent; & Jerusalem mittens qui ex genere erant Judæ fratris Domini, captivos Romam ducendos curavit. Tum ipsos de Christo & regno ejus interrogavit. Hi vero responderunt non esse regnum ejus terrenum, sed cæleste: venturum autem in fine seculorum cum gloria judicare vivos & mortuos, & reddere unicuique secundum opera ejus. His auditis Imperator timore perterritus captivos liberos dimisit, & persecutione Christianos liberavit. Florebat sub eo Tyanæus (c) Apollonius. Occisus in Palatio Domitianus regnaverat annos XV. Nerva Domitiani

(a) Ad eum pro Onesimo extat Epistola Pauli Apost.
(b) Similia habet Euseb. l. 3. hist. c. 15. V. c. 19. ubi ante cædem Imperatoris memorat similiter desiisse persecutionem ut est infra. De ea persecutione scriptores rerum Ecclesiæ.
(c) Celebris hujus impostoris extat vita fabulis multis referta a Philostrato conscripta.

σίλευσεν ἔτος Α΄. διεφθάρη δὲ ὑπὸ νόσου ἔν τισι κήποις.

ni successor regnavit annum I. Interiit in hortis morbo consumptus.

Τραϊανὸς τὸν νέρβαν διαδεξάμενος ἐβασίλευσεν ἔτη ΙΘ΄. ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις κατὰ τὴν ἀσίαν περιλειπόμενος αὐτὸς ἐκεῖνος ὃν ἠγάπα ἰησοῦς ἀπόστολος ὁμοῦ καὶ εὐαγγελιστὴς ἰωάννης τὰς αὐτόθι διεῖπεν ἐκκλησίας ἀπὸ τῆς νήσου πάτμου μετὰ τὴν δομετιανοῦ τελευτὴν ἐπανελθών.

Trajanus ad imperium post Nervam elatus (a) regnavit annos XVIIII. Hac ætate superstes ille ipse, quem amabat Jesus, apostolus simul, & Evangelista (b) Joannes quæ per Asiam erant rexit Ecclesias, ab insula Patmo post mortem Domitiani in Asiam reversus.

Ὅτι δὲ ἕως τούτων τῶν χρόνων περιῆν ὁ μακάριος ἰωάννης, μαρτυρεῖ καὶ εἰρηναῖος ἐν τῷ δευτέρῳ πρὸς τὰς αἱρέσεις τόμῳ λεγόμενος. καὶ πάντες οἱ πρεσβύτεροι μαρτυροῦσι κατὰ τὴν ἀσίαν ἰωάννῃ τῷ τοῦ κυρίου μαθητῇ. παρέμεινεν γὰρ αὐτοῖς μέχρι τῶν τραϊανοῦ χρόνων. ἕως ἑβδόμου ἔτους τραϊανοῦ περιῆν ὁ μακάριος ἰωάννης. οὗτος τὸν ἅπαντα χρόνον ἀγράφῳ κεχρημένος κηρύγματι, τέλος ἐπὶ τὴν γραφὴν ἦλθεν τοῦ εὐαγγελίου.

Quod vero usque ad hæc tempora vivebat adhuc Beatus Joannes, testatur Irenæus in secundo tomo contra hæreses dicens: *Et omnes Presbyteri testimonium per Asiam perhibent Joanni discipulo Domini: Permansit enim ipsis usque ad tempora Trajani*: Usque scilicet ad annum (c) septimum Trajani vivebat Beatus Joannes. Hic omne tempus transmisit (d) nihil eorum quæ docebat scribendo; ad extremum ad scribendum Evangelium animum adjecit.

(Περὶ τῶν τεσσάρων εὐαγγελιστῶν.) ματθαῖος μὲν γὰρ πρότερον ἑβραίοις κηρύξας ὡς ἔμελλεν καὶ ἐφ᾽ ἑτέρους ἰέναι, πατρίῳ γλώττῃ γραφῇ παραδέδωκεν τὸ κατ᾽ αὐτὸν εὐαγγέλιον, τὸ λεῖπον τῇ αὐτοῦ ἀπουσίᾳ· τούτοις ἀφ᾽ ὧν ἐγράψεν ἀναπληρῶν.

[De quatuor Evangelistis] Matthæus enim prius hebræis cum prædicasset, cum & ad alios profecturus erat (e) paterna lingua tradidit scripto Evangelium suum, (f) absentiæ suæ futurum fidelibus per ea quæ scripserat supplementum.

Μάρκος δὲ μετὰ τοῦτον ἐπὶ τῆς ῥωμαίων πόλεως, σὺν τῷ θεσπεσίῳ πέτρῳ κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ τὰς διατριβὰς

Marcus [g] post eum Romæ cum divino Petro iis diebus tempus transigens, hortantibus Romanis quæ ab

Z

(a) Anno 98.
(b) Euseb. l. 3. c. 16. V. c. 23. Hieron. de Script. Eccles.
(c) In varias opiniones abierunt antiqui de anno quem agebat Joannes cum scripsit Evangelium: quo rediit ab exilio: quo obiit.
(d) Joannes Evangelista diutissime sine ullo confecto scripto prędicavit Christum & Evangelicam doctrinam: novissime adjecit animum ad scribendum Evangelium iis de caussis quæ infra sunt. Epistolæ ejus, & Apocalypsis minimam partem doctrinæ quæ est in Evangelio Joannis continent. De hisce scriptis vide Euseb. lib. 3. c. 18. V. c. 24 ubi etiam de Matthæo.
(e) Unanimi veterum scriptorum consensu id asseritur.
(f) Vide textum Græcum Euseb. c. eod. 18.
(g) Hieron. de Script. Eccl. &c.

ποιούμενος, παρακληθεὶς ὑπὸ τῶν αὐτόθι τὰ ὑπ' ἐκείνου κηρυττόμενα ἐγγράφως αὐτοῖς ἐξέθετο.

Λουκᾶς δὲ πάλιν μετὰ τοῦτον συγγράφων τὴν αἰτίαν προὔθηκεν, δι' ἣν πεποίηται τὴν σύνταξιν, δηλῶν ὡς ἄρα πολλῶν καὶ προπετέστερον ἐπιτετηδευκότων διήγησιν ποιήσασθαι ὧν αὐτὸς πεπληροφόρητο λόγων, ἀναγκαίως οὖν ἀπαλλάττων ἡμᾶς τῆς περὶ τοὺς ἄλλους ἀμφηρίστου ὑπολήψεως τὸν ἀσφαλῆ λόγον ὧν αὐτὸς τὴν ἀλήθειαν κατειλήφει ἐκ τῆς ἅμα παύλῳ συνουσίας τε καὶ διατριβῆς, καὶ τῆς τῶν λοιπῶν ἀποστόλων ὁμιλίας ὠφελημένος διὰ τοῦ ἰδίου παρέδωκεν εὐαγγελίου,

Ἰωάννης δὲ μετὰ τοὺς τρεῖς τὸ κατ' αὐτὸν συνεγράψατο εὐαγγέλιον ταύτης ἕνεκεν τῆς αἰτίας. τῶν προαναγραφέντων εὐαγγελίων εἰς πάντας ἤδη καὶ εἰς αὐτὸν διαδιδομένων ἀποδέξασθαι μὲν φασιν ἀλήθειαν αὐτοῖς ἐπιμαρτυρήσαντα. μόνην δὲ ἄρα ἔλεγεν λείπεσθαι τῇ γραφῇ τὴν περὶ τῶν ἐν πρώτοις καὶ κατ' ἀρχὴν τοῦ κηρύγματος ὑπὸ τοῦ χριστοῦ πεπραγμένων διήγησιν. καὶ ἀληθής γε ὁ λόγος. τοὺς τρεῖς γοῦν εὐαγγελιστὰς συνιδεῖν πάρεστιν, μόνα τὰ μετὰ τὴν ἐν τῷ δεσμοτηρίῳ ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ κάθειρξιν ἐφ' ἕνα ἐνιαυτὸν τῷ σωτῆρι συγγεγραφότας. ὅθεν ὁ μακάριος ἰωάννης τὸν ὑπὸ τῶν ἄλλων εὐαγγελιστῶν παρασιωπηθέντα χρόνον καὶ τὰ κατὰ τοῦτον πεπραγμένα τῷ σωτῆρι πρὸ τῆς τοῦ βαπτιστοῦ καθείρξεως τῷ κατ' αὐτὸν εὐαγγελίῳ παραδέδωκεν. διὸ καὶ ποτὲ μὲν φάσκει, ταύτην ἐποίησεν ἀρχὴν τῶν σημείων ὁ χριστός. ποτὲ δὲ μνημονεύει τοῦ βαπτιστοῦ ὡς ἔτι τότε βαπτίζοντος ἐν αἰνὼν ἐγγὺς τοῦ σαλήμ.

ab eo voce prædicabantur, idem scripto illis tradidit.

(*a*) Lucas vero rursus post eum scribens rationem præmisit cur volumen fecisset, quia nempe multi operam nimis festinanter dederant ut narrationem exararent earum rerum de quibus quisque persuasus esset; opus ideo fuit nos ab incerta aliorum traditione liberare per certam eorum expositionem, quorum tutam nactus erat notitiam ex convictu, & consuetudine cum Paulo, & colloquiis cum reliquis Apostolis: his juvatus in proprium retulit Evangelium.

(*b*) Joannes post tres superiores suum conscripsit Evangelium hac de caussa. Evangelia prius perscripta iam omnibus tradita fuerant. Sed cum eadem in manus ejus venissent, ajunt de veritate eorum testimonium perhibuisse. Asseruisse tamen illis deesse narrationem illarum rerum quæ (*c*) in primis, & a principio prædicationis a Christo gesta erant. Neque res a veritate erat aliena. Tres siquidem Evangelistas videre licet, ea sola quæ post reclusum in carcerem Joannem Baptistam per annum unum a Salvatore perpetrata sunt conscripsisse. Unde Beatus Joannes ab aliis Evangelistis præteritum tempus, & facta tunc a Salvatore ante supradictam Baptistæ coercitionem Evangelio suo tradidit. Idcirco & alicubi dicit (*d*), *hoc fecit initium signorum Christus*. Aliquando meminit Baptistæ, quippe qui tum (*e*) baptizabat in Enon pro-

(*a*) Prœmium Evangelii ejusdem.
(*b*) Quæ sequuntur de Evangelio Joannis, iisdem verbis enarrantur eodem cap. 18. Euseb.
(*c*) Post assumptam sibique unitam humanam carnem.
(*d*) Joan. 2. 11.
(*e*) Ibid. 3. 23. & 24.

σαφῶς δὲ δηλοῖ τὸ λέγειν. ὕπω γὰρ ἦν ἰωάννης βεβλημένος εἰς τὴν φυλακήν.

Εικότως ὖν τὴν μετὰ κατὰ σάρκα τῦ σωτῆρος ἡμῶν γενεαλογίαν, ἅτε ματθαίῳ καὶ λυκᾷ προγραφεῖσαν· ἀποσιωπῆσαι τὸν ἰωάννην, τῆς δὲ θεολογίας ἀπάρξεσθαι ὡς ἂν αὐτῷ πρὸς τῦ θείυ πνεύματος οἷα κρείττονι πεφυλαγμένης. κεκοίμηται δὲ ἐν ἐφέσῳ τῆς ἀσίας, καὶ θάπτεται πρὸς τῶν αὐτόθι πιςῶν. ὁμοίως δὲ καὶ φίλιππος ὁ ἐκ τῶν δώδεκα μαθητῶν καὶ αὐτὸς χρηματίζων ἐν ἱεραπόλει τελευτᾶι.

Περὶ τύτων πολυκράτης τῆς ἐν ἐφέσῳ παροικίας ἐπίσκοπος ὑίκτωρι γράφει τῷ ῥώμης ἐπισκόπῳ λέγων ὕτως. καὶ γὰρ κατὰ τὴν ἀσίαν. μεγάλα ςοιχεῖα κεκοίμηται ἅτινα ἀναςήσεται τῃ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῆς παρυσίας τῦ κυρίυ. ἐν ᾗ ἔρχεται μετὰ δόξης ἐξ ὐρανῦ. καὶ αναζητήσει πάντας τὺς ἁγίυς. καὶ φίλιππος μὲν γὰρ ἐν τράλει κεκοίμηται ὁ εἷς τῶν Ζ'. καὶ δύο θυγατέρες αὐτῦ γεγηρακῦιαι παρθένοι. καὶ ἡ ἑτέρα αὐτῦ θυγάτηρ ἐν ἁγίῳ πνεύματι πολιτευσαμένη,

prope Salim. Perſpicue autem hoc indicat dicens: *Nondum enim Joannes erat in carcerem conjectus*.

Merito ergo genealogiam ſecundum carnem Salvatoris noſtri, quæ a Matthæo, & Luca antea ſcripta fuerat, conſtat reticuiſſe Joannem; a ſermone (a) de Deo loquendi initium facturum perinde ac ſi ipſi a divino Spiritu tanquam potiori reſervatum id foret (b). Obdormivit tandem in urbe Aſiæ Epheſo; & a fidelibus loci illius ſepelitur. Philippus etiam (c) unus de duodecim diſcipulis evangelizans & ipſe Hierapoli finem ſuum implevit.

De his (d) Polycrates Epheſinæ [e] parœciæ Epiſcopus Victori Epiſcopo Romæ ſcripſit ita. (f) *Etenim per Aſiam (g) elementa dormierunt, quæ reſurgent extrema die adventus Domini, qua venit cum gloria e cælo, & conquiret omnes Sanctos. Etenim (h) Philippus (i) Trallis mortuus eſt, qui unus erat ex VII. ejuſque duæ filiæ virgines ſenio affectæ & altera ejus filia in ſancto Spiritu vivens Epheſi requievit. Adhuc* an-

(a) *In principio erat Verbum* &c.

(b) Euſeb. l. 3. c. 25. &c. V. c. 31. V. diſſert. Calmet. in obitum S. Joannis præmiſſa explanationi Evangelii.

(c) Hæc verba *Philippus unus de duodecim* &c. in noſtrum textum Græcum per errorem ſunt inſerta, ut patet ex dictis ſequentibus Polycratis qui eum de ſeptem diaconis facit. De Philippo Apoſtolo Euſeb l. 3. c. 25. & alii; inter recentiores Tillemont mem. hiſt. Eccl.

(d) Euſeb. lib. 3. c 25. citat hanc epiſtolam Polycratis ad Victorem Papam, eandemque affert l. 5. c. 23 occaſione diſſidii Epiſcoporum in Aſia de Paſchate. In chronico etiam meminit Polycratis ad annum 4. Severi Aug. Hier. de ſcript. Eccl. habet fragmentum ejus Epiſtolæ.

(e) In hiſtoriis Eccleſiæ Parœcia plerumque eſt Eccleſia civitatis quæ ab uno Epiſcopo regitur. Naſcitur nomen a πάροικος *accola: ſic* παροικία *vicinorum incolatus:* qui tribuitur & iis qui in finibus oppidorum ita agrum habent, ut in ea quaſi in loca ad ſe pertinentia cum commodum eſt ire aut ſe recipere poſſint. V. Lex. Stephan. Alicubi non procul a nobis dicitur Vicinitas quæ communiter hoc ſeculo parœcia appellatur.

(f) καὶ γὰρ &c. uſque ad κεκοίμηται verba ſunt epiſtolæ Polycratis, quæ affert Euſeb. l. c.

(g) Ita vertitur vox ςοιχεῖα a S. Hieron. de viris Illuſtr. in Polycrate: luculentius verbum quam *luminaria, fundamenta* &c. Ex præcipuis & ſanctitate maxime illuſtribus viris per divinam miſericordiam conflata eſt Eccleſia, hoc eſt unio Spiritualis chriſtianorum.

(h) Vetus error (inquit Valeſius in notis ad Euſebium) fuit Philippum Diaconum & Evangeliſtam cum Philippo Apoſtolo confundere. Occurrit (inquit) in Polycrate Clemen. Alex. & Papia qui crediderunt Apoſtolum uxorem & filias habuiſſe: quod de Diacono tantum verum eſt, ut Act. 21. 8. De Philippo Diacono Martyrol. R. die 6. Junii.

(i) Mihi non liquet quomodo Philippum noſter textus afferat mortuum eſſe Trallis, cum co-

ἐν ἐφέσῳ ἀνεπαύσατο. ἔτι δὲ καὶ ἰωάννης ὁ ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ κυρίου ἀναπεσὼν, ὃς ἐγενήθη ἱερεὺς, τὸ πέταλον πεφορεκὼς καὶ μάρτυς καὶ διδάσκαλος ἐν ἐφέσῳ κεκοίμηται. »

Τραϊανὸς δὲ διωγμὸν ἐπὶ πολὺ κατὰ τῶν χριστιανῶν ποιήσας μάρτυρας παμπόλλους ἐφόνευσεν. ὥστε τοὺς ἄρχοντας τῶν ἐθνῶν ἀποκακίσαντας τῷ πλήθει τῶν μαρτύρων ἀναγαγεῖν ἐπ' αὐτὸν μαρτυροῦντας τῇ τῶν χριστιανῶν ἐλευθερίᾳ ὅτι πάντα κατὰ νόμους τοὺς πρέποντας διαπράττουσι, χριστὸν δὲ μόνον θεὸν ὁμολογοῦσι. καὶ ταῦτα ἀκούσαντα παῦσαι τὸν διωγμόν.

Εμαρτύρησεν δὲ ἐπὶ αὐτοῦ συμεὼν ὁ τοῦ κλωπᾶ δεύτερος ἱεροσολύμων ἐ-

autem & Joannes, qui supra pectus Domini reciderat, qui factus fuit sacerdos (a), *& laminam portavit, & martyr, & magister Ephesi obdormivit.*

Trajanus autem late mota in Christianos (b) persecutione, martyres bene multos morte affecit ita ut Præsides Gentilium qui multitudinem martyrum male affecerant, adducerent ad ipsum qui Christiana libertate testificabantur, se omnia juxta leges convenientes facere, Christum vero solum Deum confiteri. Quæ cum Imperator audivisset, sedasse fertur persecutionem.

Martyrium nihilominus sub ipso passus est (c) Symeon Cleophæ secun-

teri Hierapoli mortalitatem exuisse affirment. V. Euseb. l. 3. c. 25. &c. Baron. ad ann. 58.

(a) Vox πέταλον *folium*, *bractea*, *lamina* latine redditur. Hier. c. 45. de Viris illust. verba epistolæ Polycratis Ephesini Episcopi ita vertit = *Sed & Joannes qui supra pectus Domini recubuit & Pontifex ejus laminam auream in fronte gestans martyr & doctor in Epheso dormivit.* Joannes fundaverat totas per Asiam Ecclesias, easque regebat & clarissimos viros Episcopos iis præfecerat: tanquam summum omnium parentem & Pontificem crediderim fideles voluisse illum peculiari supra cæteros ornamento decorari, hoc est lamina aurea, eamque in fronte gestasse: quali in Veteri Testamento Summus Pontifex distinguebatur: vel par esset fibulæ aureæ, quæ a populo Judæorum concessa fuerat Simoni Sacerdoti summo & Duci (1. Machab 14. 44.) & id fieri opportunum erat ut hi ritus inter alios hebraicos cum honore ad sepulturam deducerentur. Eandem etiam gestasse Jacobum Apostolum refert ex SS. Patribus Baronius ad a. 34. n. 292. V. Vales. in c. 24. l. 5 Euseb. esset ne dictum temere ex hoc Episcoporum mitram ortam esse? Rufinus certe Pontificale πέταλον Joannem dicit gestantem l. 3. c. 31.

(b) Excitata seditione populorum inquit Euseb. l. 3. c. 26. & 27., & illius occasione Plinium juniorem Trajano Imperatori scripsisse celebrem epistolam, quæ nominis Christiani apologiam valebat. Additur ex voluntate Imperatoris persecutionem sedatam; revera tamen populos & magistratus crudelitatem in Christianos redintegrasse, & complures fideles variis martyris occubuisse. Molesta enim & gravis erat Gentilibus omni vitiorum genere coinquinatis innocens & usquequaque sancta Christianorum vita: horum etiam bona rapiendi aviditas inflammabat: ut Prud. in Hymn. S. Lauren. Euseb. l. 4. c. 12. testatur Antoninum Pium edicto vetuisse Christianos nomine suæ religionis quidquam pati. Unde Severus suo loco dicit pacem Antonino Pio Ecclesiæ fuisse. Ceterum non memini me legisse usquam Christianos adductos ad Trajanum, qui eos interrogasset, & eorum novisset innocentiam. Fortasse dicitur hoc occasione celebris Epistolæ Plinii de Christianis ad eum Imp. si non hoc scripserat vetus aliquis, qui hodie non extat. Advertendum est interea Lactantium *de mortibus persecutorum* (si tamen ejus quem præfert liber est) dum persecutores memorat a Domitiano ad Decium facere transitum, omissis aliis quos subinde noster enumerat persecutores usque ad Decium: sed quia hi ut opinor legem in Christianos non tulerunt, qui martyres fuerunt vel Præsidum feritate, vel furore populorum morti traditos fuisse. Jo. Chrysost. hom. contra Judæos & Gentil. *quod Christus sit Deus*: Hoc ipsum tamen quod Imperatores in impietate viverent, materia bellorum erat, cum alii, qui ipsis adulabantur, gratiam illorum captantes Ecclesiæ bellum inferrent.... Cum insidiis suis majorem Martyrum chorum effecerint, immortalesque illos Ecclesiæ thesauros reliquerint, columnas atque turres illi non viventes modo, sed etiam mortui posteris magnæ utilitatis materia facti sunt.

(c) Euseb. l. 3. c. 26. ex Hegesippo & antea c. 10.

πίσκοπος γενόμενος ὢν ἐτῶν ΡΚʹ, ςαυρωθεὶς ἐπὶ ἀττικȣ͂ τινος ὑπατικȣ͂, ἀλλὰ γάρ καὶ ἰγνάτιος ὁ παρὰ πλείςοις διαβόητος τῆς ἀντιοχέων ἐπίσκοπος ὢν ἐπὶ τὴν ῥώμlw ἀνεπέμφθη θηρίων βορὰ γενησόμενος τῆς εἰς τὸν χριςὸν μαρτυρίας ἕνεκεν.

Εν τȣ́τοις τοῖς χρόνοις ἐπὶ τῆς ἀσίας τῶν ἀποςόλων ὁμιλητὴς πολύκαρπός διέπρεπεν ὁ τȣ͂ ἁγίȣ ἀποςόλȣ ἰωάννȣ μαθητὴς πρός τῶν αὐτοπτῶν καὶ ὑπηρετῶν τȣ͂ κυρίȣ τὴν ἐπισκοπὴν σμυρναίων ἐγκεχειρισμένος, ὅς ἐν τοῖς ὑπὲρ χριςȣ͂ ἀγῶσι διήθλησεν. ἀλλὰ γὰρ κατὰ τȣ̀ς δεδηλωμένȣς τραϊανȣ͂ χρόνȣς σίμωνα τὸν μάγον μένανδρος διαδεξάμενος ὅπλον δεύτερον χεῖρον τȣ͂ προτέρȣ τῆς διαβολικῆς ἐνεργείας ἀποδείκνυται. καὶ ȣ̂τος σαμαρεύς. εἰς ἄκρον δὲ γοητείας ȣ̓κ ἔλαττον τȣ͂ διδασκάλȣ προελθὼν μείζοσιν ἐπιδαψιλεύεται τερατολογίαις, ἔτι τε κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἑτέρας γέγονεν αἱρέσεως ἀρχηγὸς κήρινθος, περὶ τȣ́τȣ διονύσιος ὁ τῆς κατὰ ἀλεξάνδρειαν παροικίας ποιμὴν ταῦτα λέγει, κήρινθον δὲ τὸν καὶ τlὼ ἀπ' ἐκείνȣ κληθεῖσαν κηρινθιακlὼ αἵρεσιν συστησάμενον· ἀξιόπιςον ἐπιφημίσαντα τῷ ἑαυτȣ͂ πλάσματι ὄνομα. τȣ͂το γὰρ εἶναι τῆς διδασκαλίας αὐτȣ͂ τό δόγμα· ἐπίγειον ἔσεσθαι τlὼ χριςȣ͂ βασιλείαν.

cundus Jerosolymorum Episcopus annum agens CXX. cruci affixus sub Attico quodam Consulari. Sed & (*a*) Ignatius usquequaque celebris Antiochensium Episcopus cum esset, Romam missus fuit ob testimonium Jesu Christi bestiarum pabulum futurus.

Ea ætate (*b*) Polycarpus in Asia præfulgebat; collocutus fuerat cum Apostolis, & Sancti Apostoli Joannis discipulus cum antea conversatus fuisset cum iis qui viderant, & ministri fuerant Domini, deinde Smyrnęorum Episcopatui præpositus, qui in certaminibus pro Christo laboravit. Etenim eadem quam diximus, ætate Trajani cum Simoni mago (*c*) Menander successisset, arma altera pejora prioribus diabolicarum virium in publicum protulit. Erat & is Samaritanus. Ad summam imposturam non minorem ea quæ magistri fuit, progressus portentosas narrationes quæ impias magistri superabant fabulas, large venditabat. Eodem tempore adhuc alias edidit hæreses auctor (*d*) Cerinthus. De hoc (*e*) Dionysius Alexandrinæ Parœciæ pastor hæc habet. Cerinthum vero hæresim quę ab eo cognominata est Cerinthiaca, invenisse, dignam enimvero suo figmento [*f*] habuisse nuncupationem.

A a

(*a*) Ignatii sitim patiendi pro Christo luce clarius ostendunt ejus verba ab Eusebio & Hieronymo relata, quæ notissima sunt & sanctissima.

(*b*) De eo omnes Scriptores Ecclesiasticæ historiæ, & tractatores monumentorum ad eam spectantium. Eusebius non uno in loco ejus meminit, & c. 14. lib. 4 fuse narrat ejus illustrem passionem. Epistola Ecclesiæ Smyrnensis de illius passione est integra in notis Valesii ad c. 15 l. 4. Euseb. V. & Hieronymum de script. Eccl. Eusebium sæpe appello quia illum præcipue secutus esse videtur noster, & aliquando exscripsisse.

(*c*) De hoc præstigiatore Euseb. l. 3. c. 20. & alii sicut, & de sequentibus.

(*d*) Euseb. l. 3. c. 22. Val. c. 28. millenariorum auctorem facit e Gajo veteri scriptore viro eloquentissimo sub Zephyrino Papa catholicæ doctrinæ propugnatore qui Euseb. l. 6. c. 14. V. c. 20. memoratur.

(*e*) Plura de hujus Episcopi operibus in suam historiam derivavit Euseb. qui ejus opera numerat speciatim l. 7. c. 21.

(*f*) Cerintus a κὴρ derivatur, quæ vox est latine *mors*, *pestis*, *calamitas*.

ϗ ὧν αὐτὸς ὠρέγετο φιλοσώματος ὢν καὶ πάνυ σαρκικὸς, τούτων ἔλεγεν ἀπολαύειν μετὰ τὴν ἀνάστασιν τοὺς ἀνθρώπους.

Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους καὶ ἡ λεγομένη τῶν νικολαϊτῶν αἵρεσις ἐπὶ σμικρώτατον συνέστη χρόνον. ἧς δὴ ϗ ἡ τοῦ ἰωάννου ἀποκάλυψις μνημονεύει. οὗτοι νικόλαον ἕνα τῶν ἀμφὶ τὸν στέφανον διακόνων πρὸς τῶν ἀποστόλων ἐπὶ τὴν τῶν ἐνδεῶν θεράπειαν προκεχειρισμένον ηὖχουν. περὶ τούτου ὁ στρατεὺς κλήμης κατὰ λέξιν ἱστορεῖ ἐν τῷ τρίτω στρώματι.

Ἐν δὲ τοῖς χνόνοις τούτοις παρέλαβον πέρσαι πᾶσαν τὴν εὐφρατησίαν ἕως ἀντιοχείας καὶ ἐπεστράτευσεν κατ᾽ αὐτῶν τραϊανὸς ἅμα ἀδριανῷ τῷ γαμβρῷ αὐτοῦ ἐπὶ ἀδελφῇ. ϗ πολεμήσας ἐκράτησεν σανατράκην βασιλέα περσῶν. ϗ πᾶσαν τὴν αὐτῶν χώραν παρέλαβεν, ϗ ἔστησαν αὐτῷ πέρσαι στήλην χαλκῆν ϗ ἔκτισεν ἀμίδαν μητρόπολιν καλέσας τὴν ἐπαρχίαν μεσοποταμίαν. ἀπομερίσας αὐτὴν ἀπὸ ὀσδροΐνης. ὑποστρέφων δὲ ἐν ῥώμῃ ἐλθὼν ἐν νικομηδείᾳ ἔκτι-

nem. Hoc nimirum esse ejus disciplinæ (a) placitum: Terrenum futurum esse Christi regnum: et quę ipse appetebat (erat quippe corporis sui studiosus & valde carnalis) frui post resurrectionem istis homines debere.

Illa item ætate etiam quæ dicitur Nicolaitarum hæresis brevissimum duravit tempus: cujus quidem Apocalypsis Joannis facit mentionem. Hunc (b) Nicolaum unum simul cum Stephano Diaconum ab Apostolis ad curam inopum electum fuisse ajunt. De hoc Alexandrinus Clemens peculiariter verba facit in tertio (c) stromatum libro.

Ea tempestate omnem (d) Euphratensem provinciam (e) Persæ occuparunt usque Antiochiam, sed contra eos castra movit Trajanus una cum (f) Hadriano per sororem genero suo, & eo res pervenit ut Sanatracem Regem Persarum caperet, & omnem eorum regionem occupavit. Et Persæ [g] statuam æream ipsi erexerunt. Is ædificavit (h) Amida Metropolim, & indidit provinciæ nomen Mesopotamiæ, quam separavit ab Osdroene. Romam reversurus venit Nicome-

(a) Exscripta ista ex eod. c. 22.
(b) Ista item ex eod. c. 23. ubi alia de Nicolao a Clemente Alexandrino.
(c) Pro στρώτης *strator*, seu στρωμάτων auctor.
(d) Provincia cis Euphratem antea Comagena dicta Amm. Marcell l. 14. tunc inter alias recta a Proconsule vel Proprætore Syriæ. Sed post Constantinum M sub dispositione Præfecti Prætorio Orientis regebatur a Duce quantum ad res militares ut est in Notitia dignitatum Imperii R. quantum ad civiles a Comite Orientis.
(e) Qui dicuntur hic Persæ credendum Parthos fuisse, quos Romani jamdiu noverant. Scriptores historiæ R. ajunt Traianum in Parthos arma movisse, & multas nationes eo bello subjugasse, de quibus cum singillatim enunciasset Senatui, Romani neque se cognoscere illas, neque nominare satis posse profitebantur. Dio. lib. 68. seu Xiphil. in Traj. Inde in nummis Trajanus dicitur *Parthicus*, & in iis sunt itidem nomina regnorum quæ ab eo devicta sunt. V. Mediol. Vaill. &c. Parthis successerunt Persæ in dominationem Orientis, cujus regiones ætate nostri auctoris isti tenebant.
(f) Hadrianus uxorem Sabinam duxerat filiam Marcianæ sororis Trajani. Xiph. & Spart. in Hadr.
(g) Posterioribus Græcæ linguæ temporibus στύλη non tam columnam, quam statuam significavit. Exempla obvia.
(h) Oppidum Mesopotamiæ ad Tigrim.

σεν ἐκ τῶν περσικῶν λαφύρων κυνηγέσιον μέγα συν μονομαχίῳ ϗ τετράπυλον ἀπὸ λίθων ξεστῶν.

mediam; de Persicis spoliis locum venationibus accommodatum satis magnum constituit, alterum pugnis gladiatorum, & ex politis lapidibus *(a)* Janum.

Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν οἱ ἰȣδαῖοι τῇ σφῶν μανίᾳ χρώμενοι ἐτόλμησαν ἑαυτοῖς βασιλέα ϛῆσαι. ἐφ' ᾧ κινηθεὶς τραϊανὸς ἀπέϛειλεν ἄρχοντας ϛιβαρȣ̀ς ἐπ' αὐτȣ̀ς. ἅτινες χειρωσάμενοι τὸν προβληθέντα τύραννον ἀνὰ πᾶσαν λοιπὸν τὴν οἰκȣμένην διώκοντες πλήθει ἀναρίθμητα τῶν ἰȣδαίων ἐφόνευσαν. νόσῳ δε περιπεσὼν τραιανὸς τελευτᾷ ἐν σελινȣ̃ντι. ϗ ἐβασίλευσεν ἀντ' αὐτȣ̃ αἴλιος ἀδριανὸς εἴκοσι ϗ ἓν ἔτος. ȣ̃τος λωβηθεὶς τὸ σῶμα περιείη τὰς χώρας ζητῶν τινα ἐπικȣρίαν τȣ̃ πάθȣς. ἐλθὼν δὲ κατὰ τὴν πόλιν, ϗ ἰδὼν αὐτὴν ἠδαφισμένην μόνην δὲ τὴν τῶν χριϛιανῶν ἐκκλησίαν ἱϛαμένην ἐκέλευσεν κτισθῆναι τὴν πόλιν ὅλην παρ' ἐκτὸς τȣ̃ ναȣ̃. ἀκȣ́σαντες δὲ ἰȣδαῖοι συνεῤῥύησαν ἐκ παντὸς ἔθνȣς ϗ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πυκνῶς λίαν συνοικίσθη.

Eo tempore Judæi consueto suo furore concitati ausi sunt sibi Regem facere. Qua re commotus Trajanus validissimos (*b*) duces in eos misit. Hi subacto Tyranno & per universum terrarum orbem Judæos persecuti innumerabilem eorum multitudinem interfecerunt. Interim in malam valetudinem recidens Trajanus (*c*) Selinunte vivere desiit. Pro eo imperium assecutus est Ælius Hadrianus (*d*), & annos viginti circum regnavit. Hic (*e*) corpore deformatus regiones (*f*) pererrabat malo suo remedium aliquod quæsiturus. Cum pervenisset ad urbem, & eam vidisset solo æquatam, (*g*) solam vero Christianorum Ecclesiam stantem, jussit totam seorsim a Templo civitatem ædificari. Hoc audito Judæi ex omni natione confluxerunt, & brevi tempore a frequentissimo populo habitata est.

Ἀλλὰ πάλιν ἐκβαχεύων αὐτȣ̀ς πονηρότατος δαίμων ȣ̓κ εἴασεν αὐτȣ̀ς ἠρεμειν, ἀλλὰ ἀποϛάντες τῆς τῶν ῥωμαίων ὑποταγῆς κατέϛησαν ἑαυτοῖς ϛασιαϛὴν

At rursus incitati a pessimo dæmone permissi non sunt quiescere; sed excusso Romanorum dominatu sibi ipsis præfecerunt seditiosum quen-

(*a*) Si tamen recte verti vocem *τετράπυλον* in *Janum*, nempe in ædificium quadriforme undequaque pervium. Memorat hoc ædificium Evagr. l. 2. c. 12 qui alium Alexandriæ fuisse dicit l. 2. c. 8.

(*b*) De expeditione Trajani in Judæos Cyrenenses Ægyptios & Cyprios cum maxima eorum clade Xiphil. qui Cyrenensium rebellium ducem vocat Andream, ceterorum Artemicnem p. 780.

(*c*) Urbs Asiæ minoris, de qua Solinus & Steph.

(*d*) Cœpit imperare Hadrianus anno 117. Si Romanos audimus, vultu deformis, non infirmus corpore fuit Hadrianus. Spartian. de eo: *promissa barba ut vulnera quæ in facie naturalia erant, tegeret*.

(*e*) Inde nummi Hadriani adventum ejus in varias provincias indicant.

(*f*) Scilicet Hierosolymam. Xiph. narrat Hadrianum dum in Ægyptum proficisceretur, Hierosolymis fuisse, ibique templum Jovi excitasse, ubi templum *τȣ̃ θεȣ̃ Dei* fuerat. Ex quo Judæos rebellandi occasionem cepisse.

(*g*) Totam ex hebræis fidelibus coaluisse asserit Euseb. l. 4. c. 5.

τινα βαρχωχιάν. ταῦτα μαθὼν ὁ καίσαρ ἀπέστειλεν ἐπ᾽ αὐτὰς στρατόπεδα πάμπολλα καὶ πολυχρονίως ἐπολιόρκουν τὴν πόλιν ἕως οὗ λιμῷ καὶ δίψει διεφθάρη πᾶς ὁ λαὸς ὁ ἐν αὐτῇ. αὕτη ἐστὶν ἡ ἐσχάτη ἐρήμωσις τῆς ἰουδαίας, πάντας γὰρ τοὺς ἰουδαίους ἐξολοθρεύσας καὶ εἰς παντελῆ ἐρημίαν καταστήσας τὴν πόλιν ἐκέλευσεν τοῖς ἕλλησι κατέχειν αὐτήν. γράψας νόμον δογματικῶς κελεύων μηκέτι ἰουδαίους ὀφθαλμοῖς ὁρᾶν τῆς πατρῴας γῆς τὸ ἔδαφος. οἱ δὲ οἰκήτορες τῶν ἱεροσολύμων ἐξ ἀλλοφύλων τυγχάνοντες στήλην τῷ ἀδριανῷ ἵδρυσαν ἐπ᾽ αὐτῷ τῷ ἱερῷ παρὰ τὴν ὡραίαν πύλην καὶ ἀμείψαντες τὸ ὄνομα τῆς πόλεως ἐκάλεσαν αὐτὴν ἐπ᾽ ὀνόματι τοῦ κρατοῦντος αἰλίαν.

Ἡ δὲ πρὸς τούτων τῶν χρόνων ἐν ἱεροσολύμοις ἁγιωτάτη ἐκκλησία ἐξ ἑβραίων συστᾶσα οὐκ ἐδέχοντο ἐπίσκοπον ἀπερίτμητον. οἱ δὲ ἐν ἱεροσολύμοις ἐκ περιτομῆς γεγονότες ἐπίσκοποι εἰσὶ οὗτοι. πρῶτος ἰάκωβος ὁ ἀδελφὸς τοῦ κυρίου. συμεὼν ὁ τοῦ κλοπᾶ. ἰοῦστος. ζακχαῖος. τωβίας. βενια-

quendam (a) Barchochiam. Postquam hæc intellexit Cæsar, contra eos plurimos exercitus expedivit, qui urbem diu obsederunt, donec fame & siti populus profligatus fuisset (b) universus. Hęc est postrema [c] desolatio Judææ. Omnes enim Judæos cum exterminasset, & in maximam solitudinem redegisset urbem, jussit eam a Gentilibus incoli; addidit quoque (d) legem acerrime vetantem, ne Judæi unquam oculis suis patriam terram inspicere possent. Cæterum Jerosolymorum habitatores, qui ex aliis nationibus deducti fuerant, statuam (e) Hadriano extulerunt in medio Templo prope speciosam portam, & mutato urbis vocabulo de nomine Imperatoris eam Æliam dixerunt.

Sanctissima Ecclesia Jerosolymorum quæ hactenus constiterat ex Hebræis, non habuerat Episcopum incircumcisum. Qui ex circumcisione fuerant in ea urbe electi, sunt hi. (f) Primus Jacobus frater Domini, Symeon Cleophæ, Justus, Zacchæus, Tobias, Benjamin, Joannes, Matthias, Phi-

(a) Barchochebam cum Justino & Eusebio l. 4. c. 5. legendum. Vox hebraice *filium stellæ significat* בר filius כככב *stella*.

(b) Spartianus de hoc bello pauca verba, Xiphilinus plura. Euseb. l. 4. c. 6. &c. Judæorum maximam cladem. Quia vero nullum aliud Hadriano bellum fuit, nummi qui ejus victoriam habent partam de Judæis intelligendi.

(c) V. Euseb. libr. 4. c. 6. & in Chronico ad ann. 18. Hadriani.

(d) Ejusdem legis mentionem idem c. 6 aliique. Constantinus M. ut dicetur legem illam rursum sancivit. Uno tantum anni die, quo capta & eversa fuerat ea urbs, fas erat Judæis in eam venire & pretio soluto super excidio veteris patriæ lacrymare. V. quæ adnotavit Valesius in d. caput 6. ubi multa afferuntur in hanc rem.

(e) Nostrum hanc postremam Hierosolymorum subversionem ex Aristone Pellæo desumpsisse credendum, sicut ex eodem Euseb. eod. c. 6. &. Nicephorum qui lib. 3. c. 24. ait Judæorum rebellantium quingenta octoginta millia uno die cæsa fuisse, quæcumque ex vetustis ædificiis ejus urbis supererant, diruta prorsus & solo æquata ut lapis supra lapidem non relinqueretur juxta oraculum Domini: denuo urbem excitatam novosque habitatores adductos, qui in medio templo, in loco scilicet ubi templum fuerat, statuam erexerunt, & antiquato veteri nomine urbis Æliam dixerunt. Hieronymus lib. 4. c. 24. in Matth ait equestrem Hadriani statuam in ipso sancto sanctorum loco usque ad suam ætatem extitisse. Ex Dione Xiphilinus ait coloniam eo deductam & ejus coloniæ in Hadriano nummos habent Vaillant. Mediobarb. De hac Hierosol. subversione V. annot. Vales. in c. 6. supracit.

(f) Eosdem affert Euseb. l. 4. c. 5. & Niceph. Call. hist. l. 3. c. 25. & Martyrol. R. ad diem 22. Octobr.

μὶν. ἰωάννης. ματθίας. φίλιππος. σένεκας. ἰοῦςος. λευῆς. ἐφρῆς. ἰωσήφ. ἰούδας. οὗτοι πάντες ἐκ περιτομῆς ὑπῆρχον δέκα καὶ πέντε τὸν ἀριθμόν. συνάγονται δὲ ἀπὸ τῆς ἁλώσεως ἱεροσολύμων ἕως τῆς ὑςέρας πολιορκίας καὶ τῆς τῶν ἰουδαίων τελείας ἐκβολῆς ἔτη Ν'.

Philippus, Senecas, Justus, Leves, Ephres, Joseph, Judas. Hi omnes ex circumcisione erant numero quindecim. Computantur autem a subversione Jerosolymorum, usque ad posteriorem obsidionem & extremam Judæorum expulsionem, anni L.

Η δὲ κατὰ τὴν αἰλίαν συςᾶσα ἁγιωτάτη ἐκκλησία ἐξ ἐθνῶν τυγχάνουσα πρῶτον καθιςᾷ ἐπίσκοπον ἐξ ἐθνῶν μάρκον ἄνδρα τὰ πάντα ἁγιώτατον.

Ecclesia sanctissima Æliæ confecta ex Gentilibus constituit Episcopum origine Gentilem Marcum virum per omnia sanctissimum.

Μαθόντες δὲ ἐκ παραδόσεως οἱ πιςοὶ τὸν τόπον τοῦ ἁγίου γολγοθᾶ κεχωσμένον ἔτι καὶ ἀφανῆ τυγχάνοντα ἐρχόμενοι καθ' ἡμέραν σεβασμίως προσεκύνουν. ὅπερ θεωροῦντες οἱ εἰδωλομανοῦντες τοῦ διαβόλου ὑποβαλλόντος αὐτοῖς ᾠκοδόμησαν ἐκεῖσε ναὸν τῷ ἀγάλματι τῆς ἀκαθάρτου δαίμονος ἀφροδίτης. κωλυθέντων δὲ τῶν χριςιανῶν τῆς ἐν τῷ τόπῳ παρόδου, ἄγνωςοι τοῖς πολλοῖς λοιπὸν οἱ ἅγιοι τόποι ἐγένοντο. κατὰ τούτους δὲ τοὺς χρόνους ἀπὸ μενάνδρου, ὃν διάδοχον τοῦ σίμωνος ἤδη πρότερον παραδεδώκαμεν ἀμφίςομος ὥσπερ δικέφαλος ὀφιώδης τις προσελθοῦσα δύναμις δυεῖν αἱρέσεων διαφόρων ἀρχηγοὺς κατεςήσατο σατορνῆλον ἀντιοχέα τὸ γένος καὶ βασιλίδην ἀλεξανδρέα. ὧν ὁ μὲν κα-

Notus erat per traditionem majorum fidelibus locus sacri Golgothæ (a) terra congesta tectus, & adhuc ceteris ignotus: sed venientes frequenter devote illum (b) venerabantur. Quod videntes Idololatræ diabolo ipsis suggerente ibi templum (c) Veneris impurissimi Dæmonis ædificarunt. Ideo Christianis vetitum est illuc divertere; & inde vulgo (d) ignoti loci sancti fuerunt. Eo tempore a (e) Menandro, quem successorem Simonis jam antea diximus, quique (f) duplici bucca fuit, quasi biceps serpens aliquis, enata vis duarum dissimilium hæresum inventores effecerat (g) Satornelum Antiochensem natione, & (h) Basilidem Alexandrinum. Is quidem per Syriam, al-

 ter

(a) A Pontificibus Judæorum, ut dictum est supra.

(b) Christiani scilicet Hierosolymam venientes a fratribus moniti.

(c) Euseb. l. 3. c. 25. de vita Constantini, Sozomenus lib. 3. c. 1. Etsi mos est ita hunc historicum appellare Sozomenum, opinor tamen hanc vocem non esse nomen historici sed patris ejusdem: esse vero Hermiam. Is ut ab aliis cognominibus se discerneret nomen suum simul & paternum usurpavit ita ut latine dici deberet Hermias Sozomeni filius. Hermiæ nomen est in historia Polybii. & in opusculo Hermiæ philosophi titulo *Irrisionis Gentilium philosophorum* edito post apologias Religionis Christianæ &c. Alii ante me hoc viderant, ut in edit. Vales. Perstabo nihilominus in nomine communiter usurpato.

(d) Non ab his dissimilia Euseb. ibi c. 26. & 27.

(e) De hoc solemni impostore ex Irenæo & Justino Euseb. l. 3. c. 20. V. c. 26.

(f) Respicit duos sequentes discipulos.

(g) Saturninum vocat Eusebius aliique: non nemo etiam Saturnilum, ut Didymus lib. 3. de Trin. cap. ult. Pleraque a Menandro tradita secutum esse l. 4. c. 7. ait Eusebius.

(h) Alter Menandri discipulus magis vafer, rerum quæ incautos deciperent inventor & vendicator. Ibidem. Mysteria simulabat, & eorum symbola insculpebat gemmis, quarum plurimæ etiamnum supersunt, quæ Basilidianæ communiter dicuntur, & notissimæ sunt rerum antiquarum studiosis.

τὰ συρίαν, ὁ δὲ κατ' αἴγυπτον συνεςήσαντο θεομισῶν αἱρέσεων διδασκαλίαν. τὰ μὲν οὖν πλεῖςα τὸν σατορνῆλον, τὰ αὐτὰ τῷ μενάνδρῳ ψευδολογῆσαι ὁ εἰρηναῖος δηλοῖ. προσχήματι δὲ ἀποῤῥητοτέρῳ τὸν βασιλίδην εἰς τὸ ἄπειρον τείνας τὰς ἐννοίας, δυσσεβοῦς αἱρέσεως ἑαυτῷ τερατώδεις ἀναπλάσαντα μυθοποιΐας. γράφει δὲ ἐφ' ἑξῆς ὁ εἰρηναῖος συγχρονίσαι τούτοις λέγων καὶ καρποκράτην ἑτέρας αἱρέσεως τῆς τῶν γνωςικῶν ἐπικληθείσης πατέρα. οὗτοι οὐχ ὡς σίμων κρύβδην ἀλλ' εἰς φανερὸν τὰς μαγείας παραδιδόναι ἠξίουν, ὡς ἐπὶ μεγάλοις σεμνυνόμενοι τοῖς κατὰ περιεργίαν πρὸς αὐτῶν ἐπιτελουμένοις. ταῦτα δὴ τοῖς ἀπίςοις ἔθνεσι πολλὴν παρεῖχε κατὰ τοῦ θείου λόγου δυσφημίας περιουσίαν· τῆς ἐξ αὐτῶν φήμης εἰς τὴν τοῦ παντὸς χριςιανῶν ἔθνους διαβολὴν καταχεομένης. οὐκ εἰς μακρὸν γε μὴν ταῦτα προυχώρει τῆς θείας τοῦ κηρύγματος διδασκαλίας τῇ τῶν κηρύκων αὐτῆς ἀξιοπιςίᾳ, ἐπὶ μέγα φῶς κατὰ τὸν προϊόντα χρόνον διαλαμπούσης. ἔσβεςο μὲν γὰρ αὐτίκα πρὸς αὐτῆς ἐλεγχόμενα τῆς ἐνεργείας τὰ τῶν ἐχθρῶν ἐπιτεχνήματα ἄλλων ἐπ' ἄλλαις αἱρέσεων καινοτομουμένων. ὑποῤῥεουσῶν ἀεὶ τῶν προτέρων καὶ εἰς πολυτρόπους καὶ πολυμόρφους εἰδέας ἄλλοτε ἄλλως φθειρομένων. ἐπεδίδου δὲ εἰς αὔξησιν καὶ μέγεθος ἡ τῆς καθόλου καὶ μόνης ἀληθοῦς ἐκκλησίας λαμπρότης. τὸ σεμνὸν καὶ εἰλικρινὲς καὶ ἐλεύθερον τό τε

ter vero in Ægypto hæresum Deo odibilium disciplinam constituerunt. Plurimos a Satornelo, eosdem a Menandro errores effictos fuisse Irenæus affirmat. Per speciem vero magis arcanam Basilides inter imperitos se insinuans in mentes impiam hæresim a se ipso, & monstrosarum commentus erat fabularum fictiones. Scribit deinde idem Irenæus se illis contemporaneum fuisse: subditque & (a) Carpocratem hæresis alterius Gnosticorum appellatæ patrem extitisse. Isti non clam ut Simon, sed palam se præstigia facere venditabant, tanquam in rebus magnis gravitatem servantes in iis, quæ hominum curiositatis gratia perpetrarent. Apud infideles nationes talia magnam infamiam Evangelio conciliarunt; ex earum quippe rerum relatione calumniæ in universum Christianorum genus effundebantur. Non in longum tamen tempus impia hæc prospere procurrerunt, divinæ doctrinæ prædicatione (b) per præcones dignos fide reputatos magna luce, procedente tempore, coruscante. Extincta enim fuerant interea quæ veritati obiici solide videbantur, ab inimicis artificiose inventa, quia aliæ hæreses super alias res novas afferentes, serpebant super præcedentes, & in multimodas, & multiformes species nunc sic, nunc aliter in pejora corrumpebant. Ad augmentum & amplitudinem catholicæ Ecclesiæ & solius veræ ferebat opem splendor; grave præterea, & sincerum, & liberum, sobrium

(a) Auctor hæreseos Gnosticorum. ibid. Atque hi omnes cum alienos omnino a fide Christi se non esse profiterentur, & flagitiosissime viverent, animos Gentilium a Christo & Christianis avertebant.

(b) Hegesippus nempe, Justinus, Irenæus &c.

σῶφρον κ) νοερὸν τῆς ἐνθέυ πολιτείας τε κ) φιλοσοφίας· εἰς ἅπαν γένος ἑλλήνων τε κ) βαρβάρων ἀποςίλβυσα.

brium quoque & rationis capax vitæ genus, quod erat divinæ institutionis simul, & philosophiæ, in omnem nationem Græcorum & Barbarorum resplendens.

Α᾽δριανὸς δὲ νόσῳ βληθεὶς κ) ὑδροπιάσας ἐτελεύτησεν. κ) ἐβασίλευσεν ἀντόνιος ὁ εὐσεβὴς ἀντ᾽ αὐτῦ ἔτη ΚΒʹ. ἐυσεβὴς δὲ ἐλέγετο· ἐπειδὴ ἄφεσιν τῶν χρεῶν δέδωκεν καὶ τὺς ταμιακὺς χάρτας καὶ γραμματεῖα ἐπυρπόλησεν.

Hadrianus autem morbo afflictus & aqua (*a*) intercute laborans mortuus est. Et regnavit (*b*) Antoninus Pius annos XXII. Pius vero dictus est, (*c*) quia quæ debebantur dimisit, & ærarii chartas & codices combussit.

Επὶ αὐτῦ ἰυςίνος φιλόσοφος κ) τῆς ἐυσεβείας πρόμαχος ἀπολογικὺς αὐτῷ προσεφώνησε λόγυς· ὑπὲρ τῆς τῶν χριςιανῶν πίςεως. ὅςις καὶ θείῳ κατεκοσμήθη μαρτυρίῳ.

Sub eo [*d*] Justinus philosophus, & fidei propugnator apologeticos ipsi nuncupavit sermones de Christianorum fide: idem divino illustratus est (*e*) martyrio.

Ειρluαῖος δὲ ὁ πολλάκις εἰρημένος τῆς ἐν λυγδύνῳ, παροικίας ἐπίσκοπος ὢν ἐν τύτοις ἤκμαζεν τοῖς καιροῖς. ὗτος ἐν τῷ πρώτῳ τῷ πρὸς τὰς αἱρέσεις κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἱςορεῖ γεγονέναι τατιανόν τινα τῆς τῶν ἐγκρατητῶν αἱρέσεως ἀρχηγόν. λέγει δὲ ὕτως. Α᾽πὸ σατορνήλυ κ) μαρκίωνος οἱ καλύμενοι ἐγκρατεῖς ἀγαμίαν ἐκήρυξαν· ἀθετῦντες τlὼ ἀρχαῖαν πλάσιν τῦ θεῦ, κ) ἠρέμα κατηγορῦντες τὸ ἄῤῥεν κ) θῆλυ εἰς γένεσιν ἀνθρώπων πεποιηκότας·

(*f*) Irenæus autem sæpe citatus Lugdunensis Parœciæ Episcopus hisce temporibus florebat. Is in primo contra hæreses libro narrat illa ætate fuisse (*g*) Tatianum quendam hæresis (*h*) Encratitarum auctorem. Sic autem dicit. A Satornelo, & Marcione profecti & vocati Encratitæ, seu continentes cælibatum prædicabant: improbantes antiquam formationem rerum a Deo factam, & quadantenus eum reprehendentes eo quod masculum

&

(*a*) Xiphilin. in Hadriano.

(*b*) Anno 138. æræ nostræ.

(*c*) Non una hæc caussa a veteribus affertur propter quam Pius sit dictus V. Xiphil. Spartianum &c.

(*d*) Cujus extant opera. De eo Euseb. l 4. c. 8. & deinceps. Visis a se Christianis invicto animo pro Christo patientibus, & ea patientiæ caussa perpensa e Philosopho Platonico Christianus factus est. Apologias Antonino Pio pro Christianis obtulit; quæ extant. V. eund. Euseb. l. 4. c. 11. &c. & alios.

(*e*) Euseb. l. 4. c. 15. Martyrolog. Rom. 13. April.

(*f*) Celeberrimus Galliarum Episcopus cujus memoria & scripta in clarissima benedictione.

[*g*] Ante Justini discipulus; post martyrium magistri hæresiarcha, ut paulo post dicitur. Quanquam plura scripserit; pervenit ad nos oratio tantum ad Græcos; qua probat Græcos tunc rudes fuisse, cum Moyses & Hebræi &c. humani essent & exculti. Excusa est post opera Justini.

[*h*] Sectatores errorum quos introduxerat Tatianus, qui postea in varias sectas & errores divisi abierunt, ut solent cujusque ætatis Hæretici, quibus fas videtur de rebus fidei ut de naturalibus opinari. Admittebant duos Deos, Christum non revera hominem fuisse sed apparentem, improbabant nuptias, esum carnium, potum vini & alia quæ Marcionis & Saturnini jam fuerant, seque ex iis *ἐγκρατεῖς continentes* dicebant. Hæc fere sunt ipsa Irenæi verba. Accurate more suo Tillemont de Encratitis.

ϰ̓ τῶν λεγομένων παρ᾽ αὐτοῖς ἐμψύχων ἀποχὴν εἰσηγήσαντο· ἀχαριςῦντες τῷ πάντα πεποιηκότι θεῷ. ἀντιλέγουσί τε τῇ τοῦ πρωτοπλάςου σωτηρίᾳ. καὶ τοῦτο νῦν ἐξευρέθη παρ᾽ αὐτοῖς, τατιανὸς πρῶτος ταύτην εἰσενέγκαντος τὴν βλασφημίαν. ὃς ἰουςίνου ἀκροατὴς γεγονὼς, ἐφ᾽ ὅσον μὲν συνῆν ἐκείνῳ, οὐδὲν ἐξέφηνεν τοιοῦτον· μετὰ δὲ τὴν ἐκείνου μαρτυρίαν ἀποςὰς τῆς ἐκκλησίας οἰήματι διδασκάλου ἐπαρθεὶς ὡς διαφέρων τῶν λοιπῶν· ἴδιον χαρακτῆρα διδασκαλίας ἐποιήσατο. αἰῶνας τινὰς ἀοράτους ὁμοίως τοῖς ἀπὸ οὐαλεντίνου μυθολογήσας· γάμου τε φθορὰν καὶ πορνείαν παραπλησίως μαρκίωνι ϰ̓ σατορνίλῳ ἀναγορεύσας. αὖθις δὲ ἐν τοῖς αὐτοῖς χρόνοις ἑτέρων αἱρεσιαρχῶν μνήμην πεποίηται ἐν τῷ τρίτῳ πρὸς τὰς αἱρέσεις λέγων οὕτως. οὐαλεντῖνος μὲν γὰρ ἦλθεν εἰς ῥώμην ἐπὶ ὑγίνου· ἤκμασεν δὲ ἐπὶ πίου. ϰ̓ παρέμενεν ἕως ἀνικήτου. εἶτα τὸν ἄπειρον βυθὸν τῆς αὐτοῦ πλάνης ὑποδείξας καὶ τὴν ἀπόκρυφον αὐτοῦ κακίαν ἑρπετοῦ δίκην φωλεύοντος φανερώσας, ἄλλον τινὰ πάλιν κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους γεγενῆσθαι φησὶ μάρκον ὀνόματι μαγικῆς κυβείας ἐμπειρότατον. ἀλλὰ γὰρ ϰ̓ κέρδωνος τινὸς καὶ μαρκίωνος μνήμην ποιούμενος οὕτως γράφει. κέρδων δέ τις ἀπὸ τῶν περὶ τὸν σίμωνα τὰς ἀφορμὰς λαβὼν·

& fœminam ad generationem hominum fecisset; & illorum quoque quæ ipsi appellant animata, abstinentiam introduxerunt; ingrati in Deum qui omnia bene fecit; & saluti hominis formati primo contradicunt. Et hoc (a) nostra memoria apud eos inventum est: (b) Tatianus primus istam invexerat blasphemiam. Qui cum esset Justini auditor, illi consentiebat in omnibus; & nihil horum prompsit. At post ejus martyrium defecit ab Ecclesia (c) arrogantia elatus tanti magistri, quasi ipse ab aliis differret. Peculiarem characterem disciplinæ suæ fecerat. (d) Æonas quosdam invisibiles similes illis, quæ proponebat (e) Valentinus confinxit. Adulterium, & fornicationem similiter Marcioni & Satornilo attribuit. Denuo eadem ætate aliorum hæresiarcharum mentionem fecit in tertio libro adversus hæreses: sic ait. Valentinus enim Romam venit sub Hygino, & sub Pio notus fuit, & mansit usque ad Anicetum. Deinde interminabilem abyssum errorum ejus demonstravit, & absconditam malitiam ejusdem serpentis pœnam refugientis patefecit: sed alium quendam rursus eodem tempore ait fuisse (f) Marcum nomine magicæ, aleæ & ludi peritissimum; quin imo & Cerdonis cujusdam, & Marcionis mentionem facit ita scriben-

(a) νῦν explicatur etiam *nostra memoria*, *nuper*. V. Lex.
(b) Irenæus Tatiano tribuit inventionem Æonum: ab eo Euseb. l. 4. c. 26. V. c. 29.
(c) Omnes Novatores cujuscunque seculi superbia elati, & cupiditate famæ incensi nova dogmata introducenda susceperunt; quoniam meliore via non inveniebant quam ea ratione & spe in hominum ore se futuros. Dio lib. 42 in malis hominibus id notat: *magno quodam facinore exhibito, ex quo sempiternam sui memoriam relinqueret: quippe reperti sunt nonnulli qui fama cupiditate pessimas res agere in animum inducerent.*
(d) Erant Æones auctores rerum omnium, ex ejus sententia.
(e) Hæc item ex Irenæo Euseb. l. 4. c. 10 Corruperat Valentinus doctrinam Ecclesiæ catholicæ conjungens & aptans primum quæ discipuli Simonis magi proponebant, deinde quæ nonnulli philosophi Gentiles affirmaverant. V. textus Irenæi.
(f) De hoc discipulo Valentini, et ut ferebatur ejus doctrinæ correctore ibid.

καὶ ἐπιδημήσας ἐν τῇ ῥώμῃ ἐπὶ ὑγίνȣ ἐδίδαξεν τὸν ὑπὸ τȣ͂ νόμȣ ϗ τῶν προφητῶν κεκηρυγμένον θεὸν μὴ εἶναι πατέρα τȣ͂ κυρίȣ ἡμῶν ἰησȣ͂ χριςȣ͂. τὸν μὲν γὰρ γνωρίζεσθαι· τὸν δὲ ἄγνωςον εἶναι. καὶ τὸν μὲν δίκαιον· τὸν δὲ ἀγαθὸν ὑπάρχειν. διαδεξάμενος δὲ αὐτὸν μαρκίων ὁ ποντικὸς· ηὔξησεν τὸ διδασκαλεῖον ἀπηρυθριασμένως βλασφημῶν. ταῦτα μὲν περὶ τȣ́των ὁ εἰρηναῖος. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐπὶ τῆς μέσης τῶν ποταμῶν βαρδισάνης τις γεγένηται, ἱκανώτατος ϗ διαλεκτικώτατος ἐν τῇ τῶν σύρων φωνῇ. ȣ͂τος πρότερον τῆς ȣ̓αλεντίνȣ σχολῆς ὑπῆρχεν. καταγνȣ̀ς δὲ ταύτης ϗ πλεῖςα τῆς κατ' αὐτȣ̀ς μυθοποιΐας ἀπελέγξας ἐδόκει μέν πως αὐτὸς ἑαυτῷ ἐπὶ τὴν ὀρθοτέραν γνώμην μετατεθεῖσθαι. ȣ̓ μὴν ϗ παντελῶς ἀπεῤῥίψατο τῆς παλαιᾶς αἱρέσεως τὸν τρόπον.

Ἀπέθανεν δὲ ἀντώνιος ϗ ἐβασίλευσεν ἀντ' αὐτȣ͂ μάρκος αὐρήλιος ȣ̓ῆρος ὁ ϗ ἀντώνιος ὑὸς αὐτȣ͂ σὺν ϗ λȣκίῳ ἀδελφῷ ἔτη ΙΘ'. διωγμȣ͂ δὲ κινηθέντος πολλοὶ γεγόνασι μάρτυρες θανόντες προθύμως ὑπὲρ χριςȣ͂ σημεῖα δὲ μεγάλα ἐγίνετο. ὥςε αὐτὸν τὸν καίσαρα μάρκον σὺν παντὶ τῷ ςρατεύματι αὐτȣ͂ σπάνει ὕδατος μέλλοντα

bendo. Cerdo vero quidam opportunitate a rebus Simonis capta Romæ degens ſub Hygino docuit, prædicatum a lege & Prophetis Deum Patrem non eſſe Domini noſtri Jeſu Chriſti: illum enim cognitum, alium vero incognitum eſſe; & illum quidem juſtum, alium vero bonum. Succeſſit ipſi (a) Marcion Ponticus, auxit diſcipulorum ſequelam ſine ulla verecundia blaſphemias fundendo. De his talia Irenæus. Eodem tempore in Meſopotamia (b) Bardiſanes quidam fuit ſummopere vehemens, & diſputandi peritiſſimus Syrorum lingua. Hic prius in Valentini diſciplina fuit. Sed iſtam item condemnavit, & maxime fabulas ab ea confictas reprehendit; & videbatur ipſe ſibi in meliorem ſententiam tranſiſſe: non tamen omnino veteris hæreſeos rationem abjecit.

Mortuus eſt interim (c) Antoninus, & ejus loco regnavit Marcus Aurelius Verus (d) ut alter Antoninus ejus filius una cum (e) Lucio fratre annos XVIIII. Mota vero (f) perſecutione multi Martyres fuerunt prompte mortem & alacriter ſubeuntes pro Chriſto. Prodigia vero multa evenerunt: ita ut (g) Cæ-

[a] Ex Juſtino iſta deſcribit Euſeb. l. 4. c. 10. Confinxit Marcion duos Deos creatores, alterum auctorem malorum & Veteris Teſtamenti, alterum bonum & reparatorem generis humani. Ex quo principio plurimos errores deducebat &c.

[b] Primo catholicus & ſanæ doctrinæ propugnator, poſtea Valentini errores ſecutus. Euſeb. Hieron. Errores ab hæreticis illorum temporum a Simone Mago primum excogitati, ab aliis poſtea aucti, mutati, diverſimode explicati, & varietati locorum & ætatum accommodati ab iis proponebantur, & unusquiſque eorum ſuper multitudine ſectatorum ſibi placebat.

[c] Antonius in Græco pro Antoninus.

[d] Anno 161.

[e] Communiter dicitur Lucius Aurelius Verus, frater Marci, patruus Commodi.

[f] De eorum paſſionibus bene longam epiſtolam & maxime illuſtrem ab Eccleſiis Galliæ ad Eccleſias Aſiæ & Phrygiæ datam in ſuam hiſtoriam tranſtulit Euſeb. l. 5. c. 1. V. Ruinart. Acta Martyrum. & notas Valeſ.

[g] De hoc prodigio precibus Chriſtianorum legionis fulmineæ impetrato ex ſcriptoribus ſuperioris temporis Euſebius lib. 5. cap. 5. In columna adhuc ſuperſtite Romæ quæ vulgo dicitur Antonina, cui geſta belli Marcomannici a M. Aurelio geſti inſculpta ſunt, inciſa eſt hæc pluvia de cælo cadens, & Jovi pluviali ibi conſpicuo a Gentilibus attributa.

διαφθείρεσθαι τῇ τῶν χριςιανῶν εὐχῇ περιβοηθῆναι, τοῦ θεοῦ ἐν ἀνύδροις τόποις ἀποςείλαντος αὐτοῖς τὸν ὑετόν. τελευτήσαντος δὲ οὐήρου διαδέχεται τὴν ἡγεμονίαν κόμοδος καὶ βασιλέυει ἔτη ΙΒ'.

Κατὰ τοὺς χρόνους κλήμης ὁ ςρωματεὺς ἐπ' ἀλεξανδρείας ἐγνωρίζετο. κατὰ δὲ τὴν φρυγίαν αἱρέσεις ξένας αὖθις ὁ μισόκαλος καὶ φιλοπόνηρος δαίμων ἐπιφύεσθαι τῇ ἐκκλησίᾳ ἐνήργει. μοντανὸν γάρ τινα ἐπήγειρεν λέγειν ἑαυτὸν παράκλητον. πρίσκαν δὲ καὶ μαξιμίλλαν προφήτιδας τούτου ἑαυτάς· ἀλλὰ γὰρ κατὰ τὸν καιρὸν ἔτι τοῦτον ζητήσεως γενομένης περὶ τοῦ πάσχαλίας ἑορτῆς ἡμέρας σύνοδος ἐπισκόπων συνεκροτήθη ἐν παλαιςίνῃ ἧς ἐξῆρχεν νάρκισσος ἐπίσκοπος ἱεροσολύμων. θεόκτιστος ἐπίσκοπος καισαρείας, εἰρηναῖος ἐπίσκοπος λουγδούνου· βακχυλίδης ἐπίσκοπος κορίνθου· καὶ λοιποὶ ἐπίσκοποι. οἵτινες ὥρισαν μηδαμῶς ἐν οἵᾳ δήποτε τῆς ἑβδομάδος ἡμέρᾳ ἐνπιπτούσης ΙΔ'. κατὰ σελήνην ξανθικοῦ, ἀπονηςέυειν καὶ ἰουδαϊκῶς ἑορτάζειν. ἀλλ' ἐν μόνῃ τῇ κυριακῇ ἡμέρᾳ τὴν ἀναςάσιμον ἐπιτελεῖν ἑορτήν.

sari, Marco cum omni exercitu suo defectu aquæ iam iam perituro per preces Chiistianorum Deus auxilium ferens in aridis locis pluviam miserit. Defuncto Vero regimen suscepit Commodus *(a)*, & annos XII. regnavit.

Clemens per id temporis, qui *(b)* Stromata scripsit, Alexandriæ celebris fuit. In Phrygia recti osor, & malignorum fautor Dæmon ut hæreses absurdæ in Ecclesiam rursus insurgerent, conabatur. *(c)* Montanum enim quendam suscitabat qui diceret se esse Paraclitum: *(d)* Priscam autem & Maximillam sese asserentes ejus prophetissas. Sed & eodem tempore quæstione orta de Paschalis festi die *(e)* Synodus concelebrata est in Palæstina, cui præfuit Narcissus Jerosolymorum Episcopus. Theoctistus Episcopus Cæsareæ, Irenæus Episcopus Lugduni, Bacchylides Episcopus Corinthi, & alii Episcopi. Hi definierunt nullo modo in quamcumque diem XIIII. Lunæ *(f)* Xanthici jejunium solvi posse, & Judæorum more agere festum, sed sola Dominica die festum resurrectionis celebrare.

De-

[a] Anno Christi 180. Tertulianus in Apolog. c. 5. *sitim germanicam Christianorum forte militum precationibus impetrato imbre discussam contestatur* M. Aurelius litteris ibidem allegatis.

[b] Nota sunt hæc stromata sic vocata quia omnigenæ eruditionis sacræ & profanæ referta sunt, & alia præterea ejusdem Clementis opera quæ ad nos pervenerunt. De eo Euseb. l. 5. c. 11. & l. 6. c. 5. & 11. aliique de Scriptoribus Eccl. agentes.

[c] Euseb. l. 5. c. 14. Se venditabat tanquam Spiritu Dei plenum, verum prophetam, & quæ dixisset a Deo esse, tanquam impostor agnitus ab Ecclesia cum suis rejectus. Huic misero ejusq. asseclis adhæsit postmodum ingeniosus ille & vehemens in dicendo Tertullianus.

[d] Non Priscam, sed Priscillam Euseb.

[e] Quæstione orta in Asia de die qua esset celebrandum Pascha, & solvendum quadragesimale jejunium. multa concilia coacta sunt, ut Euseb. in Chron. & hist. l. 5. c. 22 & seq Noster Palæstinum, Galliarum, Achaiæ tantum commemorat. Pro Theoctisto Theophilus, pro Bacchilide Bacchillus legitur in Eusebio, quem invenies accuratiorem.

[f] Qui aliqua ex parte Aprili nostro respondet, & Nisan Hebræorum, & apud hos primus mensis anni: ut constat ex siclo primum explicato in libello *de antiquis litteris hebræorum & Græcorum*. V. Euseb. l. 7. c. 26. De facto Hebræi, quorum menses erant lunares, quo anno fuissent tredecim lunæ, & consequenter tredecim menses, ultimus mensis suum nomen non habuit, sed ad eum significandum utebantur voce ואדר *Vehadar, februarii alterius*, quasi mensis iterati ad explendum annum.

Ετελεύτησεν δὲ κόμοδος αἰφνηδιὼς ἀποπνιγεὶς ϗ ἐβασίλευσεν περτίναξ μῆνας ἓξ ϗ ἐσφάγη ὑπὸ τῶν ϛρατιωτῶν ὡς ἐξέρχεσθαι ἀπὸ τȣ̃ παλατίȣ εἰς τὸν μάρτlω. μετὰ τȣ̃τον σευῆρος ἐβασίλευσεν ἔτη ΙΗ'. ἐφ' ȣ̃ διωγμȣ̃ μεγάλȣ κινηθέντος πολλοὶ κατὰ πάντα τόπον ἐμαρτύρησαν. προΐϛαντο δὲ τῆς ἀληθȣ̃ς διδασκαλίας μιλτιάδης συγγραφεὺς. πλȣ́ταρχος. εἰρlωαῖος. ἡρακλείδης. ἥρων. βασιλίδης, ϗ ἀπολλώνιος ὁ διαβόητος ἐπὶ φιλοσοφίᾳ, ϗ πίϛεως ὀρθῆς ὁμολογίᾳ, ὃς ἐμαρτύρησεν ἐν ῥώμῃ. καὶ λεονίδης ὁ ὠριγένȣς πατὴρ τlὼ αὐτὴν εὐσέβειαν ζηλώσας ἐμαρτύρησεν.

Desiit autem vivere subito (a) Commodus suffocatus, & regnavit Pertinax (b) menses sex, & interfectus est a militibus, dum a Palatio in . . . (c) exibat. Post eum Severus (d) regnavit annos XVIII. Sub eo Principe mota sævissima [e] persecutione multi ubique martyrio affecti sunt. Tuebantur veram doctrinam (f) Miltiades scriptor, (g) Plutarchus, (h) Irenæus, [i] Heraclides, Heron, (k) Basilides, & [l] Apollonius celebris philosophiæ caussa, & confessionis rectæ fidei, qui Romæ martyr occubuit, & (m) Leonides Origenis pater eandem pietatem æmulatus martyrium similiter passus est.

Επὶ αὐτȣ̃ σύμμαχος ὁ τῶν ἑβραϊκῶν γραφῶν ἑρμlωεὺς ἐπὶ τlὼ ἑλλlώων φωνlὼ μετήγαγεν, ἐβιωναῖος δὲ γέγονεν αἱρεσιάρχης τῶν λεγόντων ψιλὸν ἄνθρωπον ἐξ ἰωσὴφ τὸν χριϛὸν καὶ τὸν μωσέως νόμον ἰȣδαϊκῶς φυλάττων. ὁ δὲ αὐτὸς σευῆρος ἦλθεν βυζαντίῳ. ϗ ἔκτισεν δημόσιον λȣτρὸν τὸν ζεύξιππον· καὶ τὸ ἱπποδρόμιον. ϗ τῷ ὀκ-

Eodem Severo imperante (n) Symmachus hebraicorum voluminum interpres, in Græcam linguam illa vertit. (o) Ebionæus autem evasit præcipuus sui temporis hæresiarcha inter eos qui dicunt solum hominem genitum ex Joseph fuisse Christum; & Judæorum more Moysis legem observabat. Idem Severus (o)

[a] Ab athleta, impellentibus Læto præfecto Prætorio, & Marcia concubina. Xiph. & Lamprid.
[b] Anno 217.
[c] Vocem μάρτην nec intelligere nec corrigere datum est. De eo Imp. Herodian ex Xiphil. in Pertinace.
[d] anno 193.
(e) De ea Euseb. l. 6. c. 1. & in Chron. & alii.
[f] De eo idem l. 5. c. 16. Baron. ad ann. 173. Ut religionem Christianam defenderet scripsit contra Judæos, Gentiles, Montani sectatores. Hier. ponit inter scriptores Eccles.
(g] Origenis discipulus Euseb. hist. l. 6. c. 4.
[h) Errorem puto pro Sereno qui eod. c. 4. dicitur discipulus secundus Origenis per ignem martyrium subiisse.
[i) Catechumenus & Heron uterque Origenis discipulus securi percussi. Excidit e calamo librarii Serenus alter a primo discipulus & ipse Origenis cui caput est amputatum.
(k] Ejus mirabilem conversionem intercessione Potamiœnæ virginis, & post baptismum martyrium narrat idem Euseb. l. 6. c. 4. De sex prioribus martyribus agitur in martyrol. R. 28. Junii, de Basilide vero 30. ejusdem.
[l) Senator Rom. qui volumen pro fide Christi Senatui legit, & ejus sententia martyr occubuit. Euseb. l. 5 c. 20. Hier. de script. Eccl. Martyrol. R. &c.
(m) De hoc mentio est c. 1. l 6. Euseb. propter martyrium, & propter insignem coram hominibus filii doctrinam, & celebritatem.
(n) Hujus translationem hebraicorum voluminum in Græcam linguam inseruerat in sua Tetrapla & Hexapla Origenes ut Euseb. l. 6. c. 12. cujus laboris Symmachiani extant specimina in Hexapl. editis a cl. Montfauconio. Mentio de Symmacho supra facta est. In Eusebio similiter est quod sequitur de hæresi hominis.
(o) Euseb. l. 3. c. 21. V. c. 27. & l. 6. c. 12.

τωκαιδεκάτῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτȣ̃ ἐξελθὼν εἰς πόλεμον βαρβαρικὸν ἐπὶ τὴν δύσιν ἐτελεύτησεν. Α᾽ντώνιος καράκαλος τὸν πατέρα σευῆρον διαδεξάμενος ἐβασίλευσεν ἔτη Ζ'. ἐπὶ τȣ́τȣ ὠριγένης διάφορα κατατάττων συγγράμματα καὶ τὰ ἑξαπλᾶ βιβλία κατεσκεύασεν. ȣ̓ μόνον γὰρ τὰς ἐπισήμȣς τέσσαρας ἐκδόσεις συνήγαγε κατὰ ταυτόν, ἀλλὰ καὶ Ε', ϗ ϛ. κατὰ τȣ̀ς χρόνȣς τȣ́τȣς ἔν τινι πίθῳ ἐν ἱεριχῷ εὑρηκὼς ταύταις συνέζευξεν. ἐπὶ αὐτὸν τοίνυν τὰς πάσας συναγαγὼν, διελών τε πρὸς κῶλον ϗ ἀντιπαραθεὶς ἀλλήλαις μετὰ ϗ αὐτῆς τῆς ἑβραίων σημειώσεως τὰ τῶν λεγομένων ἑξαπλῶν ἀντιγράφων κατεσκεύασεν βιβλία.

(a) Byzantium profectus est, & publicum balneum Zeuxippum appellatum ædificavit, & præterea Hippodromum. Decimo octavo regni anno ad bellum contra (b) Barbaros progressus in Occidente vitam amisit. (c) Antonius (d) Caracalus in patris Severi locum veniens (e) regnavit annos (f) VII. Eo imperante Origenes diversa recensens volumina etiam (g) Hexapla Biblia confecit. Neque enim solum insignes quatuor versiones concinnavit, sed etiam quintam & sextam per id temporis in dolio in urbe Jericho inventas, cunctas conjunxit. Igitur omnes in unum coagmentans & distinguens per versiculos aut incisa, & invicem componens additis etiam Hebræorum litteris Biblia, quæ appellantur exemplaria Hexapla, consarcinavit.

Ε᾽πελθόντων δὲ περσῶν ϗ παραλαβόντων τὴν ὀσδροΐνην μαθὼν ἀντώνιος κατῆλθεν ἀπὸ ῥώμης ϗ συμβαλὼν πόλεμον ἐσφάγη μέσον ἐδέσσης ϗ κάρων. μακρῖνος τὸν ἀντώνιον διαδεξάμενος βασιλεύει ἔτος Α', Ε᾽σφάγη δὲ ἐν ἀρχελαΐδι. ϗ ἐβασίλευσεν ἀντώνιος ὁ ἡλιογάβαλος ἔτη Δ'. ἔκτισεν δὲ λαοδίκειαν πόλιν τῆς συ-

Venerant inter hæc (h) Persæ, & occupaverant Osdroenem: quo audito Antoninus Roma descendit; & dum bellum geritur, occisus est Edessam inter, & Carrhas. Macrinus Antonino successit (i) & annum unum regnavit, & occiditur (k) Archelaide. Imperator postea crea-

(a) Phrasis Græci textus barbara, si error non irrepsit. Urbs quæ steterat a Pescennio Nigro æmulo Severi magno labore expugnata a militibus istius. Longam obsidionem describit Xiphilinus Dionis l. 74. Zeuxippum cœpit Severus construere, Constantinus M. perfecit ut infra.

(b) In bello contra Britannos Severus vitam amisit. Herod. l. 3. c. ult. Aur. V. de Cæs.

(c) Antoninus legendum, non Antonius.

(d) Xiphil. cum duplici λ, a genere vestis discissæ & consutæ ex variis partibus, quam Imperator induebat semper. Spartiano Caracallus a vestimento quod dederat populo, demisso ad talos.

(e) anno 211.

(f) Sex Xiph. l. 78. Herod. l. 4. c. 13. Spartianus.

(g) Post Tetrapla confecerat Hexapla Origenes additis duabus versionibus. Euseb. l. 6. c. 12. Opus olim a studiosis sacrarum litterarum maximi factum, postea vero injuria neglectum; cujus reliquiæ ævo nostro ut dictum est collectæ.

(h) Qui hic dicuntur Persæ, a Græcis & Latinis citatis vocantur Parthi contra quos Caracallus bellum movit Parthici cognomen affectans, non vero alia justa de caussa.

(i) Anno 217.

(k) Urbs ut puto de nomine Archelai olim Regis Cappadociæ appellata. V. Strab. l. 12. Xiphil. nostro consentit de Cappadocia tacito nomine urbis, sed Herodianus l. 5. c. 4. Chalcedone ad fretum Propontidos.

ρίας καὶ ἐτείχισεν αὐτὴν. ἐσφάγη δὲ ἀντώνιος ἐν τῇ ῥώμῃ ὑπὸ τοῦ ἰδίου συγγενέως.

creatus fuit Antoninus Heliogabalus, regnavitque annos IIII. (a) Ædificavit (b) Laodiceam Syriæ urbem & communivit. Jugulatus est Romæ (c) a suo consanguineo.

Α'λέξανδρος ὁ μαμαίας παῖς τὸν ἡλιογάβαλον διαδεξάμενος ἐβασίλευσεν ἔτη ΙΓ'.

Alexander Mamææ filius Heliogabali successor regnavit annos (d) XIII.

Αὕτη ἡ μαμαία θεοσεβεστάτη ὑπάρχουσα τῆς ὠριγένους πανταχόσε βοωμένης φήμης ἀκούσασα περὶ πολλοῦ ποιεῖται τῆς τοῦ ἀνδρὸς θέας ἀξιωθῆναι. καὶ δὴ ἐπὶ ἀντιοχείας διατρίβουσα μετὰ στρατιωτικῆς δορυφορίας αὐτὸν ἀνακαλεῖται. παρ' ἣ χρόνον διατρίψας πλεῖστα τε ὅσα καὶ τὴν τοῦ κυρίου δόξαν διὰ λόγων ἐπιδειξάμενος, ἐπὶ τὴν ἀλεξανδρείαν ἐπανῆλθεν.

Hæc est illa (e) Mamæa Deo devotissima quæ audita fama quoquo versum celebrante Origenem magni sibi putavit si cum homine aliquando versari digna fuisset. Et vero cum Antiochiæ moraretur, cum militari comitatu ipsum vocat. Apud eam tempus aliquod is versatus plurimis quotquot ad Domini gloriam pertinebant sermone commonstratis Alexandriam reversus est.

Οἱ δὲ κατὰ τὴν αἰλίαν γενόμενοι ἐπίσκοποι ἀπὸ ἀδριανοῦ ἕως τῆσδε τῆς βασιλείας οὗτοι εἰσίν. μάρκος. κασσιανός. πούπλιος. μάξιμος. ἰουλιανός. γάϊος. σύμμαχος. ἀγάϊος ἕτερος. καπίτων. οὐάλης. δολιχιανός. νάρκισσος. οὗτος δὲ ὁ νάρκισσος ἀποστολικοῖς χαρίσμασι λαμπρυνόμενος καὶ τῆς ἡσυχίας ἐρῶν καταλείψας τὴν ἐπισκοπὴν εἰς ἀγνώστους τόπους ἀπέδρα. πολλὰ δὲ ζητηθέντος ὑπὸ τοῦ λαοῦ καὶ τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων καὶ μὴ εὑρεθέντος προβάλλεται ἀντ' αὐτοῦ ἐπίσκοπος δῖος. μετ' αὐτὸν γερμάνιος. τοῦτον διαδέ-

Episcopi qui fuerunt Æliæ ab Hadriano usque ad hoc regnum (f) hi sunt: (g) Marcus, Cassianus, Publius, Maximus, Julianus, Cajus, Symmachus, Cajus alter, Capito, Valens, Dolichianus, Narcissus. Narcissus iste Apostolicis donis illustratus & quietis cupidus relicto Episcopatu in loca ignota secessit. Sæpe autem conquisitus fuit a populo, & provinciæ Episcopis; sed nusquam inventus. Eligitur in ejus locum Dius; post eum Germanius: huic succedit (h) Gordia-

D d

(a) Sex Herodianus l. 5. c. ult. δ pro ϛ.

(b) Ex qua nonnulla, ut inquit Lampridius, afferre voluit Romam in honorem Helagabali Dei sui.

(c) A militibus ut Herodianus l. 5. cap. ult. & Lamprid. & Xiphil. ex l. 80. Dionis, in gratiam consanguinei Severi Alexandri.

(d) Herodianus XIIII. l. 6. c. ult.

(e) Hæc noster affert ex Euseb. l. 6. c. 15. Mulier dignissima posterorum memoria, quæ filium moribus optimis regebat.

(f) Post Episcopos quindecim qui Apostolis ad destructam ab Hadriano Jerosolymam rexerant ibi Ecclesiam circumcisi, primus Marcus Episcopus creatus est incircumcisus. Ejectis enim ex Judæa hebræis desumebantur ex gentibus Episcopi.

(g) Hanc Episcoporum Jerosolymæ successionem habet Euseb. l. 5. c. 12. qui post Cajum alterum alium habet Julianum a nostro librario omissum: & qui a nostro dicitur Germanius, ab Eusebio Germanion.

(h) Iste trigesimus Episcopus fuit ex nostro auctore. Eusebius tamen post indicatum primum

τωκαιδεκάτῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτȣ̃ ἐξελθὼν εἰς πόλεμον βαρβαρικὸν ἐπὶ τὴν δύσιν ἐτελεύτησεν. Α᾽ντώνιος καράκαλος τὸν πατέρα σευῆρον διαδεξάμενος ἐβασίλευσεν ἔτη Ζ΄. ἐπὶ τȣ́τȣ ὠριγένης διάφορα κατατάττων συγγράμματα καὶ τὰ ἑξαπλᾶ βιβλία κατεσκεύασεν. ȣ̓ μόνον γὰρ τὰς ἐπισήμȣς τέσσαρας ἐκδόσεις συνήγαγε κατὰ ταυτὸν, ἀλλὰ καὶ Ε΄. ϗ ϛ. κατὰ τȣ̀ς χρόνȣς τȣ́τȣς ἔν τινι πίθῳ ἐν ἱεριχῷ εὑρηκὼς ταύταις συνέζευξεν. ἐπὶ αὐτὸν τοίνυν τὰς πάσας συναγαγὼν, διελών τε πρὸς κῶλον ϗ ἀντιπαραθεὶς ἀλλήλαις μετὰ ϗ αὐτῆς τῆς ἑβραίων σημειώσεως τὰ τῶν λεγομένων ἑξαπλῶν ἀντιγράφων κατεσκεύασεν βιβλία.

(a) Byzantium profectus est, & publicum balneum Zeuxippum appellatum ædificavit, & præterea Hippodromum. Decimo octavo regni anno ad bellum contra (b) Barbaros progressus in Occidente vitam amisit. (c) Antonius (d) Caracalus in patris Severi locum veniens (e) regnavit annos (f) VII. Eo imperante Origenes diversa recensens volumina etiam (g) Hexapla Biblia confecit. Neque enim solum insignes quatuor versiones concinnavit, sed etiam quintam & sextam per id temporis in dolio in urbe Jericho inventas, cunctas conjunxit. Igitur omnes in unum coagmentans & distinguens per versiculos aut incisa, & invicem componens additis etiam Hebræorum litteris Biblia, quæ appellantur exemplaria Hexapla, consarcinavit.

Ε᾽πελθόντων δὲ περσῶν ϗ παραλαβόντων τὴν ὀσδροΐνην μαθὼν ἀντώνιος κατῆλθεν ἀπὸ ῥώμης ϗ συμβαλὼν πόλεμον ἐσφάγη μέσον ἐδέσσης ϗ κάρων. μακρῖνος τὸν ἀντώνιον διαδεξάμενος βασιλεύει ἔτος Α΄, Ε᾽σφάγη δὲ ἐν ἀρχελαΐδι. ϗ ἐβασίλευσεν ἀντώνιος ὁ ἡλιογάβαλος ἔτη Δ΄. ἔκτισεν δὲ λαοδίκειαν πόλιν τῆς συ-

Venerant inter hæc (h) Persæ, & occupaverant Osdroenem: quo audito Antoninus Roma descendit; & dum bellum geritur, occisus est Edessam inter, & Carrhas. Macrinus Antonino successit (i) & annum unum regnavit, & occiditur (k) Archelaide. Imperator postea crea-

(a) Phrasis Græci textus barbara, si error non irrepsit, Urbs quæ steterat a Pescennio Nigro æmulo Severi magno labore expugnata a militibus istius. Longam obsidionem describit Xiphilinus Dionis l. 74. Zeuxippum cœpit Severus construere, Constantinus M. perfecit ut infra.

(b) In bello contra Britannos Severus vitam amisit. Herod. l. 3. c. ult. Aur. V. de Cæs.

(c) Antoninus legendum, non Antonius.

(d) Xiphil. cum duplici λ, a genere vestis discissæ & consutæ ex variis partibus, quam Imperator induebat semper. Spartiano Caracallus a vestimento quod dederat populo, demisso ad talos.

(e) anno 211.

(f) Sex Xiph. l. 78. Herod. l. 4. c. 13. Spartianus.

(g) Post Tetrapla confecerat Hexapla Origenes additis duabus versionibus. Euseb. l. 6. c. 12. Opus olim a studiosis sacrarum litterarum maximi factum, postea vero injuria neglectum; cujus reliquiæ ævo nostro ut dictum est collectæ.

(h) Qui hic dicuntur Persæ, a Græcis & Latinis citatis vocantur Parthi contra quos Caracallus bellum movit Parthici cognomen affectans, non vero alia justa de caussa.

(i) Anno 217.

(k) Urbs ut puto de nomine Archelai olim Regis Cappadociæ appellata. V. Strab. l. 12. Xiphil. nostro consentit de Cappadocia tacito nomine urbis, sed Herodianus l. 5. c. 4. Chalcedone ad fretum Propontidos.

ρίας καὶ ἐτείχισεν αὐτὴν. ἐσφάγη δὲ ἀντώνιος ἐν τῇ ῥώμῃ ὑπὸ τȣ̃ ἰδίȣ συγγενέως.

creatus fuit Antoninus Heliogabalus, regnavitque annos IIII. (a) Ædificavit (b) Laodiceam Syriæ urbem & communivit. Jugulatus eſt Romæ (c) a ſuo conſanguineo.

Ἀλέξανδρος ὁ μαμαίας παῖς τὸν ἡλιογάβαλον διαδεξάμενος ἐβασίλευσεν ἔτη ΙΓ.

Alexander Mamææ filius Heliogabali ſucceſſor regnavit annos (d) XIII.

Αὕτη ἡ μαμαία θεοσεβεστάτη ὑπάρχȣσα τῆς ὠριγένȣς πανταχόσε βοωμένης φήμης ἀκȣ́σασα περὶ πολλȣ̃ ποιεῖται τῆς τȣ̃ ἀνδρὸς θέας ἀξιωθῆναι. καὶ δὴ ἐπὶ ἀντιοχείας διατρίβȣσα μετὰ στρατιωτικῆς δορυφορίας αὐτὸν ἀνακαλεῖται. παρ' ᾗ χρόνον διατρίψας πλεῖστα τε ὅσα καὶ τὴν τȣ̃ κυρίȣ δόξαν διὰ λόγων ἐπιδειξάμενος, ἐπὶ τὴν ἀλεξανδρείαν ἐπανῆλθεν.

Hæc eſt illa (e) Mamæa Deo devotiſſima quæ audita fama quoquo verſum celebrante Origenem magni ſibi putavit ſi cum homine aliquando verſari digna fuiſſet. Et vero cum Antiochiæ moraretur, cum militari comitatu ipſum vocat. Apud eam tempus aliquod is verſatus plurimis quotquot ad Domini gloriam pertinebant ſermone commonſtratis Alexandriam reverſus eſt.

Οἱ δὲ κατὰ τὴν αἰλίαν γενόμενοι ἐπίσκοποι ἀπὸ ἀδριανȣ̃ ἕως τῆσδε τῆς βασιλείας ȣ̃τοι εἰσίν. μάρκος. κασσιανός. πȣ́πλιος. μάξιμος. ἰȣλιανός. γάϊος. σύμμαχος. ἀγάϊος ἕτερος. καπίτων. ȣ̃άλης. δολιχιανός. νάρκισσος. ȣ̃τος δὲ ὁ νάρκισσος ἀποστολικοῖς χαρίσμασι λαμπρυνόμενος καὶ τῆς ἡσυχίας ἐρῶν καταλείψας τὴν ἐπισκοπὴν εἰς ἀγνώστȣς τόπȣς ἀπέδρα. πολλὰ δὲ ζητηθέντος ὑπὸ τȣ̃ λαȣ̃ καὶ τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων καὶ μὴ εὑρεθέντος προβάλλεται ἀντ' αὐτȣ̃ ἐπίσκοπος δῖος. μετ' αὐτὸν γερμάνιος. τȣ̃τον διαδέ-

Epiſcopi qui fuerunt Æliæ ab Hadriano uſque ad hoc regnum (f) hi ſunt: (g) Marcus, Caſſianus, Publius, Maximus, Julianus, Cajus, Symmachus, Cajus alter, Capito, Valens, Dolichianus, Narciſſus. Narciſſus iſte Apoſtolicis donis illuſtratus & quietis cupidus relicto Epiſcopatu in loca ignota ſeceſſit. Sæpe autem conquiſitus fuit a populo, & provinciæ Epiſcopis; ſed nuſquam inventus. Eligitur in ejus locum Dius; poſt eum Germanius: huic ſuccedit (h) Gordia-

D d

(a) Sex Herodianus l. 5. c. ult. 8 pro r.

(b) Ex qua nonnulla, ut inquit Lampridius, afferre voluit Romam in honorem Helagabali Dei ſui.

(c) A militibus ut Herodianus l. 5. cap. ult. & Lamprid. & Xiphil. ex l. 80. Dionis, in gratiam conſanguinei Severi Alexandri.

(d) Herodianus XIIII. l. 6. c. ult.

(e) Hæc noſter affert ex Euſeb. l. 6. c. 15. Mulier digniſſima poſterorum memoria, quæ filium moribus optimis regebat.

(f) Poſt Epiſcopos quindecim qui Apoſtolis ad deſtructam ab Hadriano Jeroſolymam rexerant ibi Eccleſiam circumciſi, primus Marcus Epiſcopus creatus eſt incircumciſus. Ejectis enim ex Judæa hebræis deſumebantur ex gentibus Epiſcopi.

(g) Hanc Epiſcoporum Jeroſolymæ ſucceſſionem habet Euſeb. l. 5. c. 12. qui poſt Cajum alterum alium habet Julianum a noſtro librario omiſſum: & qui a noſtro dicitur Germanius, ab Euſebio Germanion.

(h) Iſte trigeſimus Epiſcopus fuit ex noſtro auctore. Euſebius tamen poſt indicatum primum

χεται γόρδιος. ἐπὶ τούτου ὥσπερ ἐξ ἀδύτων πάλιν ἀναφαίνεται νάρκισσος καὶ ἦν σὺν τῷ χειροτονηθέντι ἐπισκόπῳ γέρων πολὺ ὑπάρχον, ὡς εἶναι αὐτὸν τριακοστὸν ἀπὸ τοῦ σωτηρίου πάθους. τοῦ δὲ σὺν αὐτῷ ἐπισκόπου τελειωθέντος. ἦν γὰρ ἐτῶν ΡΙϚ'. ἀλέξανδρόν τινα ἐπίσκοπον ἀπὸ ἑτέρας χώρας ἐλθόντα εἰς προσκύνησιν τῶν ἁγίων τόπων ἀντ' αὐτοῦ κατὰ ἀποκάλυψιν θεοῦ καθιστῶσι ἱεροσολύμων ἐπίσκοπον· τοῦ γέροντος πολλὰ αὐτὸν παρακαλέσαντος. ὅστις καὶ μαρτυρίῳ ὕστερον τελευτᾷ.

dius. Hoc Ecclesiam regente quasi ex secreto loco apparet Narcissus, manebatque una cum electo Episcopo ad grandævam ætatem progressus, ita ut esset a salutifera passione Domini trigesimus. Defuncto simul cum ipso etiam urbis Episcopo; erat enim (a) Narcissus annorum CXVI. (b) Alexandrum quendam Episcopum exteræ regionis hominem qui ad veneranda sacra loca advenerat, in locum Gordii ex revelatione Dei suffecerunt in Episcopum Hierosolymorum, quem sæpius adhortatus fuerat senex, atque hic Alexander inter alios sequente tempore (c) martyrium passus est.

Ea

e Gentilibus electum Marcum l. 4. c. 6. repetit eumdem lib. 5. cap. 12. Deinde ex Gentili sanguine Narcissum appellat trigesimum ab Apostolis, cum ex ejusdem enumeratione sit solum vigesimus septimus. Quia vero vivente Narcisso & in longinquis terris delitescente electi fuerant alii tres Episcopi, & his Narcissus supervixit (ib. c. 9.) in hunc sensum Narcissus est trigesimus. De ejus miraculis Euseb. l. 6. c. 8.

(a) Advertit Eusebius hunc antea Episcopatus munere in Cappadocia functum ad Hierosolymitanam sedem fuisse translatum, non tamen sine iterata divini oraculi significatione. insuetis eo tempore hujusmodi translationibus. Affirmat Constantinus M. canonem esse & apostolicam traditionem, ne quis ab una Ecclesia transeat ad aliam, & propterea Antiochenos monet ut Episcopum eligant quem in Domino dignum judicassent, non tamen Eusebium Pamphili, erga quem magno studio ferebantur. Imperator deinde alia epistola Eusebium ipsum laudat suum Episcopatum non reliquisse, & Antiochenum recusasse. Idem canon ne quis Episcopus aut Presbyter ad alteram sedem & Ecclesiam transeat, repetitur a Theodoreto l. 1. c. 19. Videndus tamen Socrates hist. l. 7. c. 35.

(b) Narcissus nempe qui CXVI. annorum & amplius erat: & ipse hortatus est Alexandrum ut Episcopatum Jerosolymæ susciperet.

(c) Persequente Christianos Decio in carcere martyrium post iteratam fidei confessionem passus est Alexander. Euseb. l. 6. c. 32. Magnis meritis S. hujus Episcopi accedit Bibliotheca Scriptorum Ecclesiasticorum quam ædificavit & confecit Hierosolymæ, de cujus codicibus plurima se desumpsisse affirmat Euseb. l. 6. c. 14., & in suam historiam derivasse. In ea magnam copiam codicum & monumentorum fuisse mihi persuadeo. Commemorat Eusebius v. g. loc. cit. opera Caji viri eloquentissimi qui Romæ contra Phrygum errores scripserat (cujus versus nonnullos habet etiam Rufin. l. 2. c. 25.) Berylli Episcopi Bostræ in Arabia collectiones e variis operibus & epistolis confectas, libellos affert & epistolas Synodorum quæ ejus ætate & antea habitæ fuerant. Erant in ea litteræ Pontificum Romanorum, Episcoporum Latinorum, acta Conciliorum Occidentalium (lib. 6. c. 35.] Irenæi, Miltiadis, & ceterorum quos allegat opera: edicta Imperatorum quæ quoquo modo res Ecclesiasticas respicerent, ut noster ait infra imperante Valentiniano. De his mentionem facit idem cum dicit hanc vel illam legem vel edictum in suum ordinem relatum τετάχθαι hoc est in regestum suum, vel talium rerum collectiones. In eadem erant non solum supradictæ res & aliæ plures litteris & variis linguis descriptæ, sed etiam peculiari apud antiquos arte exaratæ. Ars erat, quæ loco litterarum certis notis & calami ductibus æque ac voces significantibus verba & sensa dicentis vel orantis excipiebant tanta celeritate ut nihil scribentis præteriret diligentiam. Artificem latini dixere Notarium, Græci ταχύγραφον. Citat Euseb. l. 7. c. 23. disputationem Presbyteri Antiocheni, qua coarguebantur errores hominis hæretici, quæ a scribis celeri manu excepta ejus tempore servabatur. De eadem arte affert ali-

Κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους εἰρήνη πολλὴ ὑπῆρχεν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ θεοῦ, ἦν γὰρ ἡ μήτηρ τοῦ αὐτοκράτορος μαμαῖα θεοσεβὴς λίαν. ἐσφάγη δὲ ἀλέξανδρος ὑπὸ τοῦ ἰδίου στρατοῦ καθ' ὑπόστασιν μαξίμου στρατηγοῦ. τὴν δὲ μητέρα αὐτοῦ μαμαῖαν οἱ αὐτοῦ στρατιῶται μετὰ σχοινίου ἀπέπνιξαν. ἐβασίλευσεν δὲ μάξιμος ἔτη Γ'. οὗτος κακῶς τοὺς οἰκείους ἀλεξάνδρου χρησάμενος διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς θεοσεβεῖς διωγμὸν ἤγειρεν κατὰ τῶν χριστιανῶν καὶ τοὺς προεστῶτας τῶν ἐκκλησιῶν ἀναιρεῖσθαι προστάττει ὡς αἰτίους τῆς εἰς τοὺς θεοὺς αὐτοῦ βλασφημίας. ἐσφάγη δὲ ὑπὸ τοῦ ἰδίου στρατοῦ εἰς ἀκυληΐαν. παραλαμβάνει δὲ τὴν ῥωμαίων ἀρχὴν πουπίνος καὶ βαλβίνος μῆνας τρεῖς. τούτους δὲ διαδέχεται γορδιανὸς· καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη ς'. κατὰ τούτους τοὺς χρόνους ἀφρικανὸς ὁ συγγραφεὺς ἐγνωρίζετο. φίλιππος τὸν γορδιανὸν διαδεξάμενος ἐβασίλευσεν ἔτη Ζ'. οὗτος ὁ φίλιππος χριστιανὸς μὲν γεγονὼς ἔν τισι δὲ αἰτίαις

Ea ætate multa pax in Ecclesiis Dei fuit. Erat quippe mater Imperatoris in Deum valide pia. Occisus autem Alexander fuit a suo exercitu per insidias Maximi ducis. Matrem vero Mamæam hujus milites fune strangularunt. Regnavit deinde (a) Maximus annos III. (b) Malus hic homo post familiares Alexandri interfectos, quia in Deum crediderant (c) persecutionem excitavit adversus Christianos, & præsides Ecclesiarum de medio tollendos decernit, utpote blasphemiarum in Deos suos auctores. Occisus est a suo exercitu Aquilejæ. Romanorum Imperium suscipiunt (d) Pupienus & Balbinus tribus mensibus. His succedit Gordianus, & regnat annos VI. Per id temporis floruit [e] Africanus celebris scriptor. Philippus autem successor Gordiani regnavit annos (f) VII. Philippus hic (g) cum factus fuisset

quid Theodoret. 12. c. 31. & l. 4. c. 16. ait Protogenem quendam docuisse pueros hanc artem simul & fidem catholicam. Quin & puellæ in hac eadem arte erant exercitatæ, ut ex Euseb. l. 6. c. 17. Hujus artis præceptor fuerat conterminus nobis Cassianus illustris martyr, de cujus passione Prudentius. Supradictarum notarum collectionem videre licet post inscriptiones Gruteri; imo nonnullas veteres chartas ita exaratas explicuit Carpenier t. 5. nov. tract. *de re diplomatica*. Aliam tamen Bibliothecam Cæsareæ in Palæstina a S Pamphilo martyre necessario suo Eusebius l. 6. c. 25. memorat, ad servanda præcipue Origenis opera: quæ Hieronymi tempore similiter extabat. c. 75. script. Eccl.

(a) Anno 235. Maximus vocabatur Imperatoris filius. Imperator vero Maximinus interfector Alexandri. Ita omnes veteres Scriptores, & numismata utriusque nominis certam faciunt Orthographiam.

[b) Talem describit natura sua Herodianus l. 7. c. 1. exasperatum post detectam in se conspirationem.

(c) Præcipue in Præsides Ecclesiarum, ut Euseb. l. 6. c. 21.

(d) Anno Christi 238.

(e) Vel ut alii Julius Africanus celeberrimus apud antiquos scriptor. Euseb. l. 6. c. 24. V. 31. recenset ejus opera, ejusque testimoniis utitur in libris de præp. & Demonstr. Evang. De eo S. Hieron. Historiam composuerat ab initio mundi ad sua tempora hoc est ad tertium Christi seculum jamdiu inceptum: ut tam alte repetens ut dictum est Gentilibus inculcaret Deum Christianorum rerum omnium creatorem.

(f) Totidem Eusebius. Alii VI. Imperabat anno Christi 244.

(g) Hæc omnia de Philippo Aug. Christianum nempe factum & pœnitentiam publicam subiisse in Ecclesia, habet Euseb. l. 6. c. 27. V. Chron. ejusd. ad Olymp 256. In Excerptis de Constantio Chloro & Constantino M. auctoris ignoti, quæ impressa sunt post Amm. Marcellinum Valesii: *Constantinus primus Christianus excepto Philippo qui Christianus admodum ad hoc tantum institutus fuisse mihi visus est ut millesimus Roma annus Christo potius quam Idolis dicaretur*. Tunc ludi tribus diebus diu noctuque celebrati, & innumerabiles bestiæ interfectæ. In his spectatus fuit Hippopotamus quadrupes superioris Ægypti, qui ab eo seculo in Europa

περιπεπτωκώς· ἠθέλησεν ἐν τῇ ἁγίᾳ τῦ πάσχα παννυχίδι τῶν ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας εὐχῶν τῷ πλήθει μετασχεῖν. ῦ πρότερον δὲ ὑπὸ τῦ τῄνικάδε προεςῶτος ἐπετράπη εἰσβαλεῖν πρὶν τοῖς ἐν παραπτώμασιν ἐξεταζομένοις μετανοίας τε χῶραν ἔχϐσιν ἑαυτὸν ἐγκατατάξει. ὃς τὸ γνήσιον τῆς περὶ τὸν θεῖον φόβον διαθέσεως ἔργοις ἐπιδειξάμενος προθύμως κατεδέξατο ποιῆσαι τὸ προςαχθέν. ἀλλ᾽ ὁ ὑπηρέτης τῦ σατανᾶ δέκιος τῦτον ἀποκτείνας κατέσχεν τὴν βασιλείαν ἔτη Β΄. ἐπὶ τϐτϐ διωγμῦ χαλεπῦ κινηθέντος ϐκ ἐυαρίθμητοι κατὰ τόπον ἐμαρτύρησαν. κατὰ τϐτϐς τϐς χρόνϐς ναυάτος τῆς ῥωμαίων ἐκκλησίας πρεσβύτερος ὢν ἀπέσχισεν ἑαυτὸν τῆς ἐκκλησίας ἕνεκεν τῆς αἰτίας ταύτης.

Δεκίϐ κατὰ χρόνον διωγμὸν κινήσαντος ἐπλανήθησαν τινὲς ἐξ αὐτῶν ϰ̓ ἐπέθυσαν. ϐτοι εἰς αἴσθησιν ἐλθόντες τῦ πταίσματος ἐπέδωκαν ἑαυτϐς αὖθις τῇ ἐκκλησίᾳ βϐλόμενοι ἀξίαν τῦ πταίσματος μετάνοιαν ποιήσασθαι ϰ̓ δι᾽ ἐξομολογήσεως τῆς τῶν πιςῶν ἀξιωθῆναι κοινωνίας. ὁ ϐν νχυάτος ὑπερηφανίᾳ ἀρθεὶς ϐκ εἴα τϐτϐς δεχθῆναι λέγων,

ſet Chriſtianus & in quædam crimina incidiſſet, voluit in ſancto pervigilio Paſchatis precum quæ fiebant in Eccleſia una cum plebe particeps eſſe. Non prius tamen ab ejus officii (a) præſide permiſſus eſt admitti, quam in ordinem eorum, quorum erant explorati lapſus & pœnitentiæ locum haberent, ſeipſum collocaret: idemque veram affectionem pietatis & divini timoris oſtendens, prompte ſuſcepit faciendum quod fuerat injunctum. Verum miniſter Satanæ Decius (b) illo occiſo annos II. regnum occupavit. Eo imperante excitata ſæviſſima perſecutione innumerabiles per loca ſingula martyrium paſſi ſunt. Circa hunc temporis curſum Novatus qui erat Romanæ Eccleſiæ presbyter, iſta de cauſſa ſe ab ea ſeparavit.

Decio tunc per perſecutionem [c] ſæviente in errorem ceciderunt quidam Chriſtiani, & idolis ſacrificarunt. Iſti cognito ſuo lapſu, rurſus Eccleſiæ ſe tradiderunt, animo dignam erroris pœnitentiam agendi, & per confeſſionem ſperantes ſe communioni fidelium reddendos. At [d] Novatus ſuperbia elatus non ſinebat hos recipi, dicens fieri

ut puto viſus amplius non eſt, neque illum quiſquam eorum qui peregrinationes ſuas ad Orientem & meridiem deſcripſerunt, ſe vidiſſe affirmat. Conſpicitur inciſus in nummis Imperatoris. Vid. diſſertatio Moneliæ de Philippis.

(a) Epiſcopum inquit Euſeb. l. 6. c. 27. cui Imperator peccata ſua confeſſus ad pœnitentiæ Sacramentum ſuſceptus eſt per canonicam pœnam.

(b) Anno 249. æræ currentis.

(c) De hac crudeliſſima perſecutione Decii Euſeb. l. 6. c. 22. V. c. 29. & ſequentibus. Lact. de mort. perſ. ait *furere protinus contra deum cœpit*. Eum Imperatorem Deo volente Getæ bellantes devicerunt. Idem in oratione Conſtantini c. 22.

(d) Hunc Romanæ Eccleſiæ Presbyterum Novatum dum noſter dicit, ſequitur Euſebium hiſt. l. 6. c. 35. In Chronico tamen Novatum Chartaginenſis Eccleſiæ. Novatianum Romanæ Preſbyteros Euſebius ait ad olymp. 257. regnantibus Gallo & Voluſiano. Illi (Novatus & Novatianus) ergo Romæ collatis conſiliis ſchiſma contra Cornelium Papam excitant & tuentur, Catharorum errores inducunt negantium inter alia, lapſos in grave delictum, Eccleſiæ & ſanctis myſteriis unquam reconciliandos. Longe lateque error iſte turbavit fideles. Accurate ut ſolet de iis Tillemontius. Tempore S.Joann. Chryſoſtomi tolerabantur Conſtantinopoli Novatiani ibique habebant Epiſcopum ut dicetur infra. Cornelius contra ante oculos habebat

ὅτι ἀδύνατον αὐτὰς ἐςι σωθῆναι κἂν εἰ πάντα τὰ εἰς ἐπιςροφὴν γνησίαν ϗ καθαρὰν ἐξομολόγησιν ἐπιτελοῖεν. ἀλλὰ γὰρ κορνηλίου τοῦ τῆς ῥωμαίων ἐκκλησίας τό τηνικαῦτα ἐπισκόπου δεχθῆναι τούτους δικαιώσαντος, ὁ ναυάτος ἑαυτὸν χωρίσας τῆς ἐκκλησίας ἰδίας αἱρέσεως γεγένηται ἀρχηγός. ἐκ τούτου εἰσὶν οἱ ἀπὸ σαββατίου τοῦ πρεσβυτέρου σαββατιανοὶ λεγόμενοι ἐξακιονῖται. οὗτοι πασχατίζουσιν οἵᾳ δήποτε ἡμέρᾳ τῆς ἑβδομάδος ἐμπέσῃ ἡ ΙΔ'. τῆς σελήνης. δεκίου δὲ σὺν παισὶ κατασφαγέντος διαδέχονται αὐτὸν γάλλος ϗ βουλουσιανὸς ϗ ἐβασίλευσαν ἔτη Γ.

Κατὰ τούτους τοὺς χρόνους ἐν πτολεμαΐδι τῆς πενταπόλεως ἡ κατὰ σαβέλλιον αἵρεσις συνέςη, ἥτις τὸν αὐτὸν εἶναι πατέρα ϗ ὑιὸν ϗ ἅγιον πνεῦμα ἔλεγεν. οὐαλεριανὸς ϗ γαλλίηνος ὑιὸς αὐτοῦ τοὺς περὶ τὸν γάλλον διαδεξάμενοι ἐβασίλευσαν ἔτη ΙΔ'. ἐφ' ὧν

fieri non posse ut ii salutem consequerentur etiamsi omnia ad veram conversionem, & sinceram exomologesim perfecissent. Verum Cornelio Romanæ Ecclesiæ tunc Episcopo judicante justum esse illos recipi; Novatus se separavit ab Ecclesia, & propriæ hæresis factus est auctor. Ab eo originem ducunt qui a Sabbatio Presbytero Sabbatiani dicuntur [a] Exacionitæ. Hi Pascha celebrant quacunque tandem die hebdomadæ ceciderit quarta decima dies Lunæ. Decio autem cum filiis de medio sublato succedunt Gallus & Volusianus, qui annos III. regnarunt.

Iis temporibus Ptolemaide Pentapoleos exorta est Sabellii (b) hæresis, quæ eundem esse Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum affirmabat. (c) Valerianus & Gallienus ejus filius in regnum Galli cum successissent, regnarunt annos XIIII.

dictum Christi *se venisse non justos vocare sed peccatores*, & Petrum suum decessorem, quamvis magistrum negasset, non solum ab eo susceptum pœnitentem, sed postea primatu totius Ecclesiæ suæ donatum, & monitum ut peccata usque septuagies septies dimitteret: quod perpetuo post Petrum in Ecclesia fuerat servatum. V. festivum dictum Constantini M. ad Episcopum Novatianorum. Socr. l. 1. c. 7.

[a] Exacionitæ. Legendum ἐξωκιονῖται. *Exocionitæ*. Addit hoc in loco noster mentionem propaginis miserandæ hæresis & schismatis Novatianorum. Sabbatius quidam origine Judæus, postea Christianus Novatianis adhæsit: deinde a Marciano ejus sectæ Episcopo per errorem ad presbyteratum promotus, nunquam dimisit ex animo Judæorum religionem; idcirco etiamsi quarta decima lunæ dies in Sabbatum incurrisset, eadem die alios antevertens Pascha celebrabat solus, & postridie cum ceteris conveniebat, & mysteria Paschalia cum illis participabat; & in universum semper hunc ritum tenuit celebrandi Pascha: quem ritum postea alii adoptaverant eum secuti. Nactus postea multos sectatores Episcopatum assumpsit. Ex eo, ut videtur, non una fuit secta. Ex iis enim multi hæresim Arii susceperunt ita ut cum Exocionitis sæpe conjungatur appellatio Arianorum, ut patet pluribus in locis Chronici Paschalis, & speciatim cum agitur de morte Theodorici, post quem regnavit Atalaricus *ἦν δὲ Ἀρειανὸς τῷ δόγματι ὅ ἐστιν ἐξωκιονίτης*. Sic appellati sunt primum CPoli a loco ubi sacrorum caussa conveniebant, & plurimi habitabant ἔξω nimirum *extra* murum a Constantino M. ædificatum, ultra quem erat *κίων columna*, supra quam statua ejusdem Imperatoris, & locus dicebatur ἐξώκιον ex Codin. Orig. CPol. V. Suiceri Thesaur. Eccl. De Sabbatio V. Socr. lib. 5. c. 20. Sozom. l. 7. c. 18. Ejus occasione afferunt historici illi variantes observationes alias & diversos ritus Ecclesiarum de quibusdam rebus. Vide etiam Valesium in supradicta loca. Similia habet etiam Nicephorus l. 12. c. 33. & 34.

[b] Ex Dionysio Ep. Alexandr. Euseb. l. 7. c. 5. Quanquam hæresis eorum qui negant distinctionem personarum in Deo, tribuatur Sabellio, credi potest alios ante eum hoc affirmasse; ut videre est apud recentiores nonnullos, Sabellius errorem suum prædicare cœpit Ptolemaide Pentapoleos in Libya.

[c] In Epitome Aur. Vict. annos XV.

διωγμȣ̃ κινηθέντος πλεῖςοι ἐμαρτύρησαν ἐν πολλοῖς τόποις. ὧν ἐπίσημοι πρίσκος ἐν καισαρείᾳ τῆς παλαιςίνης. μάλχος. ἀλέξανδρος. μαρίνος. ϗ ἀςέριος τῶν ῥώμης συγκλητικῶν. τότε ὁ μέγας γρηγόριος ὁ θαυματȣργὸς ἐχειροτονήθη πρῶτος ἐπίσκοπος νεοκαισαρείας, πόντȣ ἐπαρχίας. ὃς βιόν ἀγγελικὸν ϗ δυνατὸν ἐπιδειξάμενος τοῖς τότε παρὰ πάντων λατρευομένοις δαίμοσι φοβερὸς ἐφάνη, ἐξορισικῶς αὐτοῖς ἐπιτάττων. ὃς φαινόμενος τοῖς διώκȣσιν αὐτὸν ςρατιώταις ȣ̓χ ἑωράτω σκεπάζοντος τȣ̃ θεȣ̃ τὰς τȣ́των ὄψεις. τότε γεγόνασιν ὁμολογηταὶ διονύσιος ἐπίσκοπος ἀλεξανδρείας. φίλιξ ἐπίσκοπος ῥώμης. διονύσιος δὲ πρὸς πλείςοις ἄλλοις συγγράμμασι καὶ κανόνα ἐκτίθεται ὀκταετέριδος, ὅτε μήτε ἄλλοτε ἢ μετὰ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν προσήκοι τὴν τȣ̃ πάσχα ἑορτὴν ἐκτελεῖν.

Ὁ δὲ ȣ̓αλεριανὸς συμβαλὼν πόλεμον μετὰ περσῶν ϗ ἡττηθεὶς παρελήφθη ὑπ' αὐτῶν. ὁ δὲ ὑὸς αὐτȣ̃ γαλλίηνος ἔπαυσεν τὸν κατὰ τῶν χριςιανῶν διωγμόν. ἐν δὲ αἰλίᾳ ἀλέξανδρος

Quibus regnum obtinentibus mota (*a*) persecutione plurimi martyrium passi sunt in multis locis. Inter quos illustris (*b*) Priscus in urbe Palæstinæ Cæsarea Malchus & Alexander, Marinus vero, & Asterius Senatores Romani. Tunc Magnus Gregorius (*c*) Thaumaturgus, hoc est miraculorum patrator, electus est primus Episcopus Neocæsareæ in provincia Ponti. Qui vitam Angelicam, & sanctissimam cum ostendisset, timendus Dæmonibus qui ab universis tum adorabantur, extitit, & eos abscedere jubebat. Idem in conspectum militum qui eum conquirebant veniens non est visus, oculos eorum Deo impediente. Tunc facti sunt Confessores Dionysius Episcopus Alexandriæ (*d*), Felix Episcopus Romæ. Dionysius inter plurima alia scripta etiam (*e*) canonem seu regulam octaëteridis edidit, qua non alio tempore quam post vernum æquinoctium, conveniat Paschæ solemnitatem celebrare.

Valerianus dum bellum movit [*f*] Persis, victus ab ipsis captus est. Filius autem ejus Gallienus persecutionem in Christianos [*g*] sedavit. Ælix vero (*h*) Alexander martyr

[*a*] Dionysius supradictus apud Euseb. l. 7. c. 10. vocat vehementissimam persecutionem.
[*b*] Euseb. l. 6 c. 11. & de duobus aliis c. 14.
(*c*) Socrat. hist. l. 2. c. 22. Niceph. l. 11. c. 19. Basilius de Spiritu S. l. 2. & Greg. Nyss. oratione in ejus laudem scripta. Ejusdem homiliam in vetere codice detectam non ita pridem Græce & Latine evulgavit Reverendissimus Mingarellius Canonicorum Regul. S. Salvatoris Abbas generalis. [*d*] De Felice Papa Euseb. l. 7. c. 26.
[*e*] De hac periodo annorum 8. pauca agit Petav. ration. temp. p. 2. c. 5. plura in libr. de doctr temporum. V. etiam Euseb. l. 7. c. 17. V. 20.
[*f*] Dictum est supra, Nostrum Persis tribuere nonnulla quæ ad Parthos spectabant. Herodianus qui de his locutus fuerat, incipit commemorare Persas sub Severo Alexandro Imp. l. 6. hist. c. 2. regnante Artaxerxe Persa qui devictis Parthis & Artabano eorum Rege recuperare voluit quæcunque ad dominationem veterum Persarum pertinuissent totamque Asiam ad mare Ægeum usque. Inde Romanis adversus Persas plurima bella. Xiph. in Alexaudr. Notandum est Eutropium indicare Parthos Mesopotamia occupata Syriam sibi vindicasse sub Gallieno, cum Aurelius Victor tunc hostes Romanorum dicat Persas.
[*g*) De persecutione sedata apud Euseb. l. 7. c. 13. sunt litteræ Gallieni Imp. id præcipientis, & Episcopis quæ habebant antea restituentis.
(*h*) Dictum est supra de martyrio hujus Episcopi Hierosolymitani, cui successit Mazabanes. Euseb. l. 6. c. 32. Isti demortuo suffectus est Hymenæus. Id. l. 7. c. 13.

μαρτυρήσας, μαρζαβάνην διάδοχον τῆς λειτεργίας κατέλιπεν. κ̀ τῦτον ὑμέναιος διαδέχεται. μετὰ δὲ ὐαλεριανὸν κ̀ γαλλίηνον, κλαύδιος ἐβασίλευσεν ἔτη Β'. κ̀ τῦτυ διάδοχος κατέςη αὐρηλιανὸς ἔτη ς'. ἐφ' ὗ παῦλος ὁ σαμοσατεὺς τὴν ἀρτέμωνος αἵρεσιν ἀνενεώσατο ψιλὸν ἄνθρωπον καὶ αὐτὸς γεγενῆσθαι τὸν κύριον ἡμῶν ἰησῦν χριςὸν λέγων· καθ' ὗ σύνοδος ἐπισκόπων συνῆλθεν ἐν ἀντιοχείᾳ ἧς ἐξῆρχεν ὁ μέγας θαυματυργὸς γρηγόριος ἐπίσκοπος νεοκαισαρείας· ἕλενος ἐπίσκοπος τάρσυ· ὑμέναιος ἐπίσκοπος ἱεροσολύμων· μάξιμος ἐπίσκοπος βόςρων· νικομᾶς ἐπίσκοπος ἰκονίυ καὶ λοιποί. οἵτινες τὸν ἄθεον κατεξετάσαντες καὶ βλάσφημον εὑρηκότες καθεῖλον.

tyr occumbens Marzabanem successorem in sacris rebus reliquit. Huic Hymenæus similiter suffectus est. Post Valerianum & Gallienum (a) Claudius regnavit annos II. Et hujus constitutus successor est Aurelianus per annos VI. (b) Sub eo (c) Paulus Samosatenus Artemonis hæresim innovavit, purum hominem & ipse natum fuisse Dominum nostrum Jesum Christum dicens. Contra eum coacta est Synodus Episcoporum Antiochiæ, in qua sententiam protulerunt magnus Thaumaturgus Gregorius Episcopus Neocæsareæ, Helenus Episcopus Tarsi, Hymenæus Episcopus Hierosolymorum, Maximus Episcopus Bostræ, Nicomas Episcopus Iconii, & alii qui inventum blasphemum, & recognitum atheum damnaverunt.

Ὁ δὲ αὐρηλιανὸς κεραυνωθεὶς ἐκ θεῦ θνήσκει. διαδέχεται δὲ αὐτὸν τάκιτος μῆνας Ζ'. ἐσφάγη δὲ ἐν τῷ πόντῳ. τῦτυ δὲ πρόβος διάδοχος ἐγένετο ἔτη ς'. ἐσφάγη δὲ ὑπὸ τῦ ςρατῦ ἐν σερμίῳ. μετὰ δὲ τῦτον διαδέχεται τὴν βασιλείαν κάρος σὺν τοῖς ὑοῖς αὐτῦ καρίνῳ καὶ νυμεριανῷ ἔτη Β'. κατὰ τύτυς τὺς χρόνυς ὁ τῆς μανίας ἐπώνυμος τῇ τῦ λογισμῦ παρατροπῇ καθοπλίζετο. τῦ δαίμονος αὐτῦ δὴ τῦ θεομάχυ σατανᾶ ἐπὶ λοίμῃ πολλῇ τὸν ἄνδρα προβεβλημένον. βάρβαρος δῆτα τὸν βίον ὑ-τος ὢν λόγῳ καὶ τρόπῳ δαιμονιακὸς μανιώδης ἀκόλυθα τύτοις ἐγχειρῶν πο-

Aurelianus vero fulmine (d) percussus a Deo diem suum obiit. Ipsi substituitur Tacitus mensibus VII. Obtruncatus est in Ponto. Locum ejus tenet Probus annos VI. occisus tandem Sirmii ab exercitu. Succedit ei in Imperio Carus unà cum Carino & Numeriano per annos II. Per id temporis ille qui a mania (e) seu furore & insania aptissimum nomen habuit, per depravationem rationis armabatur. Quem Dæmon ejus, nempe Dei inimicus Satanas magna pernicie munitum hominem protulit. Barbarus videlicet vita iste cum esset, sermone & moribus dæmoniacus, & furiosus, talibus

(a) Euseb. l. 7. c. 23. & ceteri Latini: sic de Aureliano iidem.
(b) Qui regnare cœperat anno 270.
(c) Ejus errores habet epistola Episcoporum qui contra eos Antiochiæ convenerunt, quæ est in Euseb. l. 7. c. 24. & antea c. 22. de eadem re. V. c. 30. Asserebat Paulus Patrem unam in Deo personam, & Christum nihil præterquam hominem esse: & hoc item volebat Artemon l. 5. c. 27.
(d) Euseb. in Chron. Olym. 264. Ibi mentio est de Tacito Imp. quem in historia prætérit.
(e) De insania Manetis auctoris Manichæorum Euseb. lib. 7. cap. 25. V. cap. 31. Socr. lib. 1. c. 17.

τὲ μὲν τὸν παράκλητον καὶ αὐτὸ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον αὐτὸς ἑαυτὸν ἀνεκήρυττεν. ποτὲ δὲ δια χριςȣ̃ μαθητὴς δώδεκα κοινωνȣ̀ς τῆς καινοτομίας ἀράμενος δόγματα ψευδῆ ϗ ἄθεα ϗ ἐκ μυρίων τῶν πρόπαλαι αἱρέσεων συμπεφορημένα καττύσας ἐκ τῆς περσῶν ἐπὶ τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκȣμένην ὥσπερ τινὰ θανατηφόρον ἐξωμόρξατο. ἀφ' ȣ̃ δὴ μανιχαίων δυσσεβὲς ὄνομα τῆς πολλοῖς εἰς ἔτι νῦν ἐπιπολάζει. Τῶν μυσαρῶν μανιχαίων ἡ αἵρεσις ἔσχεν ἀρχηγὸν σκυθιανόν τινα ȣ̈τω καλȣ́μενον τῷ γένει σαρακηνόν. τȣ́τȣ μαθητὴς γέγονεν βοδδᾶς ὁ πρὶν λεγόμενος τερέβινθος. ȣ̈τος παιδευθεὶς ὑπὸ σκυθιανȣ̃ τὰ ἑλλήνων τὴν ἐμπεδοκλȣ̃ς ἠγάπησεν αἵρεσιν δύο λέγοντος ἀρχὰς ἀλλήλαις ἀντικειμένας. εἰσελθὼν δὲ ἐν τῇ περσίδι ἐκ παρθένȣ ἔλεγεν ἑαυτὸν γεγενῆσθαι, ἀνατετράφθαι δὲ ἐν τοῖς ὄρεσιν.

libus consentanea adorsus modo (a) Paraclitum & ipsum Spiritum Sanctum se ipse prædicabat; modo tanquam Christi imitator & discipulus duodecim participibus suæ novitatis electis dogmata falsa, & in Deum impia, & sexcenta ex antiquis hæresibus desumpta concinnans, e Perside in nostras regiones tanquam aliquam pestem transtulit. Unde impium Manichæorum nomen multis in hanc usque diem adhæsit. Abominanda Manichæorum hæresis antistitem habuit Scythianum quendam ita vocatum, natione Saracenum. Hujus discipulus evasit (b) Boddas, antea dictus Terebinthus. Edoctus hic a Scythiano res Gentilium, Empedoclis amplexatus est hæresim, qui duo principia sibi contraria affirmabat. Cum autem in (c) Persidem (d) venisset, de virgine se natum dicebat, sed in montibus enutritum.

Οὗτος συνέγραψε τέσσαρας βίβλȣς οἷς ἐπιτέθεικεν ὀνόματα ταῦτα. τῷ Α'. τῶν μυςηρίων. τῷ Β'. εὐαγγέλιον. τῷ Γ'. θησαυρὸν. τῷ Δ'. τῶν κεφαλαίων.

(e) Scripsit iste quatuor libros, quos his nominibus inscripsit: primum Mysteriorum, alterum Evangeliorum, tertium Thesaurorum; quartum Capitulorum.

Οὗτος ὁ βοδδᾶς ὁ ϗ τερέβινθος ὑπὸ πνεύματος ἀκαθάρτȣ διασκευασθεὶς ἀπώλετο. γυνὴ δέ τις παρ' ᾗ κατέλυσεν τὸν βίον τὰ χρήματα τȣ́τȣ καὶ τὰς βίβλȣς κληρονομήσασα ὠνεῖται παῖδα ἑπταετὲς ὀνόματι κȣ́βρικον. τȣ̃τον ἐλευθερώσασα καὶ διδάξασα γράμματα κληρονόμον τῶν ἑαυτῆς ἁπάντων καθίςησι. λαβὼν δὲ τὰ βιβλία τȣ̃ βοδδᾶ καὶ τὰ χρήματα ὁ κȣ́βρικος τὴν περσίδα διήρχετο μάνην ἑαυτὸν ὀνομάζων καὶ τῆς

Boddas iste, qui & Terebinthus, ab impuro spiritu actus interiit. Mulier autem quædam, apud quam obiit, pecuniarum ejus & librorum heres (f) puerum emit septennem nomine Cubricum. Hunc manumisit, & litteras docuit, & heredem ex asse fecit. Nactus libros Boddæ & pecunias Persidem peragravit se cognominans Manetem, & errorum Boddę factus pręco libros ejus suo

(a) Euseb. l. 7. c. 25.
(b) Socrat. l. 1. c. 17.
(c) V. Plutarch. de Isid. & Osir.
(d) Ex Ægypto ubi ejus auctor Scythianus suam collocaverat sedem.
(e) Socrat. ibid. & sequentia.
(f) Potius παιδάριον.

πλάνης τȣ̃ βοδδᾶ κήρυξ γενόμενος ἴδια τὰ βιβλία λέγων εἶναι πονήματα. ταῦτα δὲ ἔσχεν ἀρχὴν ἐν τοῖς χρόνοις διονυσίȣ τȣ̃ ἐπισκόπȣ ἀλεξανδρείας καὶ ἔτι ἀνωτέρω.

Τȣ̃τον μανέντα ὁ βασιλεὺς περσῶν ζῶντα ἐξέδειρεν δι᾽ ἣν ἐποίησεν αὐτὸς ὁ μάνης ἐπίθεσιν εἰς τὸν ἀσθενήσαντα τȣ̃ βασιλέως ὑόν. κάρος δὲ ἅμα τοῖς παισὶν αὐτȣ̃ κεραυνωθεὶς ἐν μεσοποταμίᾳ θνήσκει. μετὰ δὲ τȣ́τȣς μετέρχεται τὴν βασιλείαν διοκλητιανὸς καὶ μαξιμιανὸς εἴκοσι καὶ ἓν ἔτος. ἐπὶ τȣ́των ὁ βαρύτατος καὶ μακρότατος τῶν χριστιανῶν γέγονε διωγμὸς, ἐν ᾧ ἀναρίθμητοι καὶ θεῷ μόνῳ ἐγνωσμέναι μυριάδες ἐμαρτύρησαν. ἐν αἰλίᾳ δὲ ὑμέναιος τὴν λειτȣργίαν καταπαύσας ζάβδαν διάδοχον ἑαυτȣ̃ κατέλιπεν. καὶ τȣ́τȣ τελευτήσαντος ἑρμῶν τὸν θρόνον κατέσχεν ἱεροσολύμων. οἱ δὲ περὶ διοκλητιανὸν καὶ μαξιμιανὸν τὸν ἐπίκλεν ἑρκάλιον με-

suo labore compositos fuisse jactabat. Initium hujusmodi habuit impium dogma temporibus (a) Dionysii Episcopi Alexandriæ, & superioribus.

(b) Maneti huic etiam tum vivo Rex Persarum pellem detraxit, eo quod imposuerat se filio Regis infirmo, & paulo post mortuo salutem redditurum. Carus una cum filiis fulmine ictus in Mesopotamia (c) obit. Post in imperio domini perstiterunt Diocletianus & Maximianus per annos unum & viginti. Istis imperantibus, gravissima & maxime diuturna Christianorum secuta est persecutio in qua innumerabiles, & Deo soli cognitæ (d) myriades nostrorum hominum martyrium passæ sunt. Æliæ vero Hymenæus cum sacris præesse per obitum cessasset, Zabdæ locum suum reliquit. Et hoc similiter defuncto Hermon Jerosolymorum thronum obtinuit. (e) Hi circa imperium Diocletiani, & Ma-

 xi-

(a) Celebris Episcopi Alexandrini in Ægypto, cujus epistolarum particulas multas habet Eusebius hist. lib. 6. & 7. Episcopatum cepisse creditur anno Philippi quinto, Christi 247. & tenuisse annos 17. ad annum Gallieni 12. Christi 264.

(b) Manes dicebatur in Oriente propagator istius hæreseos. In Græcia ejus sectatores Manichæum dixerunt quasi seminatorem doctrinæ cœlestis, a manna cœlitus fuso & hominibus apportato. Etymologia ἀπὸ τȣ̃ χέειν μάννα. Socr l. 1. c. 17. ubi dicitur excoriatus.

[c] Post triennium non integrum. Euseb. l. 7. c. 24.

(d) De ea persecutione omnium crudelissima Severus, *quæ per decem continuos annos plebem Dei depopulata est: quippe certatim gloriose in certamina ruebatur, multoque avidius tum martyria gloriosis mortibus quærebantur, quam nunc Episcopatus pravis ambitionibus appetuntur: nullis unquam magis bellis mundus exhaustus est*. Enarravit Eusebius per 25. capita lib. 8. plurimas martyrum passiones. Ab initio imperii Diocletianei, hoc est a die 27. Septembris anni æræ vulgaris 284. Chronologi peculiarem æram constituerunt, quam æram Martyrum sive Diocletiani dixerunt, etiamsi revera persecutio tardius initium haberit. Descriptionem diffusam persecutionis videre est in Lactantio de mort. persec. qua liber fere totus occupatur, & inter recentiores in Tillemont. Perduravit usque ad regnum Constantini Magni annos decem & menses quatuor ut ibi dicitur. Addit Severus: *Extant etiam mandatæ litteris præclara ejus temporis Martyrum passiones.* Ecclesiæ enim passiones quæ apud se evenerant, aliis Ecclesiis notas per epistolas facere solebant, ut Deo gloriam & fidelibus animum & fortitudinem conciliarent. Collegit has egregius Ruinart volumine inscripto *Acta Martyrum sincera*, quæ sine aliqua consolatione & fructu legi nequeunt a Christianis.

[e] Euseb. l. 8. c. 26. V. 14. &c. Credidit Valesius opus *de martyribus Palæstinæ*, quod Eusebius alicubi innuit a se scriptum, a Christophorsono, aut ab aliis fuisse annexum libro octavo historiæ ejusdem, qui capitibus undecim tantum contineretur. Idem ergo post 11. capita quæ eadem habent quæ in capitibus undecim libri 8. versionis Christophorsoni, addit descriptionem Eusebianam dictorum Martyrum quam in capita 13. partitur, & octavo libro adjungit quasi rem ab historia separatam.

τὰ τὸ ἀποκτεῖναι αὐτὰς τῶν ἁγίων πολλὰς μυριάδας ὥσπερ κόρον λαβόντες τῶν κακῶν τῇ ὑπερβολῇ τῆς ἀπονοίας ἀρθέντες προφάσει θεοποιΐας ἀλιτάρχαι γενόμενοι ἐκ συνθέματος ἀπέθεντο τὸ βασίλειον καὶ εἰς ἰδιωτικὴν διαγωγὴν κατεςάθησαν.

Μαξιμιανὸς δὲ ὁ λεγόμενος γαλέριος καὶ μαξέντιος ὁ υἱὸς τοῦ ἐρκουλίου κατέσχον τὴν ῥωμαϊκὴν ἡγεμονίαν ἔτη Θ´. ὁ μέντοι μαξιμιανὸς τοῖς τῆς ἑώας μέρεσιν διέτριβεν, ὁ δὲ μαξέντιος ἐν αὐτῇ τῇ ῥώμῃ τῇ μεγίςῃ τὰ βασίλεια ἐποιεῖτο. θῆρες ἄγριοι οὗτοι καὶ πᾶν εἶδος κακίας μετερχόμενοι καὶ σφοδρῶς κατὰ τῶν χριςιανῶν ἐπιμαινόμενοι. συνεβασίλευσε δὲ αὐτοῖς κατὰ τὴν βρετανίαν κῶνςας ὁ μέγας ὁ τοῦ μεγάλου κωνςαντίνου πατήρ. ἀνὴρ τὰ πάντα πρᾳότατος καὶ γαληνότατος. εὐσέβειαν ἀσπαζόμενος καὶ εἴδωλα βδελυσσόμενος καὶ λίαν τοὺς χριςιανοὺς ἀποδεχόμενος. ὁ δὲ κωνςαντῖνος ἔτι ὑπάρχων παῖς παρὰ τῷ τῆς ἑώας τυράννῳ ἐτρέφετο παιδευόμενος τὴν ἑλληνικὴν σοφίαν. ὅθεν αὐτῷ καὶ ἐν παλαιςίνῃ ὄντι καὶ θεωροῦντι ὅσα πάσχουσιν οἱ χριςοῦ δοῦλοι, ἐδάκνετο τὴν ψυχήν. ἦν γὰρ μισοπόνηρος ἐκπαιδόθεν. τὸν δὲ διοκλητιανὸν ἐν δελματίᾳ ὑπάρχοντα κατέλαβεν θεήλατος ὀργή. καὶ ὀγκωθεὶς τὸ σω-

ximiani cognomento Herculii, Episcopi fuerunt. Postquam multas Sanctorum myriadas occiderant illi tanquam satiati malis, spe & cupiditate otii impulsi, quamvis prætextu pietatis, retinendi scilicet cultusDeorum, essent sceleratorum summi (a) duces, ex condicto dimiserunt Regiam dignitatem, & ad privatorum vitam transierunt.

Maximianus autem qui dictus est Galerius, & Maxentius Herculii filius Romanum Imperium annos (b) VIIII. rexerunt. [c] Porro Maximianus in partibus Orientis degebat; Maxentius vero in urbe maxima Roma regnum administrabat. Feræ immites isti, & omnis generis malitiæ appetentes, & contra Christianos (d) furentes vehementer. Simul cum eis regnare cœperat in Britannia (e) Constantius magnus magni Constantini pater. Vir per omnia mitissimus, & placidissimi vultus: pietatis sectator, & ab Idolis abhorrens, & Christianos libenter excipiens. (f) Constantinus interea adhuc puer apud Tyrannum alebatur in Oriente; & veterum Græcorum sapientia excolebatur. Unde in Palæstina degens, & quæcunque servi Christi patiebantur perspiciens, animo cruciabatur. Erat enim ab infantia osor malorum. [g] Diocletianum in Dalmatia viventem irá divina aggressa est; intumescens corpore in multis membris

(a) Scribendum ἀλειτάρχαι ab ἀλειτεία peccatum.
(b) Ab anno 312. Pagius ibid. Euseb. l. 9. c. 8 Numerus annorum intelligendus est regni tam Cæsarei quam Augustei. Galerius Maximianus non multo post interitum Maxentii periit.
[c] In Græco dicitur Maximianus pro Maximino. Vid. Euseb. l. 8. c. 27. Val. c. 14.
(d) Idem ibidem plura.
(e) Eutrop. breviar. l. 10. Euseb. hist. l. 8. c. 26. & de vita Const. l. 1. c. 12. Ita ut in Græco nostro videatur corrigenda vox κῶνςας. Eum tamen Niceph. l. 7. c. 18. & 19. Constantem vocat, non Constantium.
(f) Euseb. lib. 1. cap. 13.
[g] Vid. Euseb. libri 8. extrema capita.

μα εἰς πολλὰ διεῤῥήγνυτο. τῆς δὲ βλασφήμȣ αὐτȣ̃ γλώσσης σαπείσης ἐν τῷ λάρυγγι αὐτȣ̃ κ̀ πλῆθος σκωλήκων αναβρασάσης ȣ̔́τως ἀπέδωκεν τὸ πνεῦμα.

bris disruptus est. Blasphema ejus lingua putrescente in ipso gutture, & multitudinem vermium ebulliente: sic reddidit spiritum.

Ὁ δὲ ἑρκȣ́λιος μαξιμιανὸς ἐν τάρσω τῆς κιλικίας κατέστρεψε τὸν βίον. ὁ δε γαλέριος μαξιμιανὸς ὥσπερ ἄδειαν λαβὼν ἀθέως ἅμα κ̀ ἀνημέρως ἐκέχρητο τῇ τυραννίδι. γυναικομανȣ̃ς γὰρ γενομένȣ αὐτȣ̃, ἀγῶνα εἶχον οἱ ὑπ' αὐτὸν τελȣ̃ντες πȣ̃ κρύψωσι τὰς ἰδίας γαμετὰς κ̀ τὰς θυγατέρας ἀπὸ προσώπȣ τȣ̃ τυράννȣ. εἰς τοσȣ̃τον δὲ ἦν ἐκτετηκὼς τῇ τῶν πλανώντων αὐτὸν δαιμόνων ἀπάτῃ ὡς μὴ ἀνέσχεσθαι τινὸς γεύσασθαι ἄνευ μαντείας. τῶν δὲ χριστιανῶν πᾶν ὀλέθριον γενέσθαι προσέταξεν. ȣ̓ μόνον διὰ τὴν ἀσέβειαν αὐτȣ̃ ἀλλὰ κ̀ διὰ τὸ ἁρπάσαι τὰ ὑπάρχοντα αὐτῶν. βλέπων δὲ τὸν κωνσταντῖνον προκόπτοντα εἰς μέγεθος ἡλικίας κ̀ συνέσει κεκοσμημένον καὶ ὑποπτεύσας μᾶλλον δὲ μαντευσάμενος αὐτὸν καταλύτην μέλλειν ἔσεσθαι τῆς τυραννίδος αὐτȣ̃ δόλῳ αὐτὸν θανατῶσαι διενοεῖτο. ἀλλὰ θείᾳ προμηθείᾳ μαθὼν ὁ νέος τὸν δόλον ὡς δαυὶδ φυγῇ τὴν σωτηρίαν ἐπορίσατο.

(a) Herculius Maximianus Tarsi, quæ erat in Cilicia, vitam cum morte commutavit. Galerius vero Maximianus omnem licentiam sibi tribuens impie, & inhumane utebatur tyrannide. Eo enim insaniente in mulieres, studiose contendebant ejus subditi, ubi absconderent proprias uxores, & filias a facie Tyranni. Eo usque vero per fraudem dæmonum qui eum seduxerant, corruptus erat, ut nulla uti muliere sine divinatione pateretur. Christianis omnem perniciem molitus est non solum propter suam impietatem, sed etiam ut eorum bona diriperet. Inter hæc Constantinum videbat ad plenam ætatem procedere, & prudentia præditum esse: suspicabatur idcirco aut potius præsagiebat tyrannidem suam esse delendam, unde dolo enecare illum cogitabat. Sed divina providentia dolum intellexit juvenis; & ut David, salutem (b) fuga sibi comparavit.

Τȣ̃ δὲ τυράννȣ εἰς ἄμετρον ἀτοπίας παριόντος και τοῖς χριστιανοῖς σφοδρῶς ἐπικειμένȣ ἡ θεῖα δίκη τȣ̃τον ἀνεχαίτιζεν μάστιγα κατ' αὐτȣ̃ ἐπαφεῖσα. ἕλκος γὰρ χαλεπὸν κατ' αὐτὸ τὸ τῆς ἀκολασίας αὐτȣ̃ κρυπτὸν μόριον ἀναφυὲν, κρεῖττον πάσης ἀνθρωπίνης τέχνης καταστῇ. νομῆς δὲ κ̀ σήψεως κ̀ δυσωδίας δικαιοτάτης διαλαβȣ́σης τȣ̀ς τόπȣς, σκωλήκων τε πλῆθος ἀναδιδομένων

Dum in indignitates Tyrannus sine modo prolaberetur, & in Christianos truculentius incumberet, divina vindicta eum coercuit flagello in eum immisso. (c) Ulcus enim sævum juxta ipsam libidinis ejus occultam partem subnascens, superius omni humana cura inventum est; serpebat plaga, inde tabes, & fœtor justissimus partes illas occupaverat; & vermium multitu-

(a) Eufeb. lib. 8. c. 26. mortuum turpissime scripsit. Laqueo Aurel. Vict. in Epit.
(b) Eufeb. l. 8. c. 26. & de vita Const. lib. 1. c. 14. ut David a facie Saul.
(c) Hæc ad Gal. Maximianum spectant. Idem Euf. lib 8. c. 28.

ἦν γὰρ κ̀ πολύσαρκος ὁ δείλαιος. εἰς ἀπελπισμὸν λοιπὸν ἐληλυθὼς ἔκειτο θέαμα ἐλεεινὸν πᾶσι τοῖς περὶ αὐτόν. τότε δὴ τότε ἔννοιά τις ὑπεισῆλθεν αὐτῷ ὡς ἄρα διὰ τὸν ἄδικον τῶν χριςιανῶν φόνον ὑπὸ τῆς θείας δίκης ταῦτα αὐτῷ συνέβη.

Εὐθέως ὖν κατέπεμψεν προςάγματα κατὰ πᾶσαν πόλιν ἀπολύεσθαι τὺς χριςιανὺς καὶ πράττειν καταθυμίως τὰ κατ' ἔθος κ̀ ὑπὸ πάντων τιμᾶσθαι παρακαλεῖν τε αὐτὺς εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτῦ. ταῦτα γέγονεν καὶ εὐθέως ἡ θεῖα φιλανθρωπία ἐδείκνυτο. κ̀ πάλιν ὁ ἐν ἐσχάταις ἀναπνοαῖς γεγονὼς αὖθις ὑγιεὶς καὶ ῥωμαλέος ὑπῆρχεν τῦ χαλεπωτάτυ ἕλκυς ἐκείνυ τῇ εὐχῇ τῶν χριςιανῶν παραδόξως ὑγιασθέντος. ἀλλὰ μήπω τῦ τραύματος καλῶς συνυλήσαντος εἰς μειζοτέραν μανίαν κινηθεὶς ὑπὸ τῦ ἐνεργῦντος αὐτῷ διαβόλυ ὁ τύραννος προςάγματα ἄθεα κ̀ νόμυς πεπληρωμένυς ὠμότητος ὑπερβολὴν ἔγραψεν. ἐν οἷς ἐκέλευσεν μὴ ζῆν χριςιανὺς μήτε πολιτεύεσθαι. μήτε οἰκεῖν ἐν πάσῃ τῇ οἰκυμένῃ μήτε ἐν ταῖς ἐρήμοις ἄλλως γὰρ φησιν εὐημερεῖν κ̀ εἰρηνικῶς ζῆν ὐ δυνάμεθα, εἰ μὴ ἐξαλειφθῇ τὸ γένος τῶν χριςιανῶν. καὶ ἦν λοιπὸν παρ' ἀνθρώποις ἀπελπισμένα τὰ τῶν χριςιανῶν.

titudo exibat: erat enim corpulentus. Cæterum poſtquam infelix ille in deſperationem venit, ſpectaculum miſerabile coram familiaribus excitabat. Tunc equidem tunc aliqua cogitatio illum ſubiit, propter injuſtas nempe Chriſtianorum cædes a divina ultione iſta ſibi accidiſſe.

Miſit igitur per omnes urbes (*a*) edicta quibus jubebantur Chriſtiani abſolvi, & ut libuiſſet agere juxta morem ſuum, & apud omnes eſſe in honore, eoſdemque hortari, ut pro ſe funderent preces. His actis benignitas divina manifeſtata eſt. Et rurſus qui ad extremum venerat halitum vitæ, convaleſcens & robuſtus evaſit, crudeli ulcere illo precibus Chriſtianorum præter opinionem curato. Quia tamen vulnus perfectam cicatricem adhuc non obduxerat, in majorem inſaniam impulſus a Diabolo qui illum agitabat, Tyrannus mandata dedit impia, & (*b*) crudelitate pleniſſima quibus juſſit nullo modo Chriſtianos vivere permitti, neque in republica verſari, neque in toto orbe locum habere, & ne in locis quidem deſertis: Aliter enim, inquit, ex ſententia, & cum quiete vivere non poſſumus, niſi omne Chriſtianorum deleatur genus. Et erant de cetero inter homines res Chriſtianorum deſperatæ.

Deus

(*a*) Quamvis edictum de remiſſione perſecutionis Chriſtianorum quod affertur in Euſeb. lib. 8. c. 29 præferat nomen Maximini, per errorem ei tribuitur: Galerio Maximiano tribuendum eſt. Legitur enim l. 9. c. 1. Maximino hoſti acerbo Chriſtianorum hanc perſecutionis remiſſionem non placuiſſe, toleraſſe tamen; ſed quia non erat integrum illi refragari judicio eorum, qui potiores in imperio partes habebant, & edictum remiſſionis ſupprimere, conniſum eſſe ne illud in regionibus ſibi ſubjectis proferretur in publicum: inde per modicum tempus quædam pax in Eccleſiis Orientis fuit. Timebant tamen male ſibi ſemper ab eo Imperatore Chriſtiani: & revera rurſus martyria & paſſiones ſecutæ ſunt, quæ prioribus capitibus lib. 9. exponuntur. Editio Valeſiana c. ult. l. 8. ante opus de Martyrib. Palæſtinæ habet *Galerius Maximianus*. Idem edictum eſt etiam in Lact. de mort. perſecut. c. 34. & Maximini malus animus in Chriſtianos.

(*b*) Euſeb. lib. 9. c. 2. & ſeqq.

Ο' δὲ θεὸς ὐδὲ τότε ἐπελάθετο τῶν δύλων αὐτῦ. ἦν γὰρ ἰδεῖν ἀγεληδὸν συρομένυς τὺς χριςιανὺς πάντας πανδημεὶ σὺν γυναιξὶ κ̀ τέκνοις ἐπὶ τὸν θάνατον. ἀλλ' ἡ θεία δίκη ἐπελθῦσα τὰς βυλὰς τῶν ἀνόμων διεσκέδασεν. πανταχῦ γὰρ εὐθέως πόλεμοι κ̀ ἐπαναςάσεις βαρβάρων· λιμοί τε σφοδροὶ καὶ αὐχμοὶ λοιμοί τε κ̀ θάνατοι ἄωροι ἄφνω ἐπέσκηψαν, ὡς μὴ ἀρκεῖν τὺς ζῶντας θάπτειν τὺς νεκρὺς. κεραυνοί τε κ̀ φόβητρα ἐπέμποντο, ὥςε ἕκαςον ἑαυτῦ μόνυ μεριμνᾷν. κ̀ ὕτως ἄπρακτα ἔμειναν τὰ προςάγματα τῦ τυράννυ. ὁ δὲ πανεύφημος κωνςαντῖνος διεσώθη πρὸς τὸν πατέρα. ὁ δὲ δεξάμενος αὐτὸν ὑγιῆ κ̀ πολλὰ τῷ θεῷ εὐχαριςήσας μετ' ὐ πολὺ παραδὺς αὐτῷ τὴν βασιλείαν μετήλλαξεν τὸν βίον.

Deus vero servorum suorum oblitus non fuit. Erat siquidem videre Christianos omnes passim cum mulieribus & filiis ad mortem turmatim pertractos. Sed insurgens ultio divina iniquorum consilia dissipavit. Confestim nempe (*a*) bella ubique, incursiones Barbarorum, & fames magnæ & siccitates, fames etiam & mortes præcoces ex improviso ingruebant, ut mortuis sepeliendis vivi pares non essent. Fulmina quoque, & spectra de cœlo mittebantur, ut quemque sui tantum cura tangeret. Hoc pacto irrita (*b*) Tyranni edicta remanserunt. Omni vero laude dignus Constantinus apud patrem servatus est; qui eum excipiens (*c*) salvum, et multis Deo actis gratiis non multo post relinquens illi regnum vitam cum (*d*) morte commutavit.

Ανηγορεύθη δὲ βασιλεὺς ὁ μέγιςος κωνςαντῖνος ἐν τῷ πρώτῳ ἐνιαυτῷ τῆς διακοσιοςῆς ἑβδομηκοςῆς πρώτης ὀλυμπιάδος μηνὶ ἰυλίῳ ΚΕ'. τὴν πατρῴαν διέπων ἀρχὴν, ἡ δὲ ἦν ἀπαρχὴ τῆς εὐρώπης ἕως τῦ ἰωνικῦ πελάγυς. μαξέντιος δὲ τὴν ῥώμην εἶχεν καὶ ἕως ὠκεανῦ· ὗτος πονηρότατος πάντων τῶν πρὸ αὐτῦ γενομένων γεγονὼς τὺς τὴν ῥώμην οἰκῦντας ἐπέτριβεν καὶ μάλιςα τὺς χριςιανὺς. πολλὺς γῦν τῶν πρώτων φονεύσας κ̀ πολλὺς ἐξορίσας

Renunciatus fuit Imperator maximus Constantinus anno primo ducentesimæ septuagesimæ primæ Olympiadis (*e*) mense Julio die XXV. (*f*) paternum administrans principatum: Qui erat ab initio Europæ usque ad Ionicum mare. (*g*) Maxentius autem Romam tenebat, & usque ad Oceanum. Hic scelestissimus omnium qui eum præcesserant cum evasisset, ipsos etiam habitatores Romæ perdebat, & præ cæteris Christianos; multos itaque

G g ex

(*a*) Calamitatum testis Euseb. l. 6. c. 6. & 7. morborum, pestis, famis, & belli.

(*b*) Maximini.

(*c*) Aurel. Vict. Epitome habet quo pacto ad patrem fugerit Constantinus: interfectis nimirum ad frustrandos insequentes, quacunque iter haberet, publicis jumentis.

(*d*) Euseb. in Chron. ad Olympiad. 281. anno quarto.

[*e*] Idest anno æræ nostræ 306.

(*f*) Eutropius Constantii regnum in Gallia, Italia, Africa fuisse ait. Constantius tamen dignitate Augusti, & Galliæ & Britanniæ dominatione contentus reliquerat regimen Italiæ & Africæ Galerio Maximiano. Jus paterni regni recuperare nisus Constantinus Maxentium prope Romam vicit, & Italia potitus est. Eutrop. l. 10. breviarii. Euseb. l. 9. c. 8. bello jure & legitime indicto.

(*g*) Qui Augustus a Prætorianis Romæ tumultum excitantibus appellatus fuerat, Constantino statim a morte patris Constantii regnum capessente. Ibidem.

τὰς ὐσίας αὐτῶν διήρπαξεν. τῇ δὲ αὐτῇ τῦ Γαλερίυ χρώμενος ἀκολασίᾳ πολλὰς τῶν ἐλευθέρων γυναικῶν ἐμίανεν. ἑτέρας τε μυρίας ἀνοσιυργίας κ̉ ἀῤῥητοποιΐας ἐπιτηδέυων ἀφόρητος πᾶσιν ὑπῆρχεν γοητικαῖς κακομαγγανίαις χρώμενος.

ex illis (a) occidit, & multos mulctavit exilio, eorumque diripuit bona. Eadem autem ac Galerius libidine percitus multas ingenuas mulieres (b) fœdavit, alias sexcentas impietates, & obscænitates sectatus omnibus intolerabilis evasit, insuper etiam propter (c) præstigia, & malas imposturas, quibus utebatur.

Τῦ δὲ μεγάλυ κωνςαντίνυ τὰ βόρια καὶ δυτικὰ μέρη ἕως αὐτῦ ὠκεανῦ ὑποτάξαντος ἦν εἰρήνη πολλὴ, καὶ θυμηδία κ̉ κατάςασις ἐν ὅλῃ κατ' αὐτὸν οἰκυμένῃ.

At magno Constantino cui regiones quæ ad septentrionem vergunt, & occidentem, ad oceanum usque obediebant, multa pax erat, & subditorum tranquillitas, & [d] rectus ordo per universam dominationem.

Οἱ δὲ ῥώμης οἰκήτορες δέησιν πρὸς αὐτὸν ἐςείλαντο παρακαλῦντες αὐτὸν μὴ παριδεῖν τὴν μητέρα τῶν βασιλέων ὑπὸ ἀπηνῦς τυράννυ, μᾶλλον δὲ σαρκοβόρυ θηρίυ ἀπολλυμένην.

Romæ vero habitatores (e) preces ad eum miserunt, & hortati sunt ne matrem Imperatorum a sævo Tyranno, imo a carnivora fera perditam despiceret.

Ταῦτα ἀκύσας ὁ μέγιςος κωνςαντίνος καὶ συμπαθήσας αὐτοῖς ἐφρόντιζεν τῦ ἐλευθερῶσαι αὐτὺς ἐκ τῆς τύτυ δυλέιας. ἐδεδέιη δὲ τῦτον διὰ τὰς γοητικὰς αὐτῦ κακομαγγανίας. ἤδη γὰρ πολλὰ ἀνέτεμεν παιδία προφάσει τῆς ἀθεμίςυ αὐτοῦ μαντέιας.

His auditis maximus Constantinus erga eos misericordia motus curam eos eruendi ab illius servitute suscepit. Illius enim præstigia timebat & incantationes. Iam enim (f) infantes multos occasione suæ nefariæ divinationis trucidaverat.

Ἐν πολλῇ ὖν σκέψει κ̉ φροντίδι ὑπάρχοντι ὤφθη αὐτῷ ἐν κάμπῳ διάγοντι μετὰ τῶν ςρατιωτῶν περὶ μεσημερίας ςυλοειδὴς ςαυρὸς ἐκ φωτὸς κατεσκευασμένος, ἐν ᾧ ἐπεγέγραπτο. ἐν τύτῳ νίκα. ἔμφωτος ὁ βασιλεὺς ἠρώτα τὺς σὺν αὐτῷ εἰ καὶ αὐτοὶ τὶ ἐθεάσαντο. οἱ δὲ ὡμολόγησαν, τὴν αὐτὴν αὐτῷ ἑωρακέναι ὀπτασίαν. τότε ὁ βα-

Dum harum rerum cura detentus in accurato illarum examine versaretur, apparuit illi in exercitu degenti cum militibus circa meridiem columnæ formam habens (g) crux e lumine conflata, in qua scriptum erat, *In hac vince*. Eo lucis spectaculo commotus Imperator eos qui secum erant interrogavit, num-

quid

(a) Euseb. l. 8. c. 26. & de vita Const. l. 1. c. 29.
(b) Euseb. l. 1 de vita Const. c. 27.
(c] Idem l. 8. hist. c 26.
[d) *Suscepto imperio Constantinus Augustus nihil egit prius quam Christianos cultui ac Deo suo reddere. Hac fuit prima ejus sanctio sanctæ religionis restituta.* Lact. libr. cit.
(e) Liberandæ Romæ consilium non precibus Romanorum, sed Constantini studio tribuit Idem de vita Const. l. 1. c. 20.
[f] Euseb. l. 8. c. 26.
(g) Idem de vita Const. l. 1. c. 22, Sozom. l. 1. c. 5. V. dissertatio Matthæi Jacutii.

σιλεὺς ἀναῤῥωσθεὶς τῷ φρονήματι, θάρσυς κ) προθυμίας ἀνάπλεως ἦν. τῇ δὲ ἐπιούσῃ νυκτὶ ἐπιςὰς ὁ κύριος εἶπεν αὐτῷ. χρῆσαι τῷ δειχθέντι σοι σημείῳ κ) ἔσῃ νικῶν πάντας τοὺς ἐχθρούς σου. ἡμέρας δὲ γενομένης ἀμελητὶ σχεδιάσας ςαυρὸν ὅπερ μέχρι τῆς σήμερον ἐν τοῖς βασιλείοις φυλάττεται· ἐκέλευσεν προάγεσθαι αὐτὸν εἰς τὸν πόλεμον. ὁ δὲ δυσσεβὴς τύραννος θαῤῥήσας σὺν τοῖς δαίμοσιν αὐτοῦ κ) γεφυρώσας τὸν παραῤῥέοντα ποταμὸν πολλαῖς ναυσὶν, ἐξῆλθεν εἰς παράταξιν πολέμου. συμβολῆς δὲ γενομένης συνετρίβησαν ὑπὸ τῆς τοῦ ςαυροῦ δυνάμεως οἱ ὑπεναντίοι καὶ κατακοπέντες οἱ πλεῖςοι οἱ λοιποὶ σὺν τῷ τυράννῳ ὡς ἐπὶ τὴν πόλιν ἔφυγον. τῆς δὲ γεφύρας κρείττονι δυνάμει διαῤῥαγείσης κατεποντίσθη ἐν τῷ ποταμῷ κατὰ τὸν φαραὼ πανςρατιᾷ ὁ τύραννος. οἱ δὲ πολῖται τῆς ῥώμης ςεφανώσαντες τὴν πόλιν εἰσεδέξαντο μετὰ χαρᾶς μεγάλης κ) εὐφημιῶν τόν τε νικοποιὸν ςαυρὸν κ) τὸν νικηφόρον βασιλέα. σωτῆρα ἀποκαλοῦντες. τότε ὁ βασιλεὺς ἐκέλευσεν συναχθῆναι τὰ λείψανα τῶν ἁγίων μαρτύρων· κ) ὁσίᾳ ταφῇ παραδοθῆναι. τοὺς δὲ ἐν ἐξορίᾳ ἐκέλευσεν ἀνακληθῆναι καὶ τοῖς ἀδικηθεῖσι τὰς οὐσίας ἀποδοθῆναι.

quid & ipsi conspexissent? fassi sunt illi eandem ac ipse visionem vidisse. Tunc Imperator confirmatus animo, virtute & ardore se plenum sensit. Sequenti (*a*) nocte astitit ei Dominus, & ait: da (*b*) tuis utendum hoc signum quod demonstratum est tibi, & victor eris omnium inimicorum tuorum. Orta vero die confestim omnique cunctatione remota crucem, quæ etiamnum in Imperatoriis (*c*) labaris custoditur, jussit ad bellum euntibus præferri. Contra Tyrannus impius (*d*) audaciam in (*e*) dæmonibus suis collocans ponte in præterfluente fluvio navibus multis imposito, exivit ut ad pugnam suos instrueret. Inito autem prælio per virtutem crucis adversarii contriti sunt, & plurimi trucidati. Reliqui una cum Tyranno Urbem versus (*f*) fugerunt. Verum perrupto virtute (*g*) superiori ponte cum omni exercitu ut Pharao (*h*) submersus est Tyrannus. Cives Romani ubique floribus urbem coronantes, cum magna lætitia, magnisque [*i*] acclamationibus & crucem victoriæ caussam & Imperatorem victorem exceperunt, & servatorem acclamarunt. Jussit tum idem quod Sanctorum Martyrum supererat congregari, & honestæ sepulturæ tradi. Eos vero qui in exilio essent,

(*a*)

(*a*) Euseb. capite sequenti 23.
(*b*) Euseb. de vita C. l. 1. c. 23.
(*c*) Labarum cum monogrammate Christi describitur ab Euseb. l. 1. de vita C. c. 25.; ubi fixæ erant aquilæ & signa quæ dicebantur *principia* & Græce ἀρχαῖα. Ab Ammian. Marcell. lib. 15. dicuntur *principiorum vertices*, quos nos vulgo diceremus ut puto *il quartier generale*.
[*d*) Maxentius.
(*e*) Lib. 1. de vita Const. c. 30. narrat Eusebius factas præstigiarum causa cædes mulierum & infantium.
[*f*] Ibid. c. 31.
[*g*) Deo opem ferente, inquit Euseb. l. 9. c. 8.
(*h*) De vita Const. l. 1. c. 32. De hac pugna, & victoria ejusq. ratione videndi etiam alii historici.
(*i*) Lætitia populi R. excipientis Constantinum victorem. Ib. cap. seq.

τῦτο δὲ ἦν ἕβδομος ἐνιαυτὸς τῆς βασιλείας κωνςαντίνε.

Ταῦτα ἀκέσας ὁ γαλέριος μαξιμιανὸς ἐξελύθη. ἐξεδέχετο γὰρ καὶ αὐτὸς τὸν αὐτὸν μῶρον ϗ μικρὸν ἀπέςη τῆς κατὰ τῶν χριςιανῶν ἀπειλῆς. ὁ δὲ μέγιςος κωνςαντίνος θαῤῥῶν τῷ ἀνικήτῳ ὅπλῳ τῦ ςαυρῦ ὥρμησεν ἐπ᾽ αὐτόν· εἶχεν δὲ ϗ λικίνιον τηνικαῦτα συμπολεμῦντα αὐτῷ κατὰ τῶν τυράννων καὶ προσποιέμενον χαίρεσθαι τοῖς χριςιανικοῖς δόγμασιν.

Ο῾ δὲ τύραννος ταῖς γοητικαῖς ἀπάταις ἐπερειδόμενος παρατάξασθαι τῷ ἐυσεβεῖ βασιλεῖ ἐξελήλυθεν, ἀναριθμήτῳ πλήθει τῶν ςρατοπέδων φανταζόμενος. γενομένης δὲ συμβολῆς, ϗ τῦ τιμίε ςαυρῦ φανέντος οἱ τῦ τυράννε ὑπασπιςαὶ τὴν προσβολὴν μὴ ὑπενέγκαντες ἐτράπησαν εἰς φυγὴν, ϗ οἱ μὲν ἔφυγον κατὰ τάχυς, οἱ δὲ κατὰ κράτος ἐδίωκον. πολλῶν δὲ χιλιάδων καταπεσόντων, οἱ λοιποὶ καταλιπόντες τὸν τύραννον προσεχώρησαν τῷ αὐτοκράτορι.

Ο῾ δὲ δυσσεβὴς ῥίψας τὸ βασίλειον

(*a*) revocari, & cuique per injuriam direptas res suas reddi. Ista (*b*) septimo anno imperii Constantini evenerunt.

Postquam ista audivit Galerius (*c*) Maximianus, animo defecit. Venerat enim & ipse in eandem (*d*) insipientiam, & parum aberat a comminationibus in Christianos. Sed maximus Constantinus animo ab invicta cruce sumpto illum adorsus est. Habebat etiam Licinium per id temporis suum in bello adjutorem contra Tyrannos, & animum Christianæ fidei amicum (*e*) simulantem.

Interim (*f*) Tyrannus deceptionibus fraudulentis tentans aciem instruere contra pium Imperatorem, egressus est (*g*) innumerabilium militum exercitum se habere animo imaginatus. Verum dum pugna initur, & veneranda crux (*h*) comparuit, Tyranni propugnatores aggressionem non sustinentes versi sunt (*i*) in fugam: & isti quidem celeriter fugerunt, illi vero magna vi persecuti sunt. Præter multa cæsorum millia, reliqui relicto Tyranno Imperatori se dediderunt.

(*k*) Impius ille abjecit regale diade-

(*a*) Ibid. c. 20. & 34. &c. & l. 2. c. 30. &c.
(*b*] Anno vero sexto imperii Maximini, ut in Chron. Euseb.
(*c*) Legendum *Maximinus*.
(*d*] Euseb. l. 10. c. 5. & l. 1. de vita C. c. 40.
[*e*] Patet id ex lib. 10. c. 8. & de vita C. l. 1. c. 42. & 43. &c.
(*f*) Maximinus.
(*g*) Euseb. l. 9. c. 8. in quo plura de Maximino victo, ejusq. misera morte.
(*h*) In labaris depicta conspecta est.
(*i*) Idem de vita C. c. 11. & seqq.
(*k*) Eusebius in duobus extremis historiæ libris minus accurate res per temporis ordinem descripsit, quia eæ jam erant notæ. Ait enim l. 9. c. 8. non longe ab initio, *ut comprehendam brevi tam infidelibus quam fidelibus, qui has res gestas tam admirabiles oculis aspexerunt.* & l. 10. c. 1. *post acerbas, & tristes illas ærumnas partim sub oculorum aspectum, partim sub audiendi sensum subjectas.* Sic Socrates l. 1. hist.l.1. (Eusebius) *orationem qua Constantinum egregie laudaret, componere magis animo connitebatur, quam res gestas accurate explicare.* Et revera de bello in quo Maximinus victus fuit, vix secundum prælium commemorat, in quo a suis desertus fuerat. eod. c. 8. Deinde ad narrandum morbum lethalem, & mortem persecutoris se convertit.

ὅπερ ἀνάξιος ἐτύγχανεν ὡς ἂν μὴ ἐπιγνωσθῇ φεύγων εἰς τὴν τοῦ στρατοῦ. περιερχόμενος δὲ ἀπὸ κώμης εἰς κώμην καὶ κρυπταζόμενος μόλις μετ᾽ ὀλίγων τῶν εὐνουστάτων διεσώθη γυμνός. συναγαγὼν δὲ τοὺς ἱερεῖς τῶν λεγομένων θεῶν καὶ τοὺς προφήτας καὶ τοὺς μάντεις καὶ τοὺς ἐπὶ μαγείᾳ βεβοημένους οὓς πρώην ἀγαπῶν ἐτίμα ὡς ἀπατεῶνας καὶ πλάνους καὶ ἐπιβούλους τῆς αὐτοῦ σωτηρίας κατέσφαξεν. μέλλοντα δὲ ζῶντα εἰς τὰς χεῖρας τοῦ αὐτοκράτορος ἐμπεσεῖν· ἐπέκειτο γὰρ αὐτῷ ἔτι ὁ πόλεμος· παραλαβοῦσα θεήλατος ὀργὴ οὕτως αὐτὸν διέθηκεν ὡς κεῖσθαι αὐτὸν πρὶν ἢ ἐπὶ τοῦ ἐδάφους δεόμενον ἐπικουρίας καὶ μὴ τυγχάνοντα. φλὸξ δὲ ἐκ βάθους σπλάγχνων καὶ μυελῶν αὐτῷ ἀναφθεῖσα ἀυποίστους αὐτῷ τὰς ὀδύνας ἐνεποίει. ἀχθομένῳ τε καὶ τῇδε κἀκεῖσε περιστρεφομένῳ. ὥστε ἀμφότερα τὰ ὄμματα αὐτοῦ ἐκπηδῆσαι ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ καταλιπεῖν αὐτὸν τυφλόν. τῆς δὲ ἔνδον φλογὸς εἰς ἄπειρον ἐξαπτομένης αἱ σάρκες αὐτοῦ συνεσάπρισαν καὶ τῶν ὀστέων ἀπεχωρίζοντο, ὥστε αὐτὸν ἐφ᾽ ἑαυτὸν ἐπικαλεῖσθαι τὸν θάνατον. οὕτως δὲ κατασαπεὶς δι᾽ ὅλου ἀπέῤῥηξε τὴν ψυχήν.

dema cujus indignus erat, ne forte recognosceretur, tanquam unus de exercitu fugit. Oberrans de (a) pago in pagum, & se occultans vix cum paucis de familiarissimis nudus salvus evasit. Collegit deinde Sacerdotes eorum qui Dii dicuntur, & prophetas & divinos, & qui in incantationibus celebres erant, quos antea dilectos honoraverat, ut deceptores & impostores inimicos suæ salutis (b) interfecit. Dum vivens adhuc in manus Imperatoris iam esset venturus (contra illum enim instabat adhuc bellum) apprehensus est ab ira divina, quæ ita eum dejecit, ut prius ad pavimentum prosterneret opis indigentem, quam nemo afferebat. (c) Flamma deinde ab intimis visceribus & medullis accensa intolerabiles ipsi dolores afferebat. Et sic contorto & hic & illic cruciato oculi in terram deciderunt, & ipsum reliquerunt cæcum. Flamma vero illa in immensum aucta caro ejus putrefacta est, & ab ossibus decidebat ita ut ipse sibi mortem imprecaretur. Ita toto corrupto corpore animam ejecit.

Τῶν δὲ τυράννων ἐκ ποδῶν γενομένων, καὶ κοσμοκράτορος γενομένου τοῦ πιστοτάτου κωνσταντίνου ἐν βαθείᾳ εἰρήνῃ ὑπῆρχεν ἡ οἰκουμένη, καὶ τὰ τῶν χριστιανῶν ὁσημέραι εἰς ὕψος ἠγείρετο. καὶ ἐν πᾶσιν ἔθνεσιν ὁ σταυρὸς ὁ τοῦ χριστοῦ ἐδοξάζετο.

Tyrannis de medio sublatis, & (d) mundi Imperatore facto fidelissimo Constantino universus orbis in quiete summa remansit, & (e) Christianorum res quotidie in sublimitatem erigebantur, & per omnes Gentes Christi Crux laudibus cumulabatur:

Τῷ δὲ λικινίῳ ὡς συμμαχήσαντι

(f) Licinio ut bellum secum ge-

H h

(a) Euseb. l. 1. de vita c. 51. (b) Eodem c. 8. l. 9.

(c) Ibid. ubi etiam describitur morbus Tyranni ut dictum est.

(d) Intellige in Occidente.

(e) Euseb. l. 10. c. 3.

(f) Eutropius breviar. hist. R. lib. 10. ait Licinium a Galerio Maximiano paullo ante mortem Imperatorem & Augustum esse creatum. Euseb. l. 8. c. 16. communi consensu eorum penes quos summa potestas erat, Imperatorem & Augustum renunciatum, nempe Galerii Maximiani, Maximini, & Constantini.

αὐτῷ εἰς τὴν τῶν τυράννων κατάλυσιν ἐξέδοτο κωνςαντίνος τὴν ἀδελφὴν αὐτȣ̃ κωνςαντίαν εἰς γυναῖκα. καὶ καταφορήσας αὐτῷ μοῖραν ἱκανὴν τῆς ῥωμαίων γῆς ἀνέδειξεν βασιλέα ἀπαιτήσας αὐτῷ συνθήκας μηδὲν κατὰ τȣ̃ χριςιανῶν δόγματος πράττειν,

gerenti ad ruinam Tyrannis inferendam dederat Constantinus in uxorem [a] Constantiam sororem suam; & delata illi non modica (b) portione Romanæ terræ Imperatorem renunciavit, ea conditione, ne quid contra (c) religionem Christianorum ageret.

Ο' δὲ λικίνιος φόβῳ τȣ̃ βασιλέως κωνςαντίνȣ τῶν κατὰ τῶν χριςιανῶν κρυφίως δόλον εἰργάζετο. ὕςερον δὲ φανερῶς παρετάξατο διώκων χριςιανȣ̀ς, καὶ παντοίοις εἴδεσι βασάνων αὐτȣ̀ς ἀναλίσκων. κωνςαντίνος δὲ πρὸς τȣ̃το κατὰ λικινίȣ ὀργίζεται· καὶ πολέμȣ μεταξὺ αὐτῶν γενομένȣ ἐν τοῖς τῆς βιθυνίας μέρεσι, ζῶν συνεσχέθη λικίνιος. ὃν τὴν θεσσαλονίκην οἰκεῖν προσέταξεν ἡσυχάζοντα. πάλιν δὲ νεοτερίζοντα καὶ ὅπλων ἅπτεσθαι μέλλοντα ἀναιρεθῆναι αὐτὸν ἐκέλευσεν. τότε τελείως τὰ πράγματα ἡσυχίας καὶ γαλήνης ἀπήλαυσεν τῆς πολιτείας τῇ τȣ̃ ζωοποιȣ̃ ςαυρȣ̃ δυνάμει τῆς τῶν τυράννων μοχθηρίας ἀπαλλαγείσης. Σχόλιον

Verum Licinius veritus Imperatorem Constantinum (d) dolose contra Christianos clam procedebat. Postea vero manifeste persecutionem contra eosdem edixit, & omnimodis tormentorum cruciatibus perdebat. Constantinus super his ira motus est in Licinium, & exorto subinde inter eos (e) bello in partibus Bithyniæ vivus interceptus est Licinius. Qui Thessalonicæ degere, & agere quiete jussus est. At novas res molientem, & arma jam jam (f) capessentem (g) occidi Imperator jussit. Tunc integra quiete & tranquillitate res publicæ fruitæ sunt virtute vivificæ Crucis nequitia Tyrannorum sublata. Scholion

ΚΩΣΤΑΝΤΙΟΣ ΓΗΜΑΣ ΠΡΩΤΟΝ ΘΕΟΔΩΡΑΝ ΘΥΓΑΤΕΡΑ ΤΟΥ ΕΡΑΟΥΛΙΟΥ. ΓΕΝΝΑ ΕΞ ΑΥΤΗΣ ΔΑΛΜΑΤΙΟΝ. ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΟΝ. ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΑΝ ΓΥΝΑΙΚΑ ΛΙΚΙΝΙΟΥ. ΕΙΤΑ ΕΞ ΕΛΕΝΗΣ ΤΗΣ ΘΕΟΦΙΛΟΥΣ ΓΕΝΝΑ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΝ. ΟΥΤΟΣ ΔΕ ΕΚ ΦΑΥΣΤΑΣ ΘΥΓΑ-

CONSTANTIUS MARITUS PRIMUM THEODORÆ FILIÆ HERCULII EX EA GENUIT DALMATIUM (h) CONSTANTIUM CONSTANTIAM UXOREM LICINII. DEINDE EX HELENA A DEO DILECTA GENUIT CONSTANTINUM. HIC VERO EX FAUSTA FILIA HERCU-

(a) Eutropius ibidem &c.

(b) Imperii R. partem quæ erat ad Orientem, sub imperio fuisse Licinii. Ablatis enim illi, ut ait Eutropius, Dardania, Mœsia, Macedonia Constantinum M. numerosas provincias occupasse. Licinio tandem devicto Oriens etiam sub imperium Constantini devenit. Euseb. l. 10. c. ult.

(c) Edictum Constantini & Licinii nomine de libertate Christianis data exercendæ religionis suæ integrum est in Lact. de mort. persec. c. 48.

(d) Describitur l. 10. c. 8. Euseb. acerba persecutio Christianorum auctore Licinio Imp.

(e) Euseb. de vita l. 2. c. 16.

(f) Euseb. de vita l. 2. c. 18.

(g) Eutrop. *Licinius apud Nicomediam navali, & terrestri prælio devictus:* qui postea jussus a Constantino quiete agere Thessalonicæ arma rursus movens interfectus est.

(h) Lege *Dalmatium, Constantinum, Constantium*.

ΤΡΟΣ ΤΟΥ ΕΡΚΟΥΛΙΟΥ ΑΔΕΛΦΟΥ ΘΕΟΔΩΡΑΣ ΓΕΝΝΑ ΚΡΙΣΠΟΝ. ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΝ. ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΟΝ. ΚΩΝΣΤΑΝΤΑ. ΕΛΕΝΗΝ ΓΑΜΕΤΗΝ ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΤΟΥ ΠΑΡΑΒΑΤΟΥ. ΓΑΛΛΟΣ ΔΕ ΚΑΙ ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ ΟΙ ΑΔΕΛΦΟΙ ΤΕΚΝΑ ΓΕΓΟΝΑΣΙ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΟΥ ΥΙΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ. ΟΝ ΕΤΕΚΕΝ ΕΚ ΤΗΣ ΘΕΟΔΩΡΑΣ ΘΥΓΑΤΡΟΣ ΤΟΥ ΕΡΚΟΥΛΙΟΥ ΜΑΧΙΜΙΑΝΟΥ.

CULII (a) FRATRIS THEODORÆ GENUIT CRISPUM, CONSTANTINUM, CONSTANTIUM, CONSTANTEM, (b) HELENAM UXOREM JULIANI APOSTATÆ. GALLUS AUTEM ET JULIANUS FRATRES FILII FUERUNT (c) CONSTANTII FILII CONSTANTII PATRIS MAGNI CONSTANTINI, QUEM GENUIT EX THEODORA FILIA HERCULII MAXIMIANI.

ΟΤΙ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΟΣ Ο ΠΑΤΗΡ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΚΑΙ ΑΥΤΟΣ Ο ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ Ο ΥΙΟΣ ΔΥΟ ΑΔΕΛΦΑΣ ΕΓΗΜΑΝ ΘΥΓΑΤΕΡΑΣ ΜΑΧΙΜΙΑΝΟΥ ΕΡΚΟΥΛΙΟΥ ΓΑΜΒΡΟΥ ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟΥ ΕΠΙ ΘΥΓΑΤΡΙ ΒΑΛΕΡΙΑ.

QUIA CONSTANTIUS PATER CONSTANTINI MAGNI, ET IPSE CONSTANTINUS FILIUS DUAS SORORES DUXERUNT (d) FILIAS MAXIMIANI HERCULII GENERI DIOCLETIANI EX FILIA (e) VALERIA.

Ο *δὲ μέγας κωνςαντῖνος μονοκράτωρ γενόμενος πᾶσαν φροντίδα εἰς τὰ θεῖα μετήνεγκεν· ἀνοικοδομῶν τὰς ἐκκλησίας κ̀ φιλοτίμως πλȣτῶν ἐκ τȣ̃ δημοσίȣ λόγȣ ἔν τε χρήμασι καὶ ἀναλώμασι κ̀ παντοίοις κειμηλίοις. κ̀ πρῶτον νόμον ἔγραψεν ἀποδίδοσθαι τȣ̀ς τῶν εἰδώλων ναȣ̀ς τοῖς τῷ χριςῷ ἀφιερωμένοις. κ̀ τȣ̀ς εἰδωλολατρȣ̃ντας κεφαλικὰς ἐπιτιμᾶσθαι τιμωρίας.*

At magnus Constantinus unicus jam Imperator curam ad Divina transtulit, reædificavit Ecclesias publica jussione munifice ditavit pecuniis expensis, & omnimodis pretiosis ornamentis. Primam item legem sanxit, qua jubebatur ut Idolorum (f) templa iis qui erant Christo consecrati traderentur, & ut Idolorum cultus capitalibus poenis esset interdictus.

Δεύτερον νόμον ἔγραψεν χριςιανȣ̀ς μόνȣς ὀρθοδοξȣ̃ντας ςρατεύεσθαι, ἐθνῶν

Aliam tulit legem, quæ jubebat solos Christianos rectam fidem profi-

(a) Pro *ἀδελφȣ̃* legendum puto in Græco *ἀδελφῆς sororis*, Fausta enim erat filia Maximiani Herculii, & ejusdem Herculii privigna erat Theodora quæ data fuerat Constantio Chloro in uxorem: & ideo dici poterat aliquo pacto Fausta soror Theodoræ. Aurel. Vict. Epitom. *Maximianus Herculius . . . genuit ex Eutropia muliere Syra Maxentium & Faustam conjugem Constantini cujus patri Constantio tradiderat Theodoram privignam*. Et noster sic paulo post Theodoram & Faustam duas sorores appellat.

(b) De Helena uxore Juliani Apostatæ Eutropius l. 11. c. 7.

(c) Notandum nomen patris Galli, & Juliani Apostatæ. Pater Galli & Juliani patruus erat Constantii Aug. filii Constantini M. Eutrop. lib. 10. *Orienti mox a Constantio Cæsar est datus patrui filius Gallus*, ut & paulo post Julianus.

(d) Ut explicuimus supra privignam & filiam Maximiani Herculii.

(e) Diocletiani filiam. Eutrop. l. 9. Aurel. Vict. de Cæsar.

(f) V. Sozom. lib. 1. c. 8. ubi nonnullæ leges in gratiam Christianorum.

τε κ) ϛρατοπέδων τέτες ἄρχειν. τρίτον νόμον ἔγραψεν ἀπράκτες εἶναι τας δύο τῆς πασχαλίας ἑβδομάδος μίαν κ) πρὸ μίαν κ) μέτα.

sitentes milites esse, eosque nationibus & exercitibus praeesse: Tertia lege, sine operibus fore duas in Paschali hebdomada dies, unam ante, aliam post.

Τὴν δὲ παρασκευὴν κ) τὴν κυριακὴν τιμᾶσθαι προσέταξεν, τὴν μὲν διὰ τὸν ϛαυρὸν τȣ κυρίȣ· τὴν δὲ διὰ τὴν ἀνάϛασιν. ἐνομοθέτησέν τε ϛαυρῷ μηκέτι καταδικάζεσθαι ἄνθρωπον διὰ τὸ σέβας τὸ πρὸς τὸν τȣ σωτῆρος. τοῖς δὲ νομίσμασιν αὐτȣ καὶ εἰκόσι τὸν ϛαυρὸν συνεκτυπȣσθαι διάπαντος ἐθέσπισεν. τῷ δὲ δωδεκάτῳ ἔτει τῆς αὐτȣ βασιλείας ἐποίησεν καίσαρας τὰς ὑὰς αὐτȣ κρίσπον κώνϛαντα, κ) κωνϛαντίνον ἐν ῥώμη κ) δαλμάτιον ὑὸν δαλματίȣ ἰδίȣ ἀδελφȣ ἐν βρετανίᾳ.

Parascevem autem, & Dominicam honorari mandavit, illam quidem propter Crucem Domini hanc propter resurrectionem. Vetuit praeterea ne quis deinceps in crucem condemnaretur, ob venerationem ejus in qua passus fuerat Salvator. Monetis autem & imaginibus semper crucem (*a*) imprimi praecepit. Duodecimo vero anno regni sui filios suos Caesares renunciavit, Crispum, Constantem, & Constantinum Romae, Dalmatium etiam filium Dalmatii proprii (*b*) fratris in Britannia.

Κωνϛαντίνȣ δὲ κ) κρίσπȣ τȣ ὑȣ αὐτȣ ὑπατευόντων τῆς μὲν ἐκκλησίας ῥώμης ἡγεῖτο σίλβεϛρος. τῆς δὲ ἐν ἀλεξανδρείᾳ ἡγεῖτο μετὰ ἀχίλλαν ἀλέξανδρος, ἱεροσολύμων μακάριος ἑρμονὰν διαδεξάμενος. ἀντιοχείας δὲ μετὰ ῥωμανὸν ὐδεὶς ἐπετρόπευσεν διὰ τὸν διωγμόν. ὕϛερον δὲ οἱ ἐν νικαίᾳ συνελθόντες πατέρες τῆς ἐν συρίᾳ βεροίας ἐπίσκοπον ὄντα μετήγαγον εὐϛάθιον, ἄξιον τȣ θρόνȣ τȣ ἀποϛολικȣ δοκιμάσαντες. κρίσπος δὲ ὁ ὑὸς κωνϛαντίνȣ τῷ εἰκοςῷ ἔτει τῆς βασιλείας τȣ ἰδίȣ

Constantino vero & Crispo filio suo (*c*) Consulibus Romanam Ecclesiam regebat (*d*) Silvester, Alexandrinam vero post Achillam regebat Alexander; Hierosolymorum Macarius Hermonae successor; Antiochenae autem post Romanum nemo praeerat propter (*e*) persecutionem. Qui postea Nicaeam convenerunt Patres. Eustathium qui erat Beroeae in Syria Episcopus, illuc transtulerunt, quia sede Apostolica dignum judicarunt. Crispus autem filius Constantini anno vigesimo Imperii patris sui vita (*f*) defunctus est:

(*a*) Latius dictum quam fortasse res fuit: Neque enim obvii sunt ejus temporis numi inter innumerabiles qui supersunt ejus temporis in quibus crux existat. Nisi forte putamus Juliano apostata jubente diligenter conquisitos & fusos.

(*b*) Convenit hoc cum Eutropio a quo Constantinus dicitur patruus Dalmatii. Patrem autem Dalmatii similiter Dalmatium dictum memorat hic noster.

(*c*) In istum Consulatum irrepsit error qui manifestus est ex fastis Consularibus anni 321. aerae vulgaris & ex Sozom. l. 1. c. 2. qui habet Crispum & Constantinum Coss. nempe filios duos Constantini M. ad quorum nomina omissa est numeralis in textu historici.

(*d*) Hos Episcopos tunc memorat ibi Sozom.

(*e*) *Christiani qui versus Orientem ad Libyes usque, qui sunt confines Ægyptiis, habitabant, conventus agere propterea non ausi sunt quod Licinius benevolum suum erga illos animum mutaverat* Ibidem.

(*f*) Confutat Sozom. l. 1. c. 5. Ethnicos Scriptores, qui finxerunt Constantinum M. ad fi-

πατρός ἐτελεύτησεν, πολλὰς ἔτι πεϱιῶν σὺν τῷ πατρὶ ὑπὲρ χριςιανῶν θέμενος νόμȣς.

Ὁ δὲ βασιλεὺς κωνςαντίνος ἤρξατο κτίζειν πόλιν εἰς ὄνομα ἴδιον ἐν τῷ πεδίῳ τῷ πρὸ τȣ̃ ἰλίȣ ὑπὲρ τὸν αἴαντος τάφον ȣ̔ δή φασιν τὸν ναύςαθμον ἐσχηκέναι τȣ̀ς ἐπὶ τροίαν ςρατεύσαντας ἕλλlωας θέλων τὰ βασίλεια ῥώμης μεταθήσειν ἐπ᾽ αὐτlὼ. θεὸς δὲ κατ᾽ ὄναρ τῷ βασιλεῖ ἐκέλευσεν ἐν τῷ βυζαντίῳ κτίσαι τὴν νῦν λεγομένην κωνςαντινȣ́πολιν. ὅςις ϗ̀ τὸ πρώlω τεῖχος τῆς αὐτῆς πόλεως ἀνεγέωσεν τȣ̃ βίζȣ, προσθήσας ἄλλο διάςημα πολὺ τείχȣς νέȣ, ϗ̀ συνάψας τῷ παλαιῷ τείχει τῆς αὐτῆς πόλεως, ἀναπληρώσας ϗ̀ τὸ ἱππικὸν ϗ̀ κοσμήσας αὐτὸ χαλκȣργήμασι ϗ̀ πάσῃ ἀρετῇ· κτίσας ἐν αὐτῇ ϗ̀ κάθισμα θεωρίȣ βασιλικȣ̃ καθ᾽ ὁμοιότητα τȣ̃ ἐν ῥώμῃ ὄντος. ἔκτισεν δὲ καὶ παλάτιον μέγα ϗ̀ εὐπρεπὲς καθ᾽ ὁμοιότητα ὡσαύτως τȣ̃ ἐν ῥώμῃ ὄντος πλησίȣ τȣ̃ ἱππικȣ̃. ἔκτισεν δὲ ϗ̀ φόρον μέγαν ϗ̀ εὐπρεπῆ πάνυ, ςήσας ἐν μέσῳ κίονα ὁλοπόρφυρον ἄξιον θαύματος· ϗ̀ ἐπάνω τȣ̃ αὐτȣ̃ κίονος ἔςησεν ἑαυτῷ ἀνδριάντα ἔχοντα ἐν τῇ αὐτȣ̃

est: cum adhuc vivens multas simul cum patre (a) leges pro Christianis tulisset.

Imperator Constantinus ædificare cœpit urbem de nomine suo in campo ubi antea (b) Ilium fuit, super sepulchrum Aiacis, ubi inquiunt stationem navium Græcos habuisse, qui bellum adversus Trojam gesserunt. Volebat siquidem Imperii sedem Roma illuc transferre. Deus autem (c) in somnis illi præcepit, ut Byzantii ædificaret, quæ de nomine ejus Constantinopolis diceretur: antiqua mœnia urbis (d) Byzæ renovavit, spatium aliud magnum novi muri addidit, & veteri ejusdem urbis aptavit; perfecit etiam (e) hippodromum, ornavitque æreis signis, res omnes præstantes in eo posuit, & sedem seu (f) podium, unde spectaret Imperator, simile ei, quod Romæ erat, adornavit. Condidit insuper Palatium magnum, & conveniens, & simile ei, quod Romæ erat prope Hippodromum. Extruxit etiam forum amplum, & omnino decorum, in medio (g) columnam erexit solidam e porphyrite admiratione dignam. Supra eam posuit (h) statuam suam in capite

 ha-

dem Christianam transisse, quia nostri Sacerdotes illi expiationem cædis Crispi filii promiserant, quam talis delicti apud Gentiles nullam esse affirmaverant.

(a) Exempli gratia l. 4. de Episc. & Eccles. lib. 16. Cod. Theodos. data Crispo II. & Constantino II. Cæsaribus Coss. anni supradicti 321. tribuitur cuique facultas reliquendi quidquid libuerit Ecclesiæ Catholicæ,

(b) De his Vid. Sozom. l. 2. c. 2.

(c) Sozom. l. 2. c. 2. Nicephorus l. 7. c. 48.

(d) Qui primus Byzantium urbem constituisse fertur, Byzas appellabatur, ejusque caput in nummis illius urbis occurrit. Qua occasione colonos quos deducebat illic collocaverit, veteres commemorabant. Alii ab aliis conditam affirmant. V. Tacit. annal. 12. & Lipsii comment. &c. Strabo dicit Byzantium sui temporis urbem ἐπιφανῆ.

(e) Hippodromus Romæ appellabatur Circus cujus locus ibi, & vestigium extat. Habet hæc Constantini opera præter cæteros auctor Chronici Alexandr. Januario & Justo Coss. anni 328.

(f) Locus editior sedilibus populi, & ornatior, e quo Imperator ludos spectabat.

(g) Advectam Roma. Niceph. lib. 7. c. 47. & 49.

(h) In ea statua inclusit postea partem Crucis in qua pependerat Dominus, inventæ Jerosolymis a matre Helena. Id. l. 8. c. 29.

κεφαλῇ ἀκτίνας ἑπτά. ὅπερ χαλκȣ́ργημα ἤγαγεν ἐκ τῆς ἰλίȣ, πόλιν ȣ̉σαν τῆς φρυγίας. ἀγαγὼν δὲ καὶ τὸ παλλάδιον ζόανον ἀπὸ ῥώμης λάθρα ἔθηκεν εἰς τὸν αὐτὸν φόρον ὑποκάτω τȣ̃ κίονος τῆς αὐλῆς αὐτȣ̃. ἔκτισεν δὲ ϗ δύο ἐμβόλȣς ἀπὸ τῆς εἰσόδȣ τȣ̃ παλατίȣ ἕως τȣ̃ φόρȣ εὐπρεπεῖς κεκοσμημένȣς ἀνδριᾶσι ϗ μαρμάροις καλέσας τὸν τόπον τῶν ἐμβόλων ῥηγίαν. κτίσας ἐγγὺς ϗ βασιλικὴν ἔχȣσαν κόγχην ϗ ἔξω μεγάλȣς κίονας ϗ ἀνδριάντας. ἥνπερ ἐκάλεσεν σινάτον. κατέναντι στήσας τῇ ἰδίᾳ μητρὶ ἑλένῃ στήλην αὐγȣ́στης δεσποίνης. ὁμοίως δὲ ἀνεπλήρωσεν ϗ τὸ λεγόμενον ζεύξιππον δημόσιον λȣτρὸν κοσμήσας κίοσι ϗ μαρμάροις ποικίλοις ϗ χαλκȣργήμασιν. εὗρεν γὰρ αὐτὸ ἀπλήρωτον, ἀρχθὲν πρώην ὑπὸ τȣ̃ σευήρȣ βασιλέως. ϗ ὅτε πάντα ἐπλήρωσεν ἐνετέλεσεν ἱππικὸν ἐν πρώτοις θεωρήσας ἐκεῖ. φορέσας ἐν τῇ αὐτȣ̃ κορυφῇ διάδημα διὰ μαργαριτῶν ϗ λίθων τιμίων· βȣλόμενος πληρῶσαι τὴν προφητικὴν φωνὴν τὴν λέγȣσαν. ἔθηκας ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτȣ̃ στέφανον ἐκ λίθȣ τιμίȣ. ȣ̉δεὶς γὰρ τῶν πρὸ αὐτȣ̃ βασιλέων τοιȣ̃τόν τί ποτε ἐφόρεσεν. ϗ ἐπετέλεσεν ἑορτὴν μεγάλην μηνὶ μαρτίῳ τῷ ϗ ἀρτεμισίῳ ΙΑ΄. ἔτȣς κατὰ ἀντιόχειαν τὴν

habentem radios septem; quod signum ex (a) Ilio urbe Phrygiæ adduxit. Extraxit etiam occulte Roma statuam Palladis, seu (b) Palladium, & collocavit in ima parte columnæ aulæ subdialis suæ. Fecit insuper loca duo concioni ad populum habendæ idonea ab introitu palatii ad forum usque elegantis fabricæ, (c) statuis & marmoribus ornata, eaque Regiam appellavit. Prope illa extruxit item Basilicam habentem concham, & exteriora ejus magnis columnis, & statuis ornavit: huic Senatus nomen dedit, & contra eam matri Helenæ columnam statuit Augustæ Dominæ. Similiter complevit quod dicebatur Zeuxippum, balneum publicum cui ornando columnas addidit, & marmora varii coloris & ærea signa. Invenerat enim imperfectum illud antea cœptum ab Imperatore (d) Severo. Et postquam omnia hæc perfecit, equestre certamen instituit, quod ibi primum spectavit: cinctus tempora (e) diademate margaritis & lapidibus pretiosis interstincto. Voluit nimirum propheticam vocem implere quæ est: *posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso*. Nemo enim præcedentium Imperatorum tale quippiam gestaverat. Celebravit insuper solemnitatem magnam mense Martio, qui cum (f) Arte-

(a) Ubi urbem ædificare in animo habebat, priusquam Constantinopolim conderet.

(b) Lege παλλάδιον. Statuam Palladis armatæ de qua oraculum ferebatur, mansuram urbem in qua Palladium fuisset. De Palladio plura ex antiquis Rosin. l. 2. c. 12.

(c) A Socr. l. 1. c. 12. & Sozom. l. 2. c. 4. commemorantur statuæ Deorum Gentilium quæ CPolim translatæ illi essent ornamento. In Chron. Eusebii seu Hieronymi: *CPolis dedicatur pene omnium urbium nuditate*.

(d) Anno Christi 197. Laterano & Rufino Coss. De hoc opere publico V. Gothofr. in l. 52. tit. 1. lib. 15. Cod. Theod.

(e) Imperatores ævi superioris, ut in eorum nummis videre est, laurea corona, non vero pretiosa aut gemmis ornata caput cinxere, si tamen excipias Aurelianum, ut in Aurel. Vict. epitome.

(f) Mensis Macedonici nomen, qui cum Majo convenit, si Suidæ fides est; at si Galeno, cum Martio, quod & Noster affirmat.

μεγάλλω χρηματίζοντος, ΤΟΗ'. κελεύσας τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐπιτελεῖσθαι τὴν ἑορτὴν τοῦ γενεθλίου τῆς πόλεως αὐτοῦ. ἐν δὲ τῇ συμπληρώσει τῆς ὑπατίας αὐτοῦ ἔῤῥιψεν ἐν κωνςαντινουπόλει χαρίσματα τοῖς βυζαντίοις. καλαμῶν συντομία, ἄρτων ἡμερησίων πολιτικῶν διαιωνιζόντων. οὕστινας ἄρτους ἐκάλεσε παλατίνους διὰ τὸ παλατίῳ ῥογεύεσθαι τοὺς αὐτοὺς ἄρτους. ἑκάςου ἄρτου ἀφορίσας οἴνῳ. κρέα, βέςια. ἀφορίσας πρόσο-

temisio convenit, die XI. anni secundum Antiochiam magnam nuncupati CCCLXXVIII. & imperavit ut eadem die recurrente festum ageretur (a) Natalis urbis suæ, & expleto suo Consulatu multa dona sparsit in populum Byzantium. Scripto statuit distributionem [b] panis civilis quotidie in perpetuum servandam: quem panem palatinum vocavit, quia in palatio idem conficiebatur. Assignavit in singulos panem, vinum, (c) carnem, animalia. Et etiam fundum unde desu-

(a) Varia dicunt & inter se discrepantia veteres in anno indicando conditæ urbis CPoleos. Annus a nostro citatus Antiochenorum 378. cœperat ab Octobri 377. (ab eo enim mense Antiochenorum annus habuit initium ut probat Petav. ration. temp. l. 3. c. 14. Ex eodem æra Antiochena præcedit æram Christi annis 48.) demptis hisce 48. a 378. sequitur solemnitatem illam magnam celebratam diei anno tunc currente apud Antiochenos 378. qui apud Romanos progressus ad Martium annus erat a Christi nativitate 331. Sed inter hæc observandum est veteres cum de condita CPoli, & aliis multis a Constantino urbibus instauratis, ædificatis Ecclesiis, muneribus & donis sparsis in populos, in Clericos &c. loquuntur, hæc omnia dicere simul & uno quasi spiritu effundere, & hoc puto de omnibus scriptoribus quos vidi, dici posse. Noster eos secutus est. Ad rem paucis enucleandam æquum esse videtur sequi præ aliis Chronicum Eusebii seu potius Hieronymi continuatoris, [qui non diu postquam hæc gesta fuerant vivebat, nempe post obitum Constantini annis 30. Romæ liberalibus disciplinis erudiebatur]. Is omnium accuratissime res distinguit & suis annis assignat. Constantinum itaque ait urbem de suo nomine appellatam anno 4. Olymp. 277. imperii sui vigesimo quinto dedicasse. Erat is annus æræ Christianæ 331. Videtur omnino credendum urbem tum demum dedicatam, cum ædificata fuit & perfecta. Julianus vero apostata (ut est apud Pag. diss. hyp. p. 146.) ait infra decem annos eam a Constantino constructam. Ex quo sequitur anno 321. ædificari cœptam currentibus quintis decennalibus imperii Constantini. Et in hunc annum 321. consulatus Crispi II. & Constantini II. incidit. Pariter anno (quo Syri & Palæstini tempora signabant) Antiocheno 378. hoc est Christi 331. absoluta & dedicata fuit CPolis & solemnitas magna celebrata, quæ quotannis postea iteranda foret. Obiter est addendum Constantinum urbi a se ædificatæ nomen CPoleos indidisse & lege lata ad majorem dignitatem ei conciliandam *secunda Roma* Socr. 1. c. 12. *Nova Roma* Sozom. l. 2. c. 2. & *βασιλίδος* Regiæ seu Imperatoriæ. Niceph. l. 8. c. 4. Inde factum fuit successores Constantini etiam si residerent in Oriente aut CPoli, nunquam se appellare alio quam veteri nomine *αὐτοκράτορας ῥωμαίων* idemque nomen retinuerunt etiam amissa dominatione Romæ veteris quæ postea a Senatu R. & R. Pontifice regebatur. Inde ortum est, Romaniæ nomen significare Imperium universum ut in Athanasio hist. Arianor. ad Monachos n. 35. ubi dicitur *ῥώμη μητρόπολις τῆς ῥωμανίας* i. e. *Imperii Romani* cujus rei occurrit vestigium in Socr. l. 4. c. 28. Dicuntur enim barbari nempe Gothi Thracia jam occupata *χώραν ῥωμαίων* vastasse. Sic Romaniæ nomen relictum fuit Græciæ: dicimus vulgo *Napoli di Romania* quam distinguere volumus a Neapoli quæ est in Italia: item relictum sit regioni quæ fuit circa Ravennam, quæ regio late dominantibus in Italia Langobardis postrema excussit jugum Impp. Græcorum, & quam nunc vocamus *Romagna*. Eodem nomine donatur provincia quæ est circa CPolim quam dicimus *Romania* ut distinguatur a Bulgaria &c. Idem nomen transiit demum ad Græcos. Interrogatus aliquis eorum in Oriente cujus nationis sit, an Turca, an Judæus, an Græcus, respondet *εἰμὶ ῥωμαῖος* & mulier Romeka.

(b) De hoc pane distributo in populum nonnullæ sunt leges in Cod. Theod. lib. XIV. in quibus fit commemoratio hujus liberalitatis Constantini M.

(c) In Græco *βέστια* quod nonnemo carnem venatione partam interpretatur. Dum *κρέα*, bubulam puto, crediderim id valere carnem animalium minorum, suillam, volatilium &c. Aurelianus *porcina carnis usum populo instituit*. Aur. Vict. Epit. in Aurel.

δον ὑπὲρ αὐτῶν ἐκ τῶν ἰδίων ϗ καλέσας αὐτοὺς παλατικούς.

Σχ. Ὀλίγους δὲ ὁρῶν τοὺς οἰκήτορας ὡς ἐν μεγέθει τοσούτῳ πόλεως, ἀπό τε ῥώμης τοὺς ἀξιολόγους κατὰ γένος ἐπιλεξάμενος, ἀπό τε ἑτέρων τόπων ϗ οἴκους μεγάλους αὐτοῖς οἰκοδομήσας ϗ χαρισάμενος οἰκῆσαι τὴν πόλιν ἐποίησεν.

Ἔκτισε δὲ τὸν ναὸν τῆς ἁγίας εἰρήνης ϗ τῶν ἁγίων ἀποστόλων· ϗ τοῦ ἁγίου μωκίου, ϗ τοῦ ἀρχαγγέλου τοῦ ἐν τῷ ἀνάπλῳ. ἐν δὲ τῷ ναῷ τοῦ ἀνάπλου πολλὰ παράδοξα σημεῖα ϗ εἶδεν ϗ ἤκουσεν. ἔκτισεν δὲ ϗ εἰς ἀντιόχειαν τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν, μέγιστον κτίσμα λύσας τὸ λεγόμενον φιλίππου δημόσιον λουτρόν. ἦν γὰρ παλαιὸν καὶ τῷ χρόνῳ διαφθαρέν. ἔκτισεν δὲ ϗ ξενῶνα πλησίον. ὁμοίως δὲ ἔκτισεν ϗ τὴν ῥουφίνου λεγομένην βασιλικὴν τὴν ποτὲ στοὰν τοῦ ἱεροῦ τοῦ ἑρμοῦ, ἣν κατέλυσεν ῥουφῖνος ἔπαρχος πραιτωρίων, ϗ διὰ τοῦτο ἐκλήθη ῥουφίνου. ἐποίησεν δὲ ὁ βασιλεὺς ἐν πρώτοις ἄρχοντα ἐν τῇ αὐτῇ ἀντιοχείᾳ χριστιανὸν ὀνόματι πλούταρχον ὅστις ϗ εἰς τὸ κτίσμα τῆς ἐκκλησίας ἐκελεύθη ἐργοδοτεῖν. προηγάγετο δὲ ὁ βασιλεὺς καὶ κώμητα ἀνατολῆς ἐν πρώταις φιλικιανόν τινα ὀνόματι ϗ αὐτὸν χριστιανόν· ποιήσας

ſumerentur, eumque de ſuo, indito nomine palaticorum. Scholion.

Videns autem paucos eſſe pro tam magnæ urbis amplitudine habitatores, viros generis nobilitate inſignes a ſe ſelectos & (a) Roma accivit, & ab aliis præterea locis: quibus domos magnas paullo ante exſtructas dono dedit, fecitque urbis incolas.

Templum etiam Sanctæ Irenes, & Sanctorum (b) Apoſtolorum fabricavit: ut & Sancti (c) Mocii & (d) Archangeli, in receſſu quo a navibus in terram aſcenditur. In quo templo multa ſigna admirabilia & vidit & commendari audivit. Fecit inſuper Antiochiæ magnam (e) Eccleſiam, maximum opus, materie ex balneo publico quod Philippi dicebatur, deſumpta. Erat enim hoc vetus & a diuturnitate temporis labefactatum. Prope Eccleſiam hoſpitium erexit. Similiter condidit (f) Baſilicam a Rufino cognominatam, quæ antea porticus fuerat ſacelli Mercurii, quam disjecerat Rufinus Præfectus Prætorio: Eam ob cauſſam Rufini dicta eſt. Conſtituit Imperator Præſidem ejuſdem urbis Antiochiæ primum Chriſtianum hominem (g) Plutarchum, quem voluit fabricæ Eccleſiæ præeſſe, eumdemque opus locare. Idem & Comitem Orientis prima vice provexit Felicianum quendam

(a) *Partim ex antiqua Roma, partim ex aliis nationibus.* CPolim vero novam Romam reſtitutor appellavit. Sozom. l. 2. c. 2.

(b) Euſeb. l. 4. de vita c. 58. & 59.

(c) Mucius dicitur in Martyrol. R. die 13. Maii. Vide not. Baron.

(d) De hac Eccleſia, & mirabilibus interceſſione Archangeli patratis Sozom. ibid.

(e) Euſeb. in Chron. conſignat anno primo Olymp. 277. id maximum opus. Hæc Eccleſia conſecrata fuit Conſtantio Imp. filio ut infra.

[f] Quales Romæ Imperatores Gentiles fecerant, ideſt ædificium regale ad publicam commoditatem extructum.

[g] Imperatores ſucceſſores Conſtantini primarias dignitates modo paganis hominibus, modo Chriſtianis conceſſerunt. Symmachus cujus habemus volumen epiſtolarum, Religione Gentilis, præfectus urbis Romæ fuit Theodoſio & Arcadio Impp. Et præfectus CPoleos tempore Arcadii & Joannis Chryſoſtomi ejuſdem cultus item fuit. Sozom. l. 8. c. 23.

αὐτῷ πραιτώριον τὸ ἱερὸν τῶν μουσῶν πληροῦντα τὸν τόπον ἐν τῇ ἀνατολῇ τοῦ ἐπάρχου τῶν πραιτωρίων. χρησάμενος τῇ αὐτῇ πόλει τῶν ἀντιοχέων σύρων. καὶ δίκαιον ἀξίας δευτέρου κωμητάτου. τοῦ ΤΠΓ. ἔτους χρηματίζοντος κατὰ τὴν αὐτὴν μεγάλην ἀντιοχέων πόλιν. οὐκ ἦν γὰρ πρώην ἐν τῇ αὐτῇ ἀντιοχείᾳ κώμης ἀνατολῆς ἐγκάθετος. ἀλλὰ κατὰ πόλεμον κινούμενον δηληγάτωρ ἐκάθητο ἐν τῇ πόλει. καὶ ὅτε ἐπαύετο ὁ πόλεμος, ἐκουφίζετο καὶ ὁ δηληγάτωρ.

dam Christianum & ipsum: & constituit ipsi Prætorium fore quod fuerat Templum Musarum; ut in Oriente loco esset Præfecti Prætorio, concedens istud eidem urbi Antiochensium Syrorum; & parem faciens dignitati (a) secundæ comitivæ, idque anno (b) CCCLXXXIII. currente ejusdem magnæ urbis Antiochiæ. Neque enim erat ante in illa urbe qui resideret Comes Orientis, sed pro bello quod insurgeret, (c) Delegatus in ea morabatur: cessante postea bello abibat & Delegatus.

Τοὺς δὲ ναοὺς τῶν ἑλλήνων καὶ τὰ εἴδωλα πανταχοῦ κωνσταντῖνος καταλύεσθαι προσέταξεν καὶ ἐκκλησίας οἰκοδομεῖσθαι.

Templa autem Gentilium, & Idola ubique tolli Constantinus mandavit, & Ecclesias ædificari. Scholion.

Σχ. Κατέλυσε καὶ τοὺς τρεῖς ναοὺς τοὺς ὄντας ἐν τῇ κωνσταντινουπόλει ἐν τῇ λεγομένῃ ἀκροπόλει· τοῦ τε ἡλίου καὶ ἀρτέμιδος καὶ ἀφροδίτης. καὶ ἐκέλευσεν τοῦ λοιποῦ ἀχρηματίστους αὐτοὺς τυγχάνειν.

Destruxit item tria (d) Templa quæ erant Constantinopoli in (e) Acropoli, Solis nempe, & Dianæ, & Veneris; addito præcepto nequem usum de cetero haberent.

Καὶ τὸν πῆχυν τοῦ νείλου οὐκ εἰς τὸ

(f) Cubitum Nili non in Serapium,

(a) In notitia dignitatum Imperii R. sect. 1. edit. Labb. est Comes Orientis, penes quem summa auctoritas erat quoties in rebus agendis non omnia posset Præfectus Prætorio Orientis, aut abesset, aut interim nemo munus illud obiret. Parem ergo Comiti Orientis Constantinus fecit Comitem Antiochiæ, quam vocavit Syrorum ut distingueret ab urbibus aliis quæ eodem nomine gaudebant Ex ipsa notitia dignitat. Imp. R. arguuntur Comites seu Comitivæ plurium ordinum fuisse: inde Comitiva prima, secunda, idest primus, secundus &c. ordo vel dignitas Comitum. Primi erant quibus ministerium & custodia Imperatorum & aulæ illius mandabatur: secundi qui ejus auctoritati & regimini Imperii per regiones serviebant, deinde alii minores dignitate ut militares &c. Qui ante fuerat tantum Præfectus urbis Antiochiæ, dignitate auctus, ut est esset par Comiti Orientis. Iste inter obeuntes primaria officia per imperium censebatur, & sub ejus dispositione provinciæ quindecim fuerunt quæ sect. XIII. ejusdem Notitiæ numerantur.

(b) Anno Christi 335. ut patet ex iis quæ paullo ante dicta sunt.

(c) Latini quem veteres tribunum eum qui uni legioni præerat, Legatum dixerunt, & eum qui sæpe bellum administrabat, si Proconsul aut Proprætor aut alius potior dux exercitum non regeret. Id facile arguitur ex lectione historicorum latinorum proxime superioris temporis. Hæc vox addenda Lexico Græcitatis. Ibi legitur ex Suida: λεγάτος εἶδος ἄρχοντος πρὸς ῥωμαίους: & qui legationem apud aliquem obibat ἀντιπρόσωπος.

(d) Sozom. l. 1. c. 8. & l. 2. c. 4. &c.

(e) Summa CPoleos regione, qua sola vetus Byzantium constiterat, quam nunc occupat totam Aula Turcæ Regis.

(f) Sozom. l. 1. c. 8. Cubitus ut alibi dicitur, quo etiamnum in Ægypto usus est metiri altitudinem aquæ qua regionem Nilus inundat, & pro altitudine promittit vel majorem messem vel minorem, longus est pedem Bononiensem, & præterea uncias tres, & lineas undecim de duodecim quæ faciunt unciam. Facile erit eundem cubitum comparare cum pede Parisiense qui multo notior est, & qui par est unciis decem cum quarta parte unciæ pedis nostratis.

δον ὑπὲρ αὐτῶν ἐκ τῶν ἰδίων καὶ καλέσας αὐτοὺς παλατικοὺς.

Σχ. Ὀλίγους δὲ ὁρῶν τοὺς οἰκήτορας ὡς ἐν μεγέθει τοσούτῳ πόλεως, ἀπό τε ῥώμης τοὺς ἀξιολόγους κατὰ γένος ἐπιλεξάμενος, ἀπό τε ἑτέρων τόπων καὶ οἴκους μεγάλους αὐτοῖς οἰκοδομήσας καὶ χαρισάμενος οἰκῆσαι τὴν πόλιν ἐποίησεν.

Ἔκτισε δὲ τὸν ναὸν τῆς ἁγίας εἰρήνης καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων· καὶ τοῦ ἁγίου μωκίου, καὶ τοῦ ἀρχαγγέλου τοῦ ἐν τῷ ἀνάπλῳ. ἐν δὲ τῷ ναῷ τοῦ ἀνάπλου πολλὰ παράδοξα σημεῖα καὶ εἶδεν καὶ ἤκουσεν. ἔκτισεν δὲ καὶ εἰς ἀντιόχειαν τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν, μέγιστον κτίσμα λύσας τὸ λεγόμενον φιλίππου δημόσιον λουτρόν. ἦν γὰρ παλαιὸν καὶ τῷ χρόνῳ διαφθαρέν. ἔκτισεν δὲ καὶ ξενῶνα πλησίον. ὁμοίως δὲ ἔκτισεν καὶ τὴν ῥουφίνου λεγομένην βασιλικὴν τὴν ποτὲ στοὰν τοῦ ἱεροῦ τοῦ ἑρμοῦ, ἣν κατέλυσεν ῥουφῖνος ἔπαρχος πραιτωρίων, καὶ διὰ τοῦτο ἐκλήθη ῥουφίνου. ἐποίησεν δὲ ὁ βασιλεὺς ἐν πρώτοις ἄρχοντα ἐν τῇ αὐτῇ ἀντιοχείᾳ χριστιανὸν ὀνόματι πλούταρχον ὅστις καὶ εἰς τὸ κτίσμα τῆς ἐκκλησίας ἐκελεύθη ἐργοδοτεῖν. προηγάγετο δὲ ὁ βασιλεὺς καὶ κώμητα ἀνατολῆς ἐν πρώταις φιλικιανόν τινα ὀνόματι καὶ αὐτὸν χριστιανὸν· ποιήσας

ſumerentur, eumque de ſuo, indito nomine palaticorum. Scholion.

Videns autem paucos eſſe pro tam magnæ urbis amplitudine habitatores, viros generis nobilitate inſignes a ſe ſelectos & (*a*) Roma accivit, & ab aliis præterea locis: quibus domos magnas paullo ante exſtructas dono dedit, fecitque urbis incolas.

Templum etiam Sanctæ Irenes, & Sanctorum (*b*) Apoſtolorum fabricavit: ut & Sancti (*c*) Mocii & (*d*) Archangeli, in receſſu quo a navibus in terram aſcenditur. In quo templo multa ſigna admirabilia & vidit & commendari audivit. Fecit inſuper Antiochiæ magnam (*e*) Eccleſiam, maximum opus, materie ex balneo publico quod Philippi dicebatur, deſumpta. Erat enim hoc vetus & a diuturnitate temporis labefactatum. Prope Eccleſiam hoſpitium erexit. Similiter condidit (*f*) Baſilicam a Rufino cognominatam, quæ antea porticus fuerat ſacelli Mercurii, quam disjecerat Rufinus Præfectus Prætorio: Eam ob cauſſam Rufini dicta eſt. Conſtituit Imperator Præſidem ejuſdem urbis Antiochiæ primum Chriſtianum hominem (*g*) Plutarchum, quem voluit fabricæ Eccleſiæ præeſſe, eumdemque opus locare. Idem & Comitem Orientis prima vice provexit Felicianum quendam

(*a*) *Partim ex antiqua Roma, partim ex aliis nationibus.* CPolim vero novam Romam reſtitutor appellavit. Sozom. l. 2. c. 2.

(*b*) Euſeb. l. 4. de vita c. 58. & 59.

(*c*) Mucius dicitur in Martyrol. R. die 13. Maii. Vide not. Baron.

(*d*) De hac Eccleſia, & mirabilibus interceſſione Archangeli patratis Sozom. ibid.

(*e*) Euſeb. in Chron. conſignat anno primo Olymp. 277. id maximum opus. Hæc Eccleſia conſecrata fuit Conſtantio Imp. filio ut infra.

[*f*] Quales Romæ Imperatores Gentiles fecerant, ideſt ædificium regale ad publicam commoditatem extructum.

[*g*) Imperatores ſucceſſores Conſtantini primarias dignitates modo paganis hominibus, modo Chriſtianis conceſſerunt. Symmachus cujus habemus volumen epiſtolarum, Religione Gentilis, præfectus urbis Romæ fuit Theodoſio & Arcadio Impp. Et præfectus CPoleos tempore Arcadii & Joannis Chryſoſtomi ejuſdem cultus item fuit. Sozom. l. 8. c. 23.

αὐτῷ πραιτώριον τὸ ἱερὸν τῶν μουσῶν πληροῦντα τὸν τόπον ἐν τῇ ἀνατολῇ τοῦ ἐπάρχου τῶν πραιτωρίων. χρησάμενος τῇ αὐτῇ πόλει τῶν ἀντιοχέων σύρων. καὶ δίκαιον ἀξίας δευτέρου κωμητάτου. τοῦ ΤΠΓ'. ἔτους χρηματίζοντος κατὰ τὴν αὐτὴν μεγάλην ἀντιοχέων πόλιν. οὐκ ἦν γὰρ πρώην ἐν τῇ αὐτῇ ἀντιοχείᾳ κώμης ἀνατολῆς ἐγκάθετος. ἀλλὰ κατὰ πόλεμον κινούμενον δηληγάτωρ ἐκάθητο ἐν τῇ πόλει. καὶ ὅτε ἐπαύετο ὁ πόλεμος, ἐκουφίζετο καὶ ὁ δηληγάτωρ.

dam Christianum & ipſum: & conſtituit ipſi Prætorium fore quod fuerat Templum Muſarum; ut in Oriente loco eſſet Præfecti Prætorio, concedens iſtud eidem urbi Antiochenſium Syrorum; & parem faciens dignitati *(a)* ſecundæ comitivæ, idque anno (*b*) CCCLXXXIII. currente ejuſdem magnæ urbis Antiochiæ. Neque enim erat ante in illa urbe qui reſideret Comes Orientis, ſed pro bello quod inſurgeret, (*c*) Delegatus in ea morabatur: ceſſante poſtea bello abibat & Delegatus.

Τοὺς δὲ ναοὺς τῶν ἑλλήνων καὶ τὰ εἴδωλα πανταχοῦ κωνσταντῖνος καταλύεσθαι προσέταξεν καὶ ἐκκλησίας οἰκοδομεῖσθαι.

Templa autem Gentilium, & Idola ubique tolli Conſtantinus mandavit, & Eccleſias ædificari. Scholion.

Σχ. Κατέλυσε καὶ τοὺς τρεῖς ναοὺς τοὺς ὄντας ἐν τῇ κωνσταντινουπόλει ἐν τῇ λεγομένῃ ἀκροπόλει· τοῦ τε ἡλίου καὶ ἀρτέμιδος καὶ ἀφροδίτης. καὶ ἐκέλευσεν τοῦ λοιποῦ ἀχρηματίστους αὐτοὺς τυγχάνειν.

Deſtruxit item tria *(d)* Templa quæ erant Conſtantinopoli in (*e*) Acropoli, Solis nempe, & Dianæ, & Veneris; addito præcepto nequem uſum de cetero haberent.

Καὶ τὸν πῆχυν τοῦ νείλου οὐκ εἰς τὸ

(*f*) Cubitum Nili non in Serapium,

(*a*) In notitia dignitatum Imperii R. ſect. 1. edit. Labb. eſt Comes Orientis, penes quem ſumma auctoritas erat quoties in rebus agendis non omnia poſſet Præfectus Prætorio Orientis, aut abeſſet, aut interim nemo munus illud obiret. Parem ergo Comiti Orientis Conſtantinus fecit Comitem Antiochiæ, quam vocavit Syrorum ut diſtingueret ab urbibus aliis quæ eodem nomine gaudebant Ex ipſa notitia dignitat. Imp. R. arguuntur Comites ſeu Comitivæ plurium ordinum fuiſſe: inde Comitiva prima, ſecunda, ideſt primus, ſecundus &c. ordo vel dignitas Comitum. Primi erant quibus miniſterium & cuſtodia Imperatorum & aulæ illius mandabatur: ſecundi qui ejus auctoritati & regimini Imperii per regiones ſerviebant, deinde alii minores dignitate ut militares &c. Qui ante fuerat tantum Præfectus urbis Antiochiæ, dignitate auctus, ut eſt eſſet par Comiti Orientis. Iſte inter obeuntes primaria officia per imperium cenſebatur, & ſub ejus diſpoſitione provinciæ quindecim fuerunt quæ ſect. XIII. ejuſdem Notitiæ numerantur.

(*b*) Anno Chriſti 335. ut patet ex iis quæ paullo ante dicta ſunt.

(*c*) Latini quem veteres tribunum eum qui uni legioni præerat, Legatum dixerunt, & eum qui ſæpe bellum adminiſtrabat, ſi Proconſul aut Proprætor aut alius potior dux exercitum non regeret. Id facile arguitur ex lectione hiſtoricorum latinorum proxime ſuperioris temporis. Hæc vox addenda Lexico Græcitatis. Ibi legitur ex Suida: *λεγάτος εἶδος ἄρχοντος πρὸς ῥωμαίους:* & qui legationem apud aliquem obibat *ἀντιπρόσωπος*.

(*d*) Sozom. l. 1. c. 8. & l. 2. c. 4. &c.

(*e*) Summa CPoleos regione, qua ſola vetus Byzantium conſtiterat, quam nunc occupat totam Aula Turcæ Regis.

(*f*) Sozom. l. 1. c. 8. Cubitus ut alibi dicitur, quo etiamnum in Ægypto uſus eſt metiri altitudinem aquæ qua regionem Nilus inundat, & pro altitudine promittit vel majorem meſſem vel minorem, longus eſt pedem Bononienſem, & præterea uncias tres, & lineas undecim de duodecim quæ faciunt unciam. Facile erit eundem cubitum comparare cum pede Pariſienſe qui multo notior eſt, & qui par eſt unciis decem cum quarta parte unciæ pedis noſtratis.

σαράπιον καθάπερ ἤθελον ἕλλlωες, ἀλλ' εἰς τlὼ ἐκκλησίαν ἀναφέρεσθαι ἐκέλευσεν· ὃ κ̀ μέχρι σήμερον γίνεται. τότε δὴ κατεσκάφησαν ὁ ἐν αἰγαῖς τȣ̃ ἀσκληπίȣ· κ̀ ὁ ἐν ἀφακοῖς τῆς ἀφροδίτης ναοὶ εἰδωλικοί. κ̀ lὼ λοιπὸν εἰρlώη βαθεία κ̀ χαρὰ ἐν ὅλη τῆ οἰκȣμένη. πάντων τῶν ἐθνῶν ὁσημέραι προστρεχόντων τῆ πίσει κ̀ βαπτιζομένων κ̀ ἰδίαις χερσὶ τȣ̀ς πατρώȣς θεȣ̀ς συντριβόντων.

Ἀλλὰ ταῦτα ȣ̓κ lὼ φορητὰ τῷ ἀλάςορι δαίμονι. ἀλλὰ πάλιν εἰς ἑαυτὸν ἐδραματȣ́ργει πῶς ἂν ἐκκόψοιεν τlὼ τοσαύτlω τῶν ἀνθρώπων χαρμονlώ. κ̀ πεῖσαι μὲν τȣ̀ς ἀνθρώπȣς θεοποιῆσθαι τlὼ κτίσιν ȣ̓κ ἔτι οἷός τε lὼ, ἐφωράθη γὰρ ἡ ἀπάτη αὐτȣ̃. τὸν δὲ κτίστlω σιωτάξαι τοῖς κτίσμασι παραπεῖσαι ἐπειράθη τȣ̀ς ἀςηρίκτȣς. κ̀ lὼ πάλιν τάραχος ȣ̓κ ὀλίγος ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τȣ̃ θεȣ̃, ἀρείȣ τινὸς ἀλεξανδρέως ἄνω κ̀ κάτω κυκῶντος, κ̀ τlὼ οἰκȣμένην ταράττοντος. συναπήχθησαν δὲ αὐτῷ ἐπίσκοποί τινες ὀλίγοι τὸν ἀριθμὸν, ὧν πρῶτος ἐυσέβειος ὁ νικομηδείας, κ̀ ἐυζώϊος, κ̀ πατρόφι-

pium, (a) quemadmodum volebant Gentiles, ſed in Eccleſiam deferri imperavit, quod & hodie fit. Tunc (b) Ægis Æſculapii, & Aphacis Veneris (c) templa idolica deſtructa ſunt. Et erat de cætero profunda pax & lætitia per univerſum orbem; cunctæ ſiquidem nationes quotidie ad fidem accurrebant, ſuſcipiebantque baptiſmum, & paternos Deos manibus ſuis conterebant.

Verum hæc peſſimo (d) Dæmoni tolerabilia non erant. Rurſus itaque intra ſe moliebatur qua ratione tantam hominum lætitiam interrumperet: ſed hominibus perſuadere ut creaturam aliquam Deum facerent, non poterat. Conatu ergo quodam & ſua impoſtura ferebatur ut creatorem conaretur debilibus in fide falſo perſuadere in ordinem creaturarum redigendum eſſe. Ex qua re rurſus ortus eſt tumultus non parvus in Eccleſiis Dei (e) Ario quodam Alexandrino omnia ſus deque movente, & orbem totum turbante. Conjuncti erant illi Epiſcopi quidam numero pauci, quorum primus (f) Euſebius Nicomediæ, & Euzoius, & Pa-

(a) Templum Sarapidis ſummi Ægyptiorum Dei, de quo multa Nicephorus lib. 12. c. 25. Græci Sarapidem dicere ſolent, Latini Serapidem.

(b) In Cilicia. Euſeb. l. 3. de vita c. 54. Sozom. l. 2. c. 4.

(c) Iidem ibi ajunt apud Aphacos gentem Phœniciam circa Libanum, & fluvium Adonim extitiſſe nemus & delubrum ſtatuis & monumentis ornatum in quo turpitudines & libidines exercebantur, & hoc Conſtantino mandante per milites everſum eſſe, & inde multos ad continentiam & modeſtiam colendam converſos.

(d) Nomine Dæmonis intelligebatur quæcunque res veritati eſt inimica, & ſanctitati: Quo ſenſu Satanam dixit Chriſtus Petrum, & etiam Diabolum ſuggerentem ſibi pravum conſilium tentandi Deum: in eandem ſententiam illo verbo utuntur aliquando Patres. Theodoret. l. 1. c. 2. *Arius .... cum videret Alexandrum ad Epiſcopatus gubernacula deſignatum, invidiæ flammam qua incendebatur minime reprimere, ſed ea vehementius inflammatus materiam contentionis & diſcordiæ in dies aucupari laboravit*. Euſeb. l. 2. de vita c. 60. *invidia noſtris bonis inſidias ſtruens ...... ab exigua ſcintilla ingens incendium excitavit*. Et l. 3. c. 4. *invidiæ flamma, qua Eccleſiam Alexandrinam graviter conturbabat*.

(e) Auctore celeberrimæ hæreſeos quæ tandiu & tam late Eccleſiam univerſam turbavit ſpeciatim in Oriente, ut in ſeq. patebit. Euſeb. de vita l. 2. c. 6. & l. 3. c. 4.

(f) Nicomediæ, & Patrophilus Scythopoleos Epiſcopi. Sozom. l. 1. c. 14. Val. c. 15. Euzoius poſtmodum Antiochiæ. Id. l. 4. c. 27.

λος κ̀ ἕτεροι σὺν αὐτοῖς. μελίτιος δὲ μιᾶς τῶν ἐν αἰγύπτῳ πόλεως ἐπίσκοπος γενόμενος καὶ ἐν τῷ διωγμῷ ἐπιθύσας, καὶ ἄλλαις δὲ πλείςαις μέμψεσιν ἔνοχος γεγονὼς καθῃρέθη ὑπὸ πέτρȣ τȣ̃ ἐπισκόπȣ κ̀ μάρτυρος κ̀ πρὸς τὰς τῆς ἐξ αὐτȣ̃ καλȣμένης τῶν μελιτιανῶν αἱρέσεως σιωηγωνίσατο ἀρείῳ ἐν τῷ κατὰ τῆς εὐσεβείας ἀγῶνι.

Θεωρῶν δὲ τὴν μεγάλην φιλονεικίαν ὁ μέγιςος κωνςαντῖνος ἠνιᾶτο τὴν ψυχήν. καὶ πρῶτον μὲν ἐπειρᾶτο διὰ παραινετικῶν γραμμάτων τῶν ἑκατέρων μερῶν κατασβέσαι τὴν ἔριν. γνȣ̀ς δὲ ὅτι κ̀ περὶ τȣ̃ πάσχα οἱ ἀνατολικοὶ διαμφέβαλλον ἰȣδαϊκώτερον ἔκ τινος ἔθȣς τȣ̃το ἑορτάζοντες ἔπεμψεν ὅσιον ἐπίσκοπον κȣρδȣ́βης τὰ ἐν ἀλεξανδρείᾳ περὶ ἀρείȣ κ̀ ἐν ἀνατολῇ περὶ τȣ̃ πάσχα διωρθωσόμενον. ὁ δὲ πρὸς ἀμφότερα ὑπέςρεψεν ἄπρακτος.

Τὴν ἐν νικαίᾳ ȣ̃ν λοιπὸν ὁ βασιλεὺς σιωήθροισε σύνοδον. σιωῆλθον δὲ ἐπίσκοποι τὸν ἀριθμὸν ΤΙ'. κ̀ Η'. ὧν οἱ πλεῖςοι ἦσαν ὁμολογηταὶ τὰ ςίγματα τȣ̃ κυρίȣ ἰησȣ̃ ἐν σώματι βαςάζοντες. ἦν δὲ σὺν αὐτοῖς κ̀ ὁ πανεύφημος κωνςαντῖνος.

Αθανάσιος δὲ ὁ μέγας ἔτι διάκονος ὢν καὶ τῷ ἀλεξανδρείας ἐπισκόπῳ συν-

Patrophilus, aliique cum ipsis. (*a*) Meletius autem unius urbis Ægypti factus Episcopus, quique in persecutione sacrificaverat, & aliorum criminum particeps Episcopatu depulsus fuit a (*b*) Petro Episcopo & Martyre, & præter hæresim ab eo Meletianorum vocatam se conjunxerat Ario in ea rectæ fidei oppugnatione.

Dum magnam eam contentionem consideraret maximus Constantinus affligebatur animo, & primum per exhortatorias epistolas utriusque partis dissensionem tentavit extinguere. Ad hæc intellexit etiam de Paschate Orientales discrepare, quia illud Judaice potius ex quadam consuetudine celebrabant. Osium misit Episcopum Cordubæ, ut & Alexandriæ Arii, & in Oriente Paschatis res componeret. Sed ille negotio utroque in loco (*c*) infecto revertit.

(*d*) Nicææ tandem Synodum congregavit Imperator. Convenerunt Episcopi numero CCCXVIII. quorum plurimi fuerant Confessores (*e*) stigmata Domini Jesu in corpore portantes. Cum illis affuit etiam omni laudis genere florentissimus Constantinus.

(*f*) Magnus autem Athanasius dum adhuc Diaconus esset, socius Epi-

(*a*) Episcopus Lyci seu Lycopoleos urbis Ægypti quam Ptolemæus, Strabo &c. nominant, ob quasdam nefarias opiniones a S. Petro Alexandrino refutatus schisma in Thebaide & Ægypto suscitavit. Ejus sectatores se Arianis conjungebant. Theodoret. l. 1. c. 9. & Sozom. l. 1. c. 14. & 23.

(*b*) De ejus vita & martyrio Euseb. l. 7. c. ult. hist. & l. 8. c. 26. & l. 9. c. 5. Memoria est item in Martyrol. & Breviar. R. die 26. Novembris, & alibi.

(*c*) Sozom. l. 1. c. 15. V. c. 16. Vide etiam quæ Constantinus ad Patres Tyri congregatos scripsit. Euseb. de vita lib. 4. c. 41.

(*d*) In qua urbe habitum est Concilium Nicænum. Socr. l. 1. c. 5. V. c. 8. Sozom. lib. 1. c. 16. V. cap. seq.

(*e*) Sozom. l. 1. c. 16. Stigmata a Gentilibus infligebantur inciso sinistri pedis nervo qui chorda magna seu Achillis ab anatomicis dicitur, effosso penitus oculo dextro, cujus cavitas candentibus cauteriis siccabatur, & demum ad metalla ablegabantur. Euseb. l. 8. c. 18. Aliquos etiam ad luctam, cujus artem ignorabant omnino. Ap. Eund. l. 2. de vita c. 20.

(*f*) De eo adhuc puero Socr. l. 1. c. 11. ex Rufino, & Sozom. l. 2. c. 16.

ὢν πλεῖςω μέρει ὑπὲρ πολλὰς διέλαμπεν· λόγῳ ϰὶ βίῳ διαπρέπων ϰὶ θαυμαζόμενος ϰὶ τοῖς ἀρείου σφοδρῶς ἀντιπαραταττόμενος δόγμασι. διὸ ϰὶ εἰς μείζονα φθόνον ἀνῆψεν τοὺς τὸ ἀρειανικὸν δόγμα εἰσδεξαμένους οἵ τινες ϰὶ καιροῦ λαβόμενοι ὑπερορίοις φυγαῖς καὶ κινδύνοις πολλοῖς αὐτὸν καθυπέβαλλον.

Ἀρείου δὲ ἐν τῇ συνόδῳ παρόντος ϰὶ κρινομένου οἱ περὶ ἐυσέβειον τὸν νικομηδείας, καὶ θεόγνιν νικαίας, ϰὶ μάριν χαλκηδόνος, ϰὶ νάρκισσον, ϰὶ δημόφαντον, ϰὶ πατρόφιλον ἀντεποιοῦντο ἀρείου. ϰὶ συντάξαντες πίςεως λόγον ἐπιδεδώκασι τῇ συνόδῳ. βλασφήμου δὲ τούτου ὄντος ϰὶ διαῤῥηχθέντος ςραφέντες οἱ πεποιηκότες καταδικάζουσι τοῦ ἀρείου, σεκούνδου χωρὶς τοῦ πτολεμαΐδος τῆς ἐν αἰγύπτῳ, καὶ θεωνᾶ τοῦ μαρμαρίτης. ἀρείου δὲ τοῦ ἀσεβοῦς ἐκβληθέντος, ἔκθεσιν πίστεως ἔγγραφον ἐξήνεγκαν τὴν κατὰ πᾶσαν ἐκκλησίαν ὀρθοδόξων συναπαγγελλομένην· ὁμοούσιον τὸ πα-

Episcopi Alexandrini advenerat: plurimum supra multos illustris fuit: eloquentia & vitæ moribus excellens, & admirandus: Arii vero dogmata vehementer oppugnabat. Propterea majore odio flagrarunt qui Arianam sententiam susceperant, quique etiam occasiones nacti sæpe exilio, & multis periculis eum subjecerunt.

(a) Arius autem Synodo interfuit, & judicatus seu condemnatus est. Sed asseclæ [b] Eusebii Nicomediæ, & Theognidis Nicææ, & Maris Chalcedonis, & Narcissi, & Demophanti, & Patrophili pro Ario faciebant. Et confectam fidei formulam Synodo tradiderunt. Verum hac (c) blasphema deprehensa, & lacerata iidem qui antea fautores erant, fallacia usi condemnant Arium, præter Secundum (d) Ptolemaidis in Ægypto, & Theonam Marmaritis Episcopos. Ario impio ejecto, (e) expositionem fidei scripserunt, quam communi consensu approbatam per totam Ecclesiam orthodoxorum (f) transmiserunt. In

(a) Sozom. l. 1. c. 19. & 20.

(b) Socr. l. 1. c. 3. Sozom. l. 2. c. 15. Theodoret. l. 1. c. 6. In eodem loco Socratis est etiam de Theognide, & præterea in Sozomeno l. 1. c. 20. Simul cum his duobus sequentes quatuor suscepto Arii patrocinio doctrinæ apostolicæ contradixerunt. Socr. l. 1. c. 5. Ubi dicitur: *Arii opinionem Eusebius Nicomediensis, & Theognis, & Maris propugnarunt: contra istos Athanasius Diaconus Ecclesiæ Alexandrinæ strenue pugnavit.* Item c. 3. l. 1. Eusebius Nicomed. Ario mordicus adhæsit. Theodor. l. 1. c. 6. *Menophantus* (pro quo perperam Demophantus in nostro textu) *Ephesius, Patrophilus Scythopolitanus, Theognis Nicænus, Narcissus Neroniadis Episcopi ..... Arii patrocinio suscepto doctrinæ apostolicæ contradixerunt.* Propter hoc verbum ἀντεποιοῦντο quod aliquando aliter explicatur, hoc in loco ego verti *pro Ario faciebant*,

(c) Ex Eustachio Episc. Antiocheno, Theodor. l. 1. c. 8.

(d) Isti duo constanter Ario adhæserunt, sed Eusebius Nicomediæ, Theognis, & ceteri postquam fuerunt a concilio reprobati, & ab Imperatore damnati exilio, ut infra dicetur, resipiscere visi sunt; & libellum eorum pœnitentiæ videre est in Socr. l. 1. c. 10. V. c. 14.

(e) Ea est etiam in c. 15. l. 2. Sozom.

(f) Subintellige Patres Synodi. Ex hac celeberrima Synodo is Ecclesiæ ortus est fructus ut vox consubstantialitatis Verbi cum Patre communis Catholicis fieret, & popularis. Antea non fuisse vel ex Sozom. l. 1. c. 19. patet. Quamvis testetur Eusebius in Epist. ad Cæsarienses etiam ante Concilium Nicænum Catholicos Episcopos aliquando illa usos esse, ut animadvertit Theodor. l. 1. c. 13. Initio vocem Consubstantialis non pauci recusabant admittere vel quia erant Ariani, vel quia in Sacra Scriptura non erat. Philostorgius tamen quamvis Arianus fatetur omnes Episcopos in ea Synodo præter duos admisisse vocem & subscripsisse. V. Ruf. l. 10. c. 2.

τρὶ τὸν ὑὸν κηρύξαντες, κτίςlω τε τῶν ἁπάντων ϗ ὀ κτίσμα· ἀλλὰ θεὸν ἀληθινὸν ϗ δεσπότlω καὶ κύριον καθῶς ϗ τὸ σύμβολον περιέχει τῆς πίςεως ὅπερ αὐτοὶ τῇ ἐμπνεύσει τȣ̃ παναγίȣ ὑπηγόρευσαν πνεύματος. τȣ̀ς δὲ ἐπὶ ἀρείου ἐπιμένοντας τῇ κακοδοξίᾳ ἀπεκήρυξαν ϗ ἐξωρίσθησαν ϗ ἐχειροτονήθησαν ἕτεροι ἀντ' αὐτῶν.

Η'δὲ σύνοδος ἔγραψεν ἐπιςολlὼ τοῖς ἐν ἀλεξανδρείᾳ ϗ αἰγύπτῳ ϗ πενταπόλει ϗ λιβύῃ, δι' ἧς ἐδήλωσεν τlὼ ἐκβολὴν ἀρείȣ καὶ σεκȣ́νδȣ ϗ θεωνᾶ. ἐσήμανεν δὲ ϗ περὶ τȣ̃ μελιτίȣ ὥςε ἐν τῇ ἰδίᾳ αὐτȣ̃ πόλει ἡσυχάζοντα καθέζεσθαι. τȣ̀ς δὲ ὑπ' αὐτȣ̃ χειροτονηθέντας μυςικωτέρᾳ βεβαιωθlῶαι χειροτονίᾳ ϗ ὑπὸ πάντας ταγlῶαι τȣ̀ς ὑπὸ τȣ̃ ὀρθοδόξȣ ἐπισκόπȣ ἀλεξάνδρȣ χειροτονηθέντας.

E'γραψεν δὲ ϗ περὶ τȣ̃ πάσχα ὡς συνεφώνησαν ἅπαντες ὥςε μηκέτι ποιεῖν μετὰ ἰȣδαίων ἀλλὰ τὸ ὑπὸ τῶν κατὰ ἰταλίαν ϗ τὰς λοιπὰς ἐπαρχίας τὰς τlὼ κυριακlὼ μᾶλλον ἑορτάζειν ἐθελȣ́σας.

E'γραψεν δὲ ϗ ὁ μέγας κωνςαντῖνος ἐπιςολὰς πρὸς τὸ κοινὸν τῶν ἁπανταχȣ̃ ἐκκλησιῶν περὶ τȣ̃ πάσχα ϗ πρὸς τȣ̀ς ἐν ἀλεξανδρείᾳ ἑτέραν ἐπιςολlὼ. ἐποίησεν δὲ ϗ νόμον πάντα τὰ ὑπὸ τῆς ἁγίας συνόδȣ γενόμενα βεβαιῶν ϗ τlὼ πίςιν ὡς ὀρθόδοξον ἐπαινῶν ϗ ἄρειον ϗ τȣ̀ς ὁμοίȣς ἀποκηρύττων καὶ προςάττων πορφυριανȣ̀ς αὐτȣ̀ς ὀνομάζεσθαι.

In ea consubstantialem Patri Filium prædicabant, & creatorem omnium, non vero creaturam, sed Deum verum, & Regem, & Dominum, quemadmodum habet & symbolum fidei, quod ipsi inspirante Sancto Spiritu pronunciarunt. Eos vero qui in prava sententia Arii permanerent, detestati sunt, & ejecerunt, & alios eorum loco elegerunt.

Synodus scripsit etiam [a] epistolam iis qui Alexandriæ, qui in Ægypto, & Pentapoli, & Libya erant; per quam Arii expulsionem significavit, & Secundi, & Theonæ. Addidit etiam & de (b) Meletio, ut in urbe sua quiete ageret. Eos vero qui ab illo ordinati fuerant clandestina ordinatione, confirmari, & infra omnes qui ab orthodoxo Episcopo Alexandro fuissent ordinati, collocari.

Per litteras etiam notum fecit (c) de Paschate convenisse omnes Episcopos ne ullo modo illud agerent cum Judæis, sed potius cum Ecclesiis Italiæ, & reliquis provinciis quo (d) Dominica die celebrandum esse statuerant.

Easdem Epistolas etiam dedit magnus Constantinus ad omnes ubicunque tandem essent Ecclesias de Paschate, & ad Alexandrinos aliam epistolam. (e) Legem etiam tulit, qua confirmabantur omnia quæ Sancta Synodus decrevisset, & fidem velut orthodoxam collaudavit, Arium ejusque similes notavit, & [f] Porphyrianos vocari præcepit

(a) Legitur in Socr. l. 1. c. 6.
(b) Sozom. l. 1. c. 23. V. c. seq.
(c) Epistolæ Constantini de Paschate Socr. l. 1. c. 6.
(d) Dominica die post quartamdecimam diem Lunæ, quæ æquinoctium verum sequeretur.
(e) Per plures epistolas apud Socr. & Sozom.
(f) Socr. l. 1. c. 6. V. c. 9. Porphyrius dicitur *capitalis pietatis hostis*, quia libros 15. contra religionem Christianam ediderat; ita consequens erat Arium ejusque dogmatum secta-

κ) τὰ ὑπ' αὐτῶν συγγραφέντα πυρὶ παραδοθῆναι. τὰς δὲ ἔχοντας κ) μὴ πυρὶ παραδιδόντας, θανάτῳ ζημιῦσθαι.

pit, & quæ ſcripſiſſent igni tradi: qui vero illa retinuiſſent, & igni tradere recuſaſſent, eos morte mulctandos.

Τῆς δὲ συνόδυ κανονῆσαι θελέσης, ὥςε κληρικὸν μὴ συνέρχεσθαι πρὸς γάμον γυναικὶ ἣν πρὸ τῦ κλήρυ ἠγάγετο, παφνύτιος ὡς βαρὺ τὸν λόγον ἀνέστρεψε, κ) συμπαθέςερον κανόνα ἐτύπωσεν. καίπερ γυναικὸς μὴ ἐλθὼν εἰς πεῖραν τὸ σύμβολον.

Quia volebat Synodus (a) ſancire canonem ne Clericus conſueſceret cum uxore quam ante ordines duxerat, (b) Paphnutius id velut nimis gravem definitionem oppugnavit, & humaniorem, ſeu indulgentiorem canonem conſuluit, quamvis neque facto, neque verbis mulierem unquam (c) noviſſet.

Εἰκοσαετερίδος δὲ ἐνςάσης ἑορτῆς κωνςαντίνυ βασιλείας πάντας ὁ βασιλεὺς τὰς τῆς συνόδυ εἰς ἑςίασιν προετρέψατο. κ) συγκατακληθεὶς αὐτοῖς, λαμπρῶς πάντας ἐτίμησεν. παφνυτίυ δὲ κ) τῶν ὁμοίων τὰς ὀφθαλμὰς τὰς ἐκκοπέντας, κ) τὰ πηρωθέντα ἐν τῷ διωγμῷ κατεφίλησεν μέλη, ἁγιασμὸν εὐτεῦθεν ἐλπίζων λαβεῖν. πᾶσι δὲ τοῖς ἐπισκόποις παρήνεσεν εἰρήνην ἄγειν· κ) τῶν κατὰ τῶν πλησίον λοιδοριῶν ἀπέχεσθαι. τὰς δὲ λιβέλλας ἅς τινες κατά τινων ἐπισκόπων ἐπιδεδώκασιν ἐνώπιον πάντων πυρὶ παραδοθῆναι προσέταξεν· ὀμώσας αὐτὸς μὴ ἀνεγνωκέναι αὐτάς. ἀλλὰ κ) αὐτὸς εἰ εἴδοι ποτὲ ἀλλότριον γάμον ἐπίσκοπον διορύττοντα, τῇ πορφυρίδι σκέποι προθύμως. ὅσιον ἡγύμενος τὸ τὰ πάθη τῶν ἱερέων σκεπάζεσθαι. πολλὰ δὲ πάσαις ταῖς

Imminentibus Vicennalibus [d] feſtis Imperii Conſtantini, is omnes Synodi Patres ad (e) epulum invitavit, & una cum ipſis veniens ſplendide honoravit omnes. Paphnutii & ſimilium quibus oculi fuerant eruti, & luxata in perſecutione membra, oſculatus eſt, ſanctitatem inde ſe ſperans conſecuturum. Omnes item Epiſcopos hortatus eſt quiete agere, & a contumeliis in proximos abſtinere: libellos, quos nonnulli contra quoſdam Epiſcopos dederant, in conſpectu omnium (f) igni tradi mandavit, juravitque ſe nullum eorum legiſſe. Sed & ipſe ſi quando vidiſſet Epiſcopum alienas nuptias violare, (g) purpura ſtatim id velaturum affirmavit, arbitratus juſtum eſſe malefacta Sacerdotum abſcondere. Multa etiam omni-

tores jure & edicto Imperatoris Porphyrianos eſſe vocandos, & omnium abominatione & odio cenſendos, quippe qui puram fidem violabant. Additur mercedem dignam laboribus recepiſſe, nempe exilio a Conſtantino mulctatum ante miſerrimam mortem.

(a) De eo Sozom. l. 1. c. 22.

(b) Epiſcopus urbis alicujus in Thebaide ſuperiore. Socr. l. 1. c. 8. V. c. 11. Sozom. l. 1. c. 22.

(c) Aliqua labes in Græco.

(d) Sozom. l. 1. c. 24.

(e) Socr. l. 1. c. 8. Theodor. l. 1. c. 11. Magnæ fidei in Deum & devotionis erga Sanctos Martyres, & Confeſſores argumentum. De his cruciatibus Chriſtianorum ſupra.

(f) Theod. l. 1. c. 11. Sozom. l. 1. c. 5.

(g) Ibidem.

ἐκκλησίαις ἐγγράφως δωρησάμενος, ϗ τοῖς κατὰ τόπον ἄρχȣσι τῶν ἐθνῶν ὑπὲρ τῆς εἰς ἐπισκόπȣς τιμῆς προςάξας τὰ δέοντα, χαίροντας πάντας ἀπέλυσεν. παρεκελεύσατο δὲ τῷ τῆς αἰλίας ἐπισκόπῳ μακαρίῳ παρόντι ἐν τῇ συνόδῳ ϗ τῶν ἀποςολικῶν δογμάτων ὑπερμαχȣ̃ντι ἀναζητῆσαι τὸν ζωοποιὸν ςαυρὸν ϗ τὸ θεοδόχον μνῆμα· ϗ πάντας τȣ̀ς ἁγίȣς τόπȣς. ϗ τȣ̀ς ἄλλȣς δὲ ἐπισκόπȣς ὁμοίως προετρέψατο αἰτήσασθαι, εἴ τι συνορᾷ εἰς ἀπαρτισμὸν ἕκαςος τῆς ἰδίας ἐκκλησίας.

mnibus Ecclesiis per scriptum (a) largitus est, & locorum Præsidibus Ethnicis imperavit ut Episcopis pro rerum opportunitate honorem tribuerent; atque ita lætos omnes dimisit. Dedit in mandatis (b) Macario Æliæ Episcopo, qui (c) Synodo interfuerat, & Apostolicorum dogmatum fuerat defensor, ut vivificam crucem quæreret, & monumentum in quo Christus Deus jacuerat; & omnia loca sancta; Item alios (d) Episcopos similiter hortatus est petere si quid amplius in sua Ecclesia quisque perficiendum videret.

Μετὰ ταῦτα ἀπέςειλεν ὁ βασιλεὺς τὴν ἑαυτȣ̃ μητέρα ἑλένην· τὴν ἀξιέπαινον ϗ θεοφιλῆ εἰς ἱεροσόλυμα μετὰ γραμμάτων καὶ χρημάτων ἀφθονίας πρὸς τὸν φερώνυμον μακάριον τὸν τῆς αἰλίας ἐπίσκοπον, ἐπὶ ἀναζητήσει τȣ̃ ζωοποιȣ̃ ξύλȣ τȣ̃ ἐνδόξȣ ςαυρȣ̃ ϗ οἰκοδομῆς τῶν ἁγίων τόπων. αὐτῆς τȣ̃το αἰτησαμένης τῆς βασιλίδος φασκȣ́σης ὀπτασίαν τινὰ θείαν ἑωρακέναι κελεύȣσαν αὐτῇ τὰ ἱεροσόλυμα καταλαβεῖν καὶ τȣ̀ς ἁγίȣς τόπȣς εἰς φῶς ἀγαγεῖν χωσθέντας ὑπὸ τῶν ἀνόμων ϗ ἀφανεῖς γενομένȣς ἐπὶ τοσȣ́τȣς χρόνȣς. μαθὼν δὲ ὁ ἐπίσκοπος ἀφικȣμένην τὴν βασιλίδα συναγαγὼν τȣ̀ς τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπȣς μετὰ τῆς δεȣ́σης τιμῆς ἀπήντησεν αὐτῇ. εὐθέως δὲ παρεκελεύσατο τȣ̀ς ἐπισκόπȣς τὴν ζήτησιν τȣ̃ ποθȣμένȣ ξύλȣ ποιήσασθαι. ἀπορȣ́ντων δὲ πάντων περὶ τȣ̃ τόπȣ, ϗ ἄλλȣ ἄλλο

Post hæc misit Imperator Jerosolymam matrem suam [e] Helenam laudabilem, & Deo dilectam fœminam cum mandatis & (f) pecuniis multis ad Macarium hoc nomine dignum Æliæ Episcopum ad conquirendum vivificum lignum gloriosæ crucis, & sancta loca ædificanda. Cum Regina in hoc contenderet, ajunt (g) visionem quandam divinam ei oblatam fuisse, quæ juberet eam venire Jerosolymam, & sacra loca in lucem efferre, terra obruta ab impiis, & usque ad hæc tempora ignota. Ut intellexit Episcopus Imperatricem advenisse, congregatis provinciæ Episcopis conveniente cum honore illi occurrit. Confestim Episcopos excitavit Helena (h) ad conquirendum desideratum lignum. Incerti erant omnes de

(a) Euseb. de vita Const. non semel.
(b) Idem ibid. c. 28. l. 3. Theodoret. l. 1. c. 17.
(c) Nicænæ. Sozom. l. 1. c. 16.
(d) Sæpe ad id eos hortatus est, ut e multis locis constat.
(e) Socr. l. 1. c. 15. Sozom. l. 2. c. 2.
(f) Thesauri Imperatorii potestatem a filio cum habuisset, ea pro arbitratu utebatur. ibid.
(g) Niceph. l. 8. c. 29.
(h) Adventus Helenæ Jerosolymam, inventio sepulcri Sanctæ Crucis, ejusque ab aliis simul inventis discretio per salutem infirmæ mulieri comparatam, narrantur fuse a Socr. l. 1. c. 13. V. c. 17. Sozom. l. 2. c. 1. & Niceph. loco cit.

ἐξ ὑποψίας διηγȣμένων· ὁ τῆς πόλεως ἐπίσκοπος πάντας παρακαλεῖ ἡσυχίαν ἄγειν καὶ σπȣδαιοτέραν εὐχὴν ὑπὲρ τȣ́τȣ τῷ θεῷ προσφέρειν. τȣ́τȣ δὲ γενομένȣ εὐθέως ἐδείχθη θεόθεν ὁ τόπος τῷ ἐπισκόπῳ ἐν ᾧ ἵδρυτο τῆς ἀκαθάρτȣ δαίμονος ὁ ναὸς καὶ ἄγαλμα.

Τότε ἡ βασίλισσα τῇ βασιλικῇ αὐθεντίᾳ χρωμένη συναγαγȣ̃σα πλῆθος πολὺ τεχνιτῶν καὶ ἐργατῶν ἐκέλευσεν ἐκ βάθρων ἀνατραπῆναι τὸ μυσαρὸν οἰκοδόμημα· καὶ τὸν χȣ̃ν πόῤῥω πȣ ἀποῤῥιφῆναι. τȣ́τȣ δὲ γενομένȣ ἐφάνη τὸ θεῖον μνῆμα καὶ ὁ τόπος τȣ̃ κρανίȣ καὶ ȣ̓ μήκοθεν τρεῖς σταυροὶ κεχωσμένοι. ἐπιμελῶς δὲ ἐρευνήσαντες, εὗρον καὶ τȣ̀ς ἥλȣς. ἐκεῖθεν λοιπὸν ἀμηχανία καὶ θλίψις κατέλαβεν τὴν βασίλισσαν ἐπιζητȣ̃σαν ποῖος ἄρα εἴη ὁ δεσποτικὸς σταυρός. ὁ δὲ ἐπίσκοπος διὰ πίστεως τὴν διάκρισιν ἔλυσεν, γυναικὶ γὰρ ἀῤῥωστȣ́σῃ τῶν ἐμφανῶν, καὶ ἀπεγνωσμένῃ ὑπὸ πάντων· καὶ τὰ τελευταῖα πνεȣ́σῃ προσαγαγὼν ἑκάτερον τῶν σταυρῶν τὸ ζητȣ́μενον εὗρεν. μόνον γὰρ ἤγγισεν ἡ σκιὰ τȣ̃ σωτηρίȣ σταυρȣ̃ τῇ ἀσθενȣ́σῃ, εὐθὺς ἡ ἄπνȣς καὶ ἀκίνητος θείᾳ δυνάμει παραχρῆμα ἀνεπίδησεν, μεγάλῃ τῇ φωνῇ βοῶσα καὶ δοξάζȣσα τὸν θεόν. ἡ δὲ βασίλισσα ἑλένη μετὰ χαρᾶς μεγάλης καὶ φόβȣ ἀνελομένη τὸν ζωοποιὸν σταυρὸν μέρος μέν τι σὺν τοῖς ἥλοις ἀνεκόμισε πρὸς τὸν παῖδα· τὸ δὲ λοιπὸν γλωσσόκομον ἀργυρὸν ποιήσασα παρέδωκεν τῷ ἐπισκόπῳ τῆς πόλεως εἰς μνημόσυνον πάσης γενεᾶς. καὶ θεσπίσασα ἐκκλησίαν γενέσθαι ἐν τῷ ζωο-

de loco, & alio aliud ex ſuſpicione interpretante, urbis Epiſcopus hortatur omnes ut quiete agerent, & interim ferventiores de hoc preces Deo funderent. Sic actum eſt, & ſtatim divinitus indicatus eſt Epiſcopo locus, in quo collocatum fuerat impuri (*a*) Dæmonis templum & ſimulachrum.

Tunc Imperatrix auctoritate uſa ſuprema collegit magnam multitudinem operarum & artificum imperavitque funditus evertendum abominandum ædificium, & egeſtam humum longe aſportari. Hoc peracto venit in conſpectum monumentum divinum, & locus Calvariæ, & non longe tres cruces ſunt effoſſæ. Diligenter autem ſcrutati clavos etiam invenerunt. Tunc ſecuta eſt inopia conſilii, & animi anguſtia occupavit Reginam dum quæreret quæ tandem eſſet Domini Crux. Sed Epiſcopus dubitationem per fidem ſolvit, cuidam enim manifeſto morbo infirmæ mulieri laboranti, & ab omnibus deſperatæ, & ad ultimum vitæ ſpiritum deductæ admovens unamquamquecrucem, quod quærebat invenit. Vix enim ſalutiferæ crucis umbra infirmæ mulieri appropinquavit, cum illa pene ſpiritu deſtituta, & ſine motu, divina virtute ſe ilico proripuit magna voce clamans, & Deum laudans. Helena vero Imperatrix magno gaudio & timore plena tollens vivificam crucem, partem ejus quandam una cum clavis ad filium portavit: Reliquum vero in arcula argentea repoſitum tradidit Epiſcopo urbis in memoriam omnis generationis. Tum vero juſſit ut (*b*) Eccleſia in vivifi-

co

(*a*) Laſcivæ Veneris. Euſeb. de vita. l. 3. c. 25.

(*b*) Euſeb. de vita l. 3. c. 24. & ſeq. Sozom. l 2. c. 25. qui addit per octo dies quotannis ſolemnitatem celebrari conſueviſſe.

ποιῷ μνήματι ϗ ἐν τῷ ἁγίῳ γολγοθᾷ, ϗ ἐν τῇ βηθλεὲμ ἐν τῷ σπηλαίῳ ἔνθα ὁ κύριος ἡμῶν ἰησοῦς χριςὸς τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν ὑπέμεινεν, καὶ ἐν τῷ ὄρει τῶν ἐλαιῶν ἔνθα ὁ κύριος εὐλογήσας τοὺς μαθητὰς ἀνελήφθη. καὶ ἄλλα πολλὰ καλὰ ποιήσασα ἐν ἱεροσολύμοις ἀνέςρεψεν πρὸς τὸν παῖδα. ὁ δὲ μετὰ χαρᾶς αὐτὴν ὑποδεξάμενος τὴν μὲν τοῦ τιμίου ςαυροῦ μερίδα ἐν χρυσῇ θήκῃ ἀποθέμενος παρέδωκεν τῷ ἐπισκόπῳ κωνςαντινουπόλεως εἰς τήρησιν, ἐνιαυσιαίοις μνήμαις ἑορτάζειν τὴν ἀνάδειξιν τοῦ ςαυροῦ προςάξας. ἀλέξανδρος δὲ ἦν τηνικαῦτα ἀποςολικοῖς χαρίσμασι διαλάμπων, μητροφάνην τὸν ὅσιον διαδεξάμενος. τῶν δὲ ἥλων τοὺς μὲν εἰς τὴν ἰδίαν περικεφαλαίαν ἐχάλκευσεν, τοὺς δὲ ἀνέμιξεν τῷ σαλιβαρίῳ τοῦ ἵππου αὐτοῦ.

ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ κυρίου διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος· ἐν τῇ ἡμέρα ἐκείνῃ ἔςαι τὸ ἐπὶ τὸν χαλινὸν τοῦ ἵππου ἅγιον τῷ κυρίῳ παντοκράτορι.

ΣΧ. Μακαρίῳ τῷ ἐπισκόπῳ ἱεροσολύμων ἱερατικὴν ςολὴν χρυσέοις τοῖς νήμασιν ὁ βασιλεὺς ἀπέςειλεν ἵνα ἐν τῷ ἱερουργεῖν αὐτὸν ϗ βαπτίζειν ταύτην περιβέβληται.

Ὁ δὲ βασιλεὺς ἔγραψεν τῷ ἐπισκόπῳ μακαρίῳ ἐπισπεύδειν τὴν οἰκοδομήν. καὶ ἄρχοντα τοῦ ἔργου ἀπέςειλεν. μετὰ δαψιλείας χρημάτων παραγγείλας αὐτῷ φιλοτίμως κτισθῆναι τοὺς ἁγίους τόπους, ὡς μὴ εἶναι τοιαύτην καλλονὴν ἐν πάσῃ τῇ γῇ. ἔγραψεν

co monumento ſeu ſepulchro fieret, & in Sancto Golgotha, & in ſpelunca Bethleem ubi Dominus noſter Jeſus Chriſtus ſecundum carnem naſci ſuſtinuit, & in monte Olivarum, unde Chriſtus data diſcipulis benedictione ad patrem ſe recepit; & alia demum multa præclara cum feciſſet Jeroſolymis, ad filium revertit. Qui eam cum gaudio ſuſcepit; & partem venerabilis Crucis aureæ thecæ incluſam Epiſcopo Conſtantinopolitano cuſtodiendam tradidit, cujus inventionem annuis feſtis celebrari mandavit. Alexander vero tunc apoſtolicis chariſmatibus ornatus florebat, qui Metrophani ſancto viro ſucceſſerat. [a) Clavorum autem alios galeæ ſuæ adjecit, alios fræno equi ſui admiſcuit.

Ut impleretur quod dictum eſt a Domino per (b) prophetam dicentem: *in die illa erit quod ſuper franum equi eſt, ſanctum Domino omnipotenti*. Scholion.

Macario Epiſcopo Jeroſolymorum Sacerdotalem (c) ſtolam aureis ornamentis elaboratam miſit Imperator, ut ea in ſacris faciendis, & (d) miniſtrando baptiſmo uteretur.

(e) Hortatus eſt etiam Epiſcopum Macarium Conſtantinus, ut quam celerrime fabrica fieret, & qui præeſſet delegavit, attributa abundanti pecunia, addiditque ut magnificis muris loca ſancta ita munirentur ut nuſquam alibi parem elegantiam vide-

(a) Niceph. l. 8. c. 29. & recentiores.
(b) Zachariam c. 14. v. 20.
(c) Sozom. l. 4. c. 24. & Theodoret. l. 2. c. 27. Stolam Pontificalem Hebræorum Herodes cuſtodiebat ut Noſter ſupra notavit.
(d) In eo miniſtrando cum adulti baptizarentur, ſolemnitas magna peragi ſolebat, & fideles intervenire frequentes. Cui rei baptiſteria, nempe loca ad id conſtructa prope Cathedrales Eccleſias nulla in urbe ut credo deerant, ubi Epiſcopus reſideret. De noſtro Baptiſterio Bononienſi editus alias a me fuit libellus.
(e) Euſeb. l. 3. de vita c. 27.

δὲ ϗ τοῖς ἡγεμόσι τῆς ἐπαρχίας παντοίως συνελθεῖν τῷ ἔργῳ ἐκ τοῦ δημοσίου λόγου ἔν τε χρήμασι ϗ ἀναλώμασι ϗ ὕλαις. συνάγονται δὲ ἔτη ἀπὸ μὲν χριστοῦ παρουσίας ἕως τῆς εὑρέσεως τοῦ σαυροῦ ΤΝΒ΄. ἀπὸ δὲ ἀδὰμ ἕως τῆς παρουσίας χριστοῦ ἔτη ͵ΕΦ΄.

Τὴν δὲ μακαρίαν ἑλένην ἐτίμησεν ὁ βασιλεὺς μονήταν ἐν τοῖς νομίσμασιν ἰδίας εἰκόνος κελεύσας ἐγγράφεσθαι. ὀγδοήκοντα δὲ ἐτῶν γενομένη τέλει τοῦ βίου ἐχρήσατο πολλὰ ἐντειλαμένη τῷ βασιλεῖ ὑπὲρ τῆς εἰς τὸν χριστὸν εὐσεβείας. οἱ δὲ περὶ τὸν εὐσέβιον τῆς νικομηδείας ϗ θεόγνιον νικαίας, ϗ μάριν χαλκηδόνος τὰ ἀρείου φρονοῦντες ϗ ἐν τῇ συνόδῳ καθαιρεθέντες ϗ ἐξορίαις καταδικασθέντες ὕστερον πάλιν βιβλία μετανοίας δεδώκασι τὸ ὁμοούσιον δῆθεν δεχόμενοι. ϗ πάντας πλανήσαντες ἀνεκλήθησαν. ϗ ἐν τῇ συνόδῳ ὑπογράψαντες τὰς ἐπισκοπὰς αὖθις ἀπέλαβον. παῤῥησίαν δὲ ἐκ τούτου πρὸς βασιλέα εἶχον ὅτι πλείστην ϗ μάλιστα ὁ νικομηδείας εὐσέβειος. ἐπρέσβευον δὲ ὑπὲρ ἀρείου ἀνακληθῆναι αὐτὸν τῆς ἐξορίας ὡς ϗ αὐτὸν τὰ ἐν νικαίᾳ φρονοῦντα· συμπαραλαβόντες μεθ' ἑαυτῶν ϗ τὸν ἀρειανὸν πρεσβύτερον τὸν παρατεθέντα τῷ βασιλεῖ ὑπὸ κωνσαντίας τῆς ἀδελφῆς

videre esset. Ad præsides etiam provinciæ scripsit ut omnimode conspirarent in opus perficiendum & ex publicis rationibus & pecuniis & expensis, & materiis. Ab adventu Christi ad inventionem Crucis anni sunt (*a*) CCCLII. ab Adam usque ad adventum Domini anni (*b*) MMMMMD.

Beatam Helenam honoravit Imperator: jussit propterea in officinis imaginem ejus (*c*) numismatibus imprimi. Ad octogesimum annum progressa (*d*) finem vitæ imposuit, multaque ad pietatem in Christum filio mandavit. Qui vero pro Eusebio Nicomediæ,& Theognio Nicææ, & Mari Chalcedonis faciebant Arii fautores, & in Synodo depulsi, & ad exilium damnati iterum (*e*) libellos pœnitentiæ dederunt tanquam homousium seu *consubstantialem* faterentur, & sic omnibus imponentes revocati sunt: & in Synodo cum subscripsissent, rursus sedes suas recuperarunt. Inde facultatem alloquendi Imperatorem amplam assecuti sunt, & omnium maxime Eusebiu Nicomediæ. Orabant ut Arius ab exilio revocaretur quasi & ipse decretis Nicænæ Synodi consentiret. Adjunxerunt sibi etiam Arianum pres sbyterum commendatum Imperatori a Constantia ejus sorore uxore

(*a*) Chronologi tenent pro certo Constantinum M. post inventam crucem obiisse anno a Christo nato 337. Olympiadis 279. anno secundo, ut habet Chron. Euseb. annis 6. post dedicatam CPolim. Puto in hac nota errorem esse. V. Pagium.

[*b*] Ne ista quidem nota annorum mundi videtur tenenda. De ea nonnihil antea attigimus.

(*c*) Qui extant in musæis.

[*d*) Euseb. de vita l. 3. c. 45. &c.

(*e*) Sozom. l. 2. c. 15. Theod. l.1. c 20. ajunt hos Episcopos *Episcopis* libellos pœnitentiæ dedisse & ὁμοουσίῳ subscripsisse, ideoque ab exilio revocatos & sedes suas recuperasse. Nisi forte supponimus libellos hoc in loco commemoratos oblatos etiam Imperatori Constantino quem ut habet Sozom. l. 2. c. 30. V. c. 32 *pro certo sciebant sentire filium Patri consubstantialem esse*. Cum autem noster dicit *qui pro Eusebio* &c. *faciebant* voluit, ut opinor intelligi Aulicos Imp. quorum aliqui pro Ario stabant, & maxime presbyterum de quo idem Sozom. l. 2. c. 26. & Theodoret. l. 2. c. 3. de quo item hic agitur.

αὐτοῦ τῆς γενομένης γαμετῆς λικινίου τοῦ ὕςερον τυραννήσαντος. ὅςις πρεσβύτερος τῶν ὑπὸ τοῦ βλασφήμου ἀρείου σπουδασμάτων μυηθεὶς, φροντίδα αὐτοῦ ἐποιεῖτο. ἠγωνίζετο δὲ λαθραίως εἰς τὸ ἀνακληθῆναι τὸν ἄρειον. καὶ δὴ προσῳκειοῦτο ἐν πρώτοις εὐνούχοις τισὶ τῆς θεραπείας τοῦ κουβουκλίου κωνςαντίας ἀδελφῆς τοῦ βασιλέως. ἥντινα κωνςαντίαν ὁ βασιλεὺς μετὰ τὴν τοῦ δυσσεβοῦς ἀνδρὸς λικινίου τελευτὴν, παντοδαπῆς κηδεμονίας ἠξίου. οὗτος διὰ τῶν εἰρημένων εὐνούχων εἰσοικισθεὶς καὶ αὐτῇ τῇ κωνςαντίᾳ ἐγγνωρίσθη. καὶ προέκοπτεν ἑκάςης τῇ συνηθείᾳ ἐν τῷ παλατίῳ συνεχῶς τεχνολογῶν αὐτοῖς τὰ περὶ ἀρείου ὡς ὀρθὸν καὶ ὁμόφρονα αὐτὸν εἶναι τῆς ἁγίας συνόδου. συνήρπασεν δὲ καὶ τὴν κωνςαντίαν λέγων κατὰ συσκευὴν ἐξορισθῆναι ἄρειον καλῶς φρονοῦντα. διαβεβαιούμενος αὐτῇ συνηγορεῖν αὐτὸν τῇ ἐκτεθείσῃ πίςει. ἠγαπᾶτο δὲ παρ᾽ αὐτῆς τὰ μέγιςα ἀνόσιος οὗτος καὶ τὰ πρῶτα τῆς τιμῆς εἶχεν, ὡς εὐλαβὴς δῆθεν καὶ τῶν ὀρθῶν δογμάτων ἀντιποιούμενος. συνέβη δὲ ἀσθενῆσαι τὴν κωνςαντίαν τὴν ἐπιθάνατον. καὶ ἐν τῷ ἐπισκέπτεσθαι αὐτὴν τὸν βασιλέα παρεκάλεσεν αὐτὸν περὶ ἀρείου ὥςε ἀνακληθῆναι αὐτὸν τῆς ἐξορίας. παραθεμένη αὐτὸν καὶ τὸν δυσσεβῆ πρεσβύτερον εἰς τὸ πείθεσθαι τοῖς ὑπ᾽ αὐτοῦ λεγομένοις. οὗτος καὶ πρὸς τὸν εὐσεβῆ βασιλέα τῇ αὐτῇ τεχνολογίᾳ χρησάμενος· παρετίθετο τὸν ἄρειον ὡς φρονοῦντα τὰ τῆς συνόδου.

Ἀνεκλήθη οὖν ὁ ἄρειος ἐκ περιδρομῆς καὶ προςασίας τῶν περὶ τὸν νικομηδείας εὐσέβειον διὰ τοῦ πρεσβυτέρου τοῦ ἀρειανοῦ. ἐλθὼν δὲ πρὸς τὸν βασιλέα

re Licinii Augusti iam Principis. Qui presbyter placitis blasphemi Arii inquinatus, curam ejus gerebat, Operam dabat occulte ut Arius restitueretur, & de facto sibi conciliaverat in primis Eunuchos quosdam de familia & cura cubiculi Constantiæ sororis Imperatoris. Quam Constantiam idem post impii mariti Licinii mortem omni indulgentia fovebat. Iste per supradictos Eunuchos in palatium introductus ipsi Constantiæ (a) notus evasit, & quotidie procedebat in amicitia Palatinorum, indesinenter & artificiose caussam Arii perorabat, & rectæ fidei eum esse asserebat & sanctæ (b) Synodo consentientem. Attraxit etiam Constantiam affirmans per machinationes Arium actum in exilium recta sentientem; seque illi propter sanam fidem quam is profitebatur, opem ferre fœminæ asserebat. Amabat illa summopere hunc iniquum, & apud eam in summo honore fuit, tanquam religiosus esset & rectorum dogmatum assertor. Accidit autem mortali morbo Constantiam laborare, quam cum visitaret Imperator, eundem hortata est ut Arium ab exilio revocaret: impulit etiam ipsum impium Presbyterum, ut sua dicta Imperatori persuadere conaretur. Presbyter erga pium Imperatorem eadem arte usus est; nunquam omittens, Arium in eadem esse sententia in qua Synodus fuisset.

(c) Revocatus est igitur Arius ope & fraude suorum fautorum, Eusebii Nicomediæ, & Presbyteri Ariani. Cum venisset itaque ad Im-

(a) Iidem l. c.
(b) Nicænæ nimirum.
(c) Hæc omnia narrantur l. cit. Sozom. c. 26.

εἶχεν μεθ' ἑαυτοῦ καὶ εὐζώϊον τὸν ποτὲ διάκονον ὃν σὺν αὐτῷ καθεῖλεν ὁ μέγας ἀλέξανδρος ὁ ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος· οἵτινες τῷ βασιλεῖ βιβλίον ἐπιδεδώκασιν ὑποκρινόμενοι δῆθεν τὰ ὑπὸ τῆς συνόδου τυπωθέντα δέχεσθαι δόγματα. ὁ δὲ παραπεισθεὶς ἀπολύει τούτους εἰς ἀλεξάνδρειαν. οὓς παραγενομένους οὐκ ἐδέξατο ὁ ἱερὸς ἀθανάσιος, ὅςις μετὰ ἀλέξανδρον προέςη τῆς ἐν ἀλεξανδρείᾳ ἐκκλησίας. ἐκ τούτου οὖν οἱ περὶ τὸν νικομηδείας εὐσέβειον πολλὰς κατὰ ἀθανασίου συσκευὰς εἰργάσαντο. καὶ πρῶτον μὲν ἤρξαντο διαβάλλειν αὐτοῦ τὴν χειροτονίαν. ἑτέρας δὲ πλείςας κατηγορίας κατ' αὐτοῦ συνέῤῥαπτον πρὸς τὸν βασιλέα. θέλοντες αὐτὸν ἐκ τοῦ θρόνου καταγαγεῖν καὶ τὴν ὀρθόδοξον πίςιν ἐκπολεμῆσαι. λέγονται γὰρ οἱ περὶ εὐσέβειον ὅτι χρήμασιν ὑποφθείραντες τὸν φύλακα τῶν ἐν νικαίᾳ πραχθέντων, τὰς ἰδίας ὑπογραφὰς ἀπηλειψαν. ὅθεν ἀναιδῶς κατὰ τῆς ἀληθοῦς ὁπλίζοντο πίςεως, πολέμιοι κατὰ τῆς ἀληθείας γεγονότες.

Μαθὼν δὲ ὁ μέγιςος βασιλεὺς ὅτι τέλος ἔσχεν ἡ οἰκοδομὴ τῆς νέας ἱερουσαλήμ· οὕτως γὰρ ἐκάλει τὰ ὑπ' αὐτοῦ κτισθέντα καὶ κοσμηθέντα. ἐκέλευσεν συγκροτηθῆναι σύνοδον πλειόνων ἐπισκόπων καὶ ἐγκαινίσαι τοὺς ἁγίους τόπους.

Εὐσέβειος δὲ ὁ νικομηδείας ἐπιθυ-

peratorem, habuit ſecum (a) Euzoium olim Diaconum, quem cum Ario damnaverat magnus (b) Alexander Alexandriæ Epiſcopus. Illi (c) libellum Imperatori dederunt, ſimulantes nempe decreta in Synodo dogmata ſe recipere. Is perſuaſus regredi Alexandriam eos (d) permiſit, quos adventantes noluit recipere Sanctus Athanaſius, qui poſt Alexandrum Eccleſiæ præerat Alexandrinæ. Ex eo tempore qui ſtabant pro Euſebio Nicomedienſi non ceſſarunt (e) contra Athanaſium multa moliri. Et primum quidem ejus (f) electionem calumniari cœperunt: poſtmodum plurima contra eum crimina ad Imperatorem detulerunt: ea ſpe ut e ſede dejicerent, & fidem orthodoxam oppugnarent. Dicuntur enim Euſebii fautores cuſtodem actorum in Synodo Nicæna pecunia (g) corrupiſſe, ut ſuas ſubſcriptiones obliteraret: Ita ut contra veram fidem impudenter armarentur, poſtquam indixerant bellum veritati.

Inter hæc nunciatum eſt maximo Imperatori finem impoſitum reparationi fuiſſe, & reſtitutioni novæ Jeruſalem. Sic enim vocabantur ab eo ædificata & ornata. Edixit plurium Epiſcoporum convocari concilium, & locorum ſanctorum (h) Encænia celebrari.

Euſebius Nicomediæ cupidum ſe

(a) Arianus, & a ſuis poſtmodum in ſedem Antiochenam intruſus (loc. cit.) alius ab eo qui Cæſarienſem bibliothecam corruptam per chartas pergamenas reſtituit, quia ut eſt credendum papyraceis antea conſtabat. De eo Hier. de Script. Eccl. c. 113.
(b) Idem l. 1. c. 14. & l. 4. c. 27.
(c) Qui eodem c. 26. lib. 2. Sozom. totus habetur.
(d) Ibid. poſt libellum ſupradictum mandato Imperatoris expenſum ab Epiſcopis iſtorum fautoribus qui tum Hieroſolymis erant.
(e) Socr. l. 1. c. 20. & ſeq. & Sozom. l. 2. c. 27.
(f) Occaſionem & anſam calumniæ invenire eſt in Sozom. l. 2. c. 16.
(g) Idem eodem libro c. 20. & 30. V. c. 21. & 32. Vide etiam Nicet. in ſupplementis Philoſtorgian.
(h) Encænia, ut ſupra dictum eſt. Sozom. l. 2. c. 25.

μεῖν τῆς θέας τȣ̃ ἐν ἱεροσολύμοις ναȣ̃· διὰ τὸ πολυθρύλλητον εἶναι πλασάμενος, πείθει τὸν βασιλέα, ϗ σὺν πολλῆ τιμῆ παρ' αὐτȣ̃ ἀπολύεται. ἐλθὼν δὲ εἰς ἀντιόχειαν· τὴν κατὰ τȣ̃ μεγάλȣ εὐςαθίȣ ἐπιβȣλὴν κατεργάζεται, καίπερ τιμῆς παρ' αὐτȣ̃ πλείςης τυχών. ὃς ἅμα τοῖς ὁμόφροσιν αὐτȣ̃ συνέδριον ποιησάμενος γύναιόν τι ἑταιρικὸν μισθωσάμενοι ἔχον βρέφος, ἐδίδαξαν εἰπεῖν· ὡς ὅτι ἀπὸ εὐςαθίȣ αὐτὸ ἔχει. συνελθόντων ȣ̂ν αὐτῶν ἐν τῷ συνεδρίῳ τὸ τρισάθλιον ἐκεῖνο εἰσήγαγον γύναιον. ἡ δὲ τὸ βρέφος ἐπεδείκνυεν ἐκ τῆς εὐςαθίȣ συνȣσίας συνειλῆφθαι ϗ τετοκέναι βοῶσα. τότε οἱ τȣ̃το συντεθεικότες ὡς κατὰ μοιχȣ̃ τὴν ψῆφον ἐξήνεγκαν. πείσαντες δὲ τὸν βασιλέα ὡς δικαίως τȣ́τȣ καθαιρεθέντος, ἐξορισθῆναι αὐτὸν παρεσκεύασαν εἰς τὸ ἰλλυρικόν. εὐςαθίȣ δὲ τȣ̃ μεγάλȣ ἐκβληθέντος εὐλάλιον ἀντ' αὐτȣ̃ χειροτονȣ̃σιν. οἱ ȣ̂ν πολλοὶ τῶν ἀντιοχέων ἀποσχίσαντες καθ' αὐτȣ̀ς συνήγοντο ȣ̃̔ςινας εὐςαθιανȣ̀ς ὠνόμαζον.

se fingens videndi templum quod erat Hierosolymis eo quod in ore omnium esset, dimitti se postulat ab Imperatore, & ab eo multo cum honore discedit. Postquam Antiochiam pervenit, insidias orditur magno Eustathio, quamvis ab eo plurimis modis honestatus. Ille una cum suæ sectæ sodalibus consessu coacto (a) mulierculam, seu scortum conducunt, infantulum parant, eam ut dicat, subornant, ex Eustathio hunc se habere. Dum illi in Synedrio adsunt, pessimam mulierem introduxerunt. Illa infantem ostendit quem ex consuetudine cum Eustathio concepisse clamabat, & peperisse. Tunc qui ista confinxerant, contra eum tanquam adulterum sententiam pronunciarunt. Tum Imperatori persuaserunt velut jure damnatum esse, eumque subornarunt adeo ut in exilium in Illyricum relegaret. Eustathio magno ejecto Eulalium in ejus locum eligunt. Populo itaque Antiocheno in se diviso conflata est ejus pars, cui (b) Eustathianorum nomen dederunt.

Τὸ δὲ ἐπικατάρατον ἐκεῖνο γύναιον νόσῳ χαλεπῆ περιπεσὸν ἐξεῖπεν τὰ συντεθέντα ἐπὶ πολλοῖς χρήμασι. τὸν δὲ ὅρκον μὴ πάμπαν εἶναι ψευδῆ. εὐςαθίȣ γάρ τινος χαλκέως γεγενῆσθαι τὸ βρέφος.

Muliercula vero illa execranda gravi morbo correpta, propter grandem pecuniam conficta in Eustathium (c) manifestavit; juramentum tamen suum non omnino falsum esse: cujusdam enim Eustathii fabri ærarii infantem fuisse filium.

Ὁ δὲ βασιλεὺς δίκαιον ἡγησάμενος ϗ ἀθανάσιον καλέσαι εἰς τὰ ἐγκαίνια τῶν ἁγίων τόπων, κελεύει πρῶτον ἐν τύρῳ συνελθεῖν τὴν σύνοδον ϗ τὰ κατὰ ἀθανάσιον διασκέψασθαι. ϗ ȣ̆τω δί-

Imperator æquum putavit, Athanasium etiam ad Encænia sanctorum locorum vocare. Jubet primum in urbe (d) Tyro adunari Synodum, & objecta Athanasio disquiri

(a) Theodoret. l. 1. c. 21.
(b) Idem Theod. l. 1. c. 22.
(c) Ibidem. Alterius Eustathii filium confessa.
(d) Socr. l. 1. c. 20. Sozom. l. 2. c. 27. Litteræ Imp. quibus jubebat adunari concilium istud, sunt in c. 22. l. 1. Socr.

χα πάσης διχονίας ὁρμῆσαι πάντας ἐπὶ τὴν ἑορτήν. ἀπέςειλεν δὲ ϗ τὸν ἀδελφὸν αὐτȣ̃ δαλμάτιον γενέσθαι τῆς κατας άσεως τῆς συναθροιζομένης συνόδȣ ἐπόπτlω.

Συνελθόντων δὲ τῶν ἐπισκόπων ἐν τύρῳ παρῆν σὺν αὐτοῖς ϗ ὁ τῆς αἰλίας ἐπίσκοπος μάξιμος ὃς τὸν φερώνυμον μακάριον διεδέξατο, ἀγνοῶν παντάπασι τὰ κατὰ ἀθανασίȣ τυρευόμενα.

Ὡς δὲ εἰσῆλθεν ἀθανάσιος εἰς τὸ συνέδριον περιέςησαν αὐτῷ οἱ κατήγοροι βαρέα αἰτιώματα φέροντες κατ᾽ αὐτȣ̃ ἅπερ ὑπέθεντο αὐτοῖς οἱ παρόντες δικαςαὶ εὐσέβειος ὁ νικομηδείας, ϗ οἱ περὶ αὐτόν.

Πρῶτον μὲν ȣ̃ν γύναιον ἑταιρικὸν παρεσκεύασαν λέγειν, ὡς ὅτι παρθενίαν διὰ βίȣ ἐπαγγειλαμένlω, ἐπιξενωθῆναι αὐτῇ ἀθανάσιον· ϗ βίᾳ αὐτὴν διαφθεῖραι. τȣ̃ δὲ ἀθανασίȣ σὺν τιμοθέῳ τῷ πρεσβυτέρῳ αὐτȣ̃ κρινομένȣ, λέγει ὁ τιμόθεος τῇ γυναικὶ. ἐγώ. σȣ γύναι τὴν παρθενίαν ἀφειλόμlω; ἐπεξενώθlω δέ σοι πώποτε; ἐκείνη δὲ μηδ᾽ ὅλως θεασαμένη ποτὲ ἀθανάσιον βοῆς ἐπλήρωσεν ἀσήμȣ τὸ συνέδριον· δακτυλοδεικτȣ̃σα τιμόθεον ϗ τȣ̃τον λέγȣσα φθορέα ἑαυτῆς. αἰσχυνθέντες δὲ ἐπὶ τȣ̃το οἱ τὸ δράμα συντεθεικότες, ἤτει ἀθανάσιος μὴ ἀφεθῆναι τὸ γύναιον, ἀλλὰ καθομολογῆσαι τȣ̀ς τὰ τοιαῦτα αὐτȣ̃ ὑποθεμένȣς. οἱ δὲ κατήγοροι ἔφασαν ἄλλα βαρέα ἔχειν κατ᾽ αὐτȣ̃ ἐγκλήματα, πρὸς ἃ μὴ δύνασθαι αὐτὸν ἀπο-

ri, & sic absque ulla dissensione omnes ad festum proficisci. Misit etiam fratrem suum (*a*) Dalmatium qui ordinis & status coactæ Synodi esset inspector.

In ea urbe adunatis (*b*) Episcopis accessit etiam Ælix Episcopus (*c*) Maximus, qui beato pheronymo Macario successerat eorum ignarus per omnia quæ contra Athanasium erant excogitata.

Ut ingressus est Athanasius (*d*) Conciliabulum, circumdederunt eum accusatores gravia crimina objicientes, quæ suggesserant ipsis præsentes judices Eusebius Nicomediensis, & asseclæ illius.

Primum igitur (*e*) meretricem paraverunt quæ diceret, Athanasium dum apud se hospitaretur, virginitatem perpetuo servandam sibi per vim eripuisse. Dum Athanasius una cum Timotheo presbytero suo judicatur, mulieri Timotheus inquit; ego tibi muliercula virginitatem eripui? Ego apud te hospitatus unquam? Illa quæ Athanasium nunquam viderat, clamore indecenti conciliabulum replevit, digito indicans Timotheum, & hunc affirmans suum corruptorem. Cum pudore suffunderentur qui hoc (*f*) figmentum confecerant, petebat ab iis Athanasius ut muliercula non dimitteretur, sed qui talia suggesserant, illa indicaret. Tunc accusatores alia dixerunt gravia crimina illius in promptu se habere,

quæ

(*a*) A nostro vocatur frater Constantini M. Socrates l. 1. c. 2. vocat sororis filium, & Censorem. Suspicor in Socrate legi debere *fratris filium*: ut ab aliis antiquis scriptoribus dicitur: a Constantino patruo anno imperii trigesimo Cæsar est appellatus. Euseb. in Chron. olymp. 279.

(*b*) Numero LX. Sozom. l. 2. c. 20.

(*c*) Diligenter commemorat noster more suo Episcopos Jerosolymæ: ex quo idem arguitur ut diximus ad eam urbem aut Ecclesiam aliqua ratione pertinuisse.

(*d*) Tyri.

(*e*) Sozom. l. 2. c. 24.

(*f*) Theodor. l. 2. c. 30.

λογήσασθαι. καὶ τῦτο εἰπόντες τεταριχευμένην χεῖρα ἐξήνεγκαν ἀπὸ νεκρῦ σώματος ἐκτεμόντες ἀρσενίυ τινὸς καταψευδόμενοι εἶναι. ὅς τῶν μελιτίυ ἐτύγχανε διάκονος ὢν τῶν ὑπ' αὐτῷ τεταγμένων. ἣν τινα πρὸς μαγείας κεχρῆσθαι τὸν ἅγιον λέγειν ἐτόλμησαν.

quæ diluere non posset. Dum hoc dicunt, (a) manum sale conditam attulerunt, quam e cadavere Arsenii cujusdam amputatam mentiebantur. Arsenius Meletii Diaconus erat, unus nimirum de ordinatis ab illo. Manum ad usum magiæ sanctum Athanasium habuisse ausi sunt affirmare.

Α'ρσένιος δὲ κατὰ πρόνοιαν θεῦ ἐν τύρῳ παραγέγονε κ) τῦ κατ' αὐτὸν πλάσματος διελεχθέντος ὐδὲ ὕτως οἱ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ ἐνετράπησαν. ἀλλ' εἰς μανίαν τραπέντες ἐφ' οἷς ἐφωράθησαν ψευσάμενοι συνέχεον ἅπαν τὸ συνέδριον βοῶντες· ἄρατε τὸν γόητα. γοητείᾳ γάρ τινι χρησάμενος, πάντας ἐφήμωσεν· κ) ἐφονεύθη ἀθανάσιος, εἰ μὴ ὁ ἀνεψιὸς τῦ βασιλέως ἐξήγαγεν αὐτὸν διὰ στρατιωτῶν ἐκ τῆς χειρὸς αὐτῶν.

Arsenius divina providentia ductus Tyrum advenit: & de hoc circa se figmento loquebatur. Neque tamen sic veritatis inimici pudore affecti sunt. Sed in furorem versi propter ea quæ per fraudem commenti erant, detecta, omne turbarunt conciliabulum, clamantes, tollite incantatorem: Præstigiis enim usus omnibus silentium imponit. Et occisus esset Athanasius nisi e manibus eorum per milites (b) Dalmatius Imperatoris nepos eruisset.

Λόγος δὲ κρατεῖ· ὅτι ἀθανάσιος ἐκεῖθεν φυγὼν ἀνῆλθεν εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ ποιήσας εὐχὴν κ) τῷ ἁγίῳ μύρῳ χρίσας κ) ἁγιάσας τὺς εὐκτηρίυς οἴκυς πρὸ τῆς τῶν λοιπῶν ἐπισκόπων παρυσίας ὕτως κατέλαβεν τὸν βασιλέα κ) πάντα τὰ κατ' αὐτὸν ἀνεδίδαξεν αὐτῷ.

[c] Fama constans est, Athanasium fuga inde egressum venisse in sanctam urbem, orasse, & unguento sacro (d) linisse, & sanctificasse Domos orationi paratas ante adventum reliquorum Episcoporum: Similiter prœoccupavit Imperatorem, & de omnibus contra se actis fecit certiorem.

Παραγενόμενοι δὲ οἱ ἐπίσκοποι ἐν τῇ αἰλίᾳ φαιδρῶς λίαν ἐπετέλυν τὴν ἑορτὴν τῶν ἐγκαινίων ἐν ἱεροσολύμοις· τῦ βασιλέως ἀποστείλαντος τὰ κειμήλια παντοδαπὰ χρυσᾶ κ) ἀργυρὰ λίθοις τιμίοις πεποικιλμένα, κ) παραπετάσματα πολύτιμα κ) χρήματα ἱκανὰ εἰς

Cum advenissent Episcopi Æliam, hilariter valde Jerosolymis solemnitatem encæniorum perfecerunt. Imperator vero cujusvis generis (e) munera aurea & argentea pretiosis gemmis interstincta misit, & aulæa præclara, & pecuniam multam distri-

(a) Socr. l. 1. c. 21. Theod. l. 1. c. 30. Sozom. l. 2. c. 22. & 24.
(b) A Constantino ad concilium missus fuerat justitiæ & quietis tuendæ caussa.
(c) Traditio peculiaris Ecclesiæ Hierosolymitanæ.
(d) Satis antiquum & illustre exemplum consecrationis Sanctarum Ecclesiarum. De consecratione Ecclesiæ Hierosolymitanæ mentionem fecit etiam Sozom. l. 2. c. 25. Addit etiam ejus solemnitatis semel peractæ quotannis festum per octo dies peragi postea morem fuisse; quo tempore confluxisse multos qui sanctam urbem visitabant.
(e) Theodor. l. 1. c. 31.

διάδοσιν τῶν πτωχῶν ϰ̓ φιλοτιμίαν πάντων τῶν συνεϱχομένων εἰς τὴν ἑορτήν.

ſtribuendam pauperibus, & ad digne excipiendos omnes, qui ad feſtivitatem conveniſſent.

Ὡς δὲ ἤκουσεν τὰ κατὰ τὰ ἐγκαίνια τῶν ἁγίων τόπων ὁ φιλόχριςος βασιλεὺς πολλὰ τῷ θεῷ ηὐχαρίςησεν. ϰ̓ μᾶλλον προσετίθει τῷ χριςιανισμῷ. ἦν δὲ τριακοςὸν ἔτος τῆς βασιλείας αὐτοῦ.

Ut audivit quod geſtum erat in Encæniis Sanctorum locorum Imperator Chriſti ſtudioſiſſimus multas Deo gratias egit; magiſque religioni Chriſtianæ ſe addicebat. Erat tunc annus regni ejus *(a)* trigeſimus.

Νόμον δὲ εὐθὺς ἔγραψεν μετὰ βασιλικοῦ τύπου ὡς μὴ δύνασθαι τοὺς ἰουδαίους φανῆναι εἰς τὰ ἱεροσόλυμα ἀπὸ ἓξ σημείων κύκλῳ. ἔχαιρεν δὲ ἐπὶ τῇ χάριτι τοῦ θεοῦ βλέπων ϰ̓ τὰ βάρβαρα ἔθνη προστρέχοντα τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας ϰ̓ ἡδέως ὑποτασσόμενα τῇ ῥωμαίων βασιλείᾳ. πολλὰ γὰρ τῶν ἐθνῶν γένη τὸν χριςιανισμὸν προσεδέξαντο. ϰ̓ πρώην μὲν ἡνίκα γαλλίηνος τῆς ῥώμης ἐβασίλευσεν ἐκ τῶν ἐπιδραμόντων τῇ ῥωμαίων, γότθων, ϰ̓ κέλτων, ϰ̓ γαλατῶν τῶν ἑσπερίων· οἵτινες αἰχμαλώτους πολλοὺς λαβόντες ἱερεῖς ϰ̓ χριςιανοὺς ἐκ τῶν ὑπ' αὐτῶν γενομένων θαυμάτων τὸν χριςὸν ἐδόξασαν ὡς θεὸν ϰ̓ νῦν δὲ κωνςαντίνου εὐσεβοῦς βασιλεύοντος πλεῖςοι τῶν ἐθνῶν ἐφωτίσθησαν.

Statim legem tulit *(b)* imagine regia munitam, qua vetabantur *(c)* Judæi uſquequaque Jeroſolymam *(d)* intra ſextum lapidem accedere. Gaudium illi benignitas Dei faciebat: videbat ſiquidem *(e)* barbaras nationes *(f)* verbo veritatis ſe prompte adjungere, & libenter Imperio Romano ſe ſubiicere. Multa enim Ethnicorum genera Chriſtianiſmum ſuſceperunt: Et primum quidem quando Gallienus Romæ regnabat, contra regiones Romanorum excurrebant *(g)* Gothi, & [*h*] Celtæ, & Galatæ ad occidentem vergentes. Qui tum captivos multos abduxerunt Sacerdotes, & Chriſtianos, & *(i)* prodigia ab iis patrata mirati Chriſtum ut Deum glorificabant. Nunc vero Conſtantino pio Regnante plurimi Gentiles ſunt baptizati.

Ἰνδοὶ δὲ οἱ ἐνδότεροι ἐν τοῖς χρόνοις τούτοις ἐχριςιάνησαν· μεροπίου τοῦ

(k) Indi autem interiores ea ætate Chriſtiani facti ſunt. Meropii Phi-

(*a*) Æræ vulgatæ 336.
(*b*) Seu vultu ſuo in gemma anuli ſui inciſo.
(*c*) Renovavit legem jamdiu ab Hadriano latam. V. Nazianz. Orat. 12.
(*d*) Intra ſex milliaria.
(*e*) V. Sozom. l. 2. c. 5.
(*f*) Chriſtianæ religioni.
(*g*) Germani, & ſeptemtrionales gentes. De iis in imperium Romanum irruentibus Aurel. Vict. de Cæſarib. in Gallieno, & Eutrop. lib. 9. Philoſtorgius l. 2. *ab antiquis Getæ; nunc Gothi appellantur.*
(*h*) Populi partem ejus, quam nunc Franciam dicimus, tenentes; quemadmodum aliam partem Galatæ: eorum regiones varios pro ætatibus fines habuerunt. Plerumque Galli veteres a Græcis Galatæ dicuntur. Strabo Gallos qui Italiam Ciſalpinam occupaverant, Celtas vocat.
(*i*) Infirmis ſalutem momento temporis reddere, obſeſſos a dæmonibus liberare &c.
(*k*) Iſta Sozom. l. 2. c. 23. Socr. & Theodor. &c. Martyrol. R. 21. Octobr.

φιλοσόφȣ τύρȣ αἰδέσιον ϰ̀ φȣρμέντιον λαβόντος, καὶ ἐπὶ ἱςορίᾳ τῶν τόπων ἐκείνων εἰσελθόντος· οἵτινες δύο νεανίσκοι κρατηθέντες παρὰ τῶν ἰνδῶν προσήχθησαν τῷ βασιλεῖ αὐτῶν· τȣ́των πεῖραν λαβὼν τῷ χρόνῳ ὁ βασιλεὺς προσέταξεν ἐπιμελείας τυχεῖν. τȣ͂ δὲ βασιλέως τελευτήσαντος τῷ παιδὶ ἐκείνȣ σιωυδιῆγον πλείονος τιμῆς ϰ̀ παῤῥησίας ἀπολαύοντες. ϰ̀ ὅτε ἔμποροι ῥωμαίων ἀφίκοντο, ἐπέτρεπον τὴν θείαν λειτȣργίαν ἀφόβως ἐπιτελεῖν. χρόνȣ δὲ τινος διελθόντος προσῆλθον τῷ βασιλεῖ οἱ αὐτοὶ παῖδες ἐπὶ τὸ ἰδεῖν τὰ ἴδια, ϰ̀ ἀπέλυσεν αὐτȣ́ς. ϰ̀ ὁ μὲν αἰδέσιος τὴν τύρον κατέλαβεν. ὁ δὲ φȣρμέντιος τὴν ἀλεξάνδρειαν καταλαβὼν ἐδίδαξεν τὸν μέγαν ἀθανάσιον ὡς ἐπιποθȣ͂σι ϰ̀ ἰνδοὶ τὸ νοερὸν εἰσδέξασθαι τὸ φῶς. ὁ δὲ εὐθέως τῆς ἀρχιερατικῆς μεταδȣ̀ς αὐτῷ χάριτος κατὰ τὴν τȣ͂ ἔθνȣς ἐξέπεμψε γεωργίαν. ὁ δὲ ϰ̀ τὴν πατρίδα καταλιπὼν ϰ̀ τȣ͂ πελάγȣς καταφρονήσας κατέλαβε τὴν ἰνδίαν. ϰ̀ πᾶσι τὸν θεῖον λόγον ἐνσπείρας τὴν θεογνωσίαν ἐπαίδευσεν. ϰ̀ ȣ̔́τως κατὰ μικρὸν πᾶσα ἡ ἰνδία ἐπίςευσεν τῷ χριστῷ.

Philoſophi Tyrii occaſione (qui Ædeſium & (a) Furmentium ſecum duxit) ut (b) notitiam locorum illorum perquireret: Hi duo juvenes ab Indis apprehenſi ad eorum Regem adducti ſunt. Horum experimentum cepit Rex, & temporis lapſu juſſit de iis diligentem curam haberi. Poſt mortem Regis cum ejus filio una degentes multo honore, & libertate gaudebant: & quum Romani mercatores eo venerunt, ſine ullo timore divinam liturgiam perficere permiſſi ſunt. Elapſo autem aliquo tempore ad Regem acceſſerunt iidem juvenes, ſignificantes ſe ſuos reviſere velle, iique dimiſſi ſunt. Et Ædeſius quidem Tyrum revertit, Furmentius vero Alexandriam profectus magnum Athanaſium docuit Indos etiam ad ſpirituale lumen inſtitui deſiderare. Is contra communicata ſtatim (c) Pontificali gratia ad excolendam eam gentem dimiſit. Is ergo patria dimiſſa, & maris pericula nihili pendens in Indiam venit. Et divinum verbum omnium animis inſerens in cognitione Dei erudivit. Hoc pacto brevi tempore India univerſa credidit in Chriſtum.

Ἴβηρες δὲ ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ χριςιανίζȣσιν ἀρχὴν λαβόντες τὰ ἐκ τῆς αἰχμαλώτȣ χριςιανῆς γινόμενα θαύματα. αὕτη γὰρ ἐν τῇ διηνεκεῖ προσευχῇ ϰ̀ νηςείᾳ διατελȣ͂σα τρυφὴν ταύτην ἐνόμιζεν εἶναι. ςρωμνὴ δὲ ἦν αὐ-

(d) Iberes eodem tempore Chriſti fidem ſuſcipiunt initio ſumpto a prodigiis, quæ captiva (e) mulier Chriſtiana faciebat. Ipſa etenim in aſſiduis precibus & jejuniis perſeverans has ſibi delicias putabat. Hu-

(a) Frumentium dicunt iſti.

(b) Idem Sozom. varias peregrinationes veterum philoſophorum addit eruditionis gratia ſuſceptas.

(c) Ordinatus Indorum Epiſcopus a S. Athanaſio. ibidem.

(d) *Gens barbara, robuſta, bellicoſiſſima Armeniam interiorem incolit verſus ſeptentrionem.* Sozom. l. 2. c. 6. *Prope Pontum Euxinum habitant, ſuntque colonia deducta ab Iberibus, qui Hiſpaniam incolunt.* Socr. l. 1. c. 16. Græci teſte Plinio l. 2. c. 3. hiſt. a fluvio Ibero Hiſpaniam *ἰβηρίαν* dicunt. De Iberibus qui hic memorantur, Strabo mentionem facit lib. 11. aliquot pagellis poſt initium, & Plinius l. 6. c. 4. & 10.

(e) In annot. Martyrolog. ad d. 15. Decemb. plures afferuntur qui de ea egerunt.

τῇ σάκκος ἐπὶ τοῦ ἐδάφους. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ οἱ βάρβαροι σπανίζοντες τῆς ἰατρικῆς ἐπιστήμης εἰώθασιν ἀῤῥωστοῦντες πρὸς ἀλλήλους ἀπέρχεσθαι ϗ μανθάνειν τῆς ὑγείας τὸν τρόπον ἀφίκοντο ϗ πρὸς τὴν θαυμασίαν ἐκείνην γυναῖκα πολλοὶ κακῶς ἔχοντες. ἡ δὲ ἐπὶ τοῦ ἐδάφους αὐτοὺς ἀνακλίνουσα ἐξελιπάρει τὸν θεὸν καὶ τὴν ὑγείαν αὐτοῖς εὐθέως ἐχαρίζετο. ἐπιφημισθήσης δὲ πανταχοῦ τῆς θαυμασίας ἐκείνης γυναικὸς ἔφερον πάντας τοὺς ἑαυτῶν ἀσθενεῖς καὶ ἐθεράπευσεν αὐτούς. ἦλθεν δὲ ϗ εἰς ἀκοὰς τῆς τοῦ βασιλεὼς γυναικός. ἥτις προσεκαλέσατο αὐτὴν ἐπὶ τὸ ἐλθεῖν ϗ προσεύξασθαι περὶ αὐτῆς. ἦν γὰρ ἔχουσα πάθος χαλεπὸν ἐπὶ πολὺν χρόνον. ἡ δὲ μετρίῳ κεκτημένη φρονήματι τῆς βασιλίδος τὴν αἴτησιν οὐ προσεδέξατο. ἐκείνη δὲ ὑπὸ τῆς χρείας βιαζομένη περιφρονήσασα τῆς βασιλικῆς τιμῆς δι᾽ ἑαυτῆς ἀπῆλθεν. ἡ δὲ ταύτην ἐπὶ τῆς εὐτελοῦς ἐκείνης στρωμνῆς ἀνακλίνασα ϗ ἐπευξαμένη, εὐθέως παρέσχεν αὐτῇ ὑγείαν. ἡ δὲ τῆς θεραπείας τὸν μισθὸν προσεκόμιζεν, χρυσὸν, ἄργυρον, χιτῶνας, ἀμπελῶνας ϗ ὅσα ἕτερα βασιλικὰ δῶρα. ἡ δὲ θαυμασία ἐκείνη γυνὴ οὐδὲν τούτων ὅλως ἐθέλησεν δέξασθαι· ἀλλὰ τοῦτο μόνον αὐτὴν προέτρεπεν ἐπιγνῶναι τὸν τῶν ὅλων θεόν. ϗ οἶκον αὐτῷ κατασκευάσαι εἰς τιμὴν ϗ ἅπαν τὸ ἔθνος εἰς τὴν τούτου μεταθεῖναι λατρείαν.

Ἡ δὲ βασιλὶς ἐπανελθοῦσα πρὸς τὸν ὁμόζυγον ἐξέπληξεν αὐτὸν τῷ θαύματι. ϗ παρεκάλει εἰς τὸ εἰδέναι τὸν πάντων θεὸν ϗ οἶκον αὐτῷ ἀναδείμασθαι. ὁ δὲ τὴν μὲν ὑγείαν αὐτῆς ἐθαύμασε· τὸν δὲ ναὸν ὑπερέθετο ποιῆσαι. ὀλίγου

mi cubabat in facco. Ignorabant Barbari medicinam: folebant (a) ægroti ad ægrotos accedere, & invicem rationem convalefcendi inquirere: Ad illam etiam admirabilem mulierem venerunt multi male fe habentes. Illa fuper pavimento reclinatis illis precabatur Deum, & falutem ftatim gratiofe impetrabat. Celebrata erat ufquequaque fama mulier illa; ferebant ad eam omnes infirmos fuos & curabantur. Audivit hoc etiam Regis uxor, illam accerfivit, & ut (b) pro fe oraret petivit. Jamdiu enim morbo gravi vexabatur. Sed fœmina non magni faciens ejus poftulatis non obedivit. Tum Regina neceffitate ducta fpreta fua regia conditione ipfamet ivit. Mulier eidem fuper illo vili lectulo reclinatæ oratione ad Deum facta fanitatem reftituit. Attulit deinde Regina curationis mercedem, aurum, argentum, veftes, vineta, & cujufvis generis regia alia dona. Sed mirifica illa mulier horum nihil omnino voluit, fed hoc folummodo petiit, ut Deum univerforum agnofceret, & templum in honorem ejus erigeret, & totam Gentem ad ejus cultum traduceret.

Regina ad conjugem reverfa miraculi novitate illum perculfit, & hortata eft ut Deum omnium auctorem fateretur, & ipfi domum ædificaret. Rex falutem quidem miratus eft uxoris, fed templum extrue-

(a) Mos deferendi in publica loca infirmos, ut notum fieret alieno experimento qua ratione in morbum quifque incidiffet, & qua a morbo levari poffet, apud plures nationes antiquiffimus eft. De eo peculiarem libellum edidit Carolus Frid. Hundertmark profeffor Lipfienfis & Academiæ Inftituti Scientiarum Bononien. Socius: *De incremento artis medicæ per expofitionem ægrotorum apud veteres in vias publicas & templa*. *Lipfiæ* 1749. 4. Ex eo more argui poteft Empiricorum fectam initium primum habuiffe.

(b) Salutem nofter dicit Reginæ tantum reftitutam, fed Sozom. Socr. & Theod. ajunt Reginam curatam fimul & ejus filium.

δὲ διελθόντος χρόνȣ ἐξῆλθεν εἰς θήραν, ϗ ἐπιπεσȣ̃σα αὐτῷ ἀχλὺς ζόφον ἐποίησεν ἔμπροσθεν αὐτȣ̃. ϗ ȣ̓χ ἑώρα πȣ̃ ἀπελθεῖν. ἐν ἀμηχανίᾳ ȣ̓̃ν γενόμενος τὸν τῆς αἰχμαλώτȣ θεὸν ἐπικαλεῖται ἐπίκȣρον. εὐθέως δὲ ἀπηλλάγη τȣ̃ ζόφȣ. καὶ παραυτὰ κατέλαβεν τὴν θαυμασίαν ἐκείνην γυναῖκα ϗ παρακαλεῖ διδάξαι τῆς οἰκοδομῆς τȣ̃ ναȣ̃ τὸ σχῆμα. ἡ δὲ τὸν βεσελεὴλ μιμησαμένη διέγραψεν τȣ̃ ναȣ̃ τὸ σχῆμα, ϗ ȣ̓́τως ἀπηρτίσθη τȣ̃ ναȣ̃ οἰκοδομή. ὑπέθετο δὲ αὐτῷ πέμψαι πρὸς τὸν βασιλέα ῥωμαίων. ϗ αἰτήσασθαι αὐτῷ ἱερέα καὶ καθιερῶσαι τὸν ἱερὸν οἶκον. ὁ δὲ βασιλεὺς κωνςαντῖνος ταῦτα μαθὼν ἀνύμνει τὸν φιλάνθρωπον θεόν. τȣ̀ς δὲ πρέσβεις πολλῆς θεραπείας ἀξιώσας ἄνδρα πιςὸν φρονήσει ϗ βίῳ κεκοσμημένον κήρυκα τῷ ἔθνει θεοσεβείας ἐξέπεμψεν μετὰ δώρων ὅτι πλείςων.

ftruere diftulit. Tranfacto deinde tempore non multo ad venationem exivit: & fupervenientibus tenebris obfcuritas eum occupavit, nec (a) videbat quo fe reciperet. In illa confilii inopia captivæ Deum invocat adjutorem, ftatimque ab illa obfcuritate liberatus eft. Simul magnam illam mulierem accerfit, & hortatur ut formam ædificandi templi tradat. Ipfa (b) Befeleel imitata, figuram templi delineavit: & hoc pacto templi eft ædificatio perfecta. Dedit infuper illi (c) confilium ut ad Romanorum Imperatorem mitteret qui peterent ab eo Sacerdotem, & facra domus confecraretur. His intellectis Conftantinus mifericordem Deum collaudavit: & de fenioribus probi minifterii virum elegit fidei fpectatæ prudentia, & bonis moribus ornatum; hunc legavit ut Genti annunciaret Dei cultum, & dona quamplurima deferret.

Ἀθανάσιος δὲ προσῆλθεν τῷ βασιλεῖ τὴν γενομένην ἐπ' αὐτῷ ἄδικον κρίσιν ἐν τύρῳ αἰτιώμενος. ὁ δὲ κελεύει τȣ̀ς ἐπισκόπȣς τȣ̀ς συνελθόντας ἐν τύρῳ ὑπαντῆσαι πάντας εἰς τὸ βυζάντιον. ἀλλ' οἱ μὲν πλεῖον φοβηθέντες ἀπέδρασαν. ὁ δὲ εὐσέβειος νικομηδείας, ϗ θεόγνιος ϗ ȣ̓ρσάκιος, ϗ πατρόφιλος καταλαβόντες τὴν κωνςαντινȣ́πολιν ȣ̓κ ἔτι ταῖς πρώταις διαβολαῖς κατὰ ἀθανασίȣ ἐχρήσαντο. ἀλλ' ὅτι ἠπείλησεν τὴν σιτοπομπίαν κωλύειν τὴν γινομένην ἐκ τῆς αἰγύπτȣ. μάρτυρας δὲ ψευδεῖς προβαλ-

Athanafius Imperatorem adiit ut factum contra fe in urbe Tyro (d) judicium reprehenderet. (e) Jubet Imperator Epifcopos qui in illa civitate convenerant, omnes Byzantium fe conferre. At illi pleni timore refugiebant. Eufebius Nicomediæ, & Theognius, & Urfacius, & Patrophilus Conftantinopolim profecti priftinis non amplius calumniis contra Athanafium ufi funt fed minatum effe ajebant fe tranfmiffionem (f) frumenti ex Ægypto fieri folitam impediturum. Teftes vero fal-

(a) Beneficium hoc a Chrifto Regi impenfum Sozom. l. 2. c. 6. & luculentius Theodoret l. 1. c. 24.

(b) Celebris artifex ille, qui in paranda vafa in ufus tabernaculi Legis veteris Moyfi dederat operam, ut eft in libro Exodi.

(c) Idem Sozom. ibi.

(d) Theodor l. 1. c. 31. Sozom. l. 2. c. 27.

(e) Apud eundem Sozom. epiftola jubentis Conftantini.

(f) Theod. l. 1. c. 31. Socr. l. 1. c. 23.

λόμενοι τέσσαρας ἐπισκόπων χειροτονίαν ἔχοντας ἀμάντιον, ἀνέβιον, ἀρμίνθιον, πέτρον προσαγορευομένες οἵτινες ἐνωμότως εἰπεῖν ἐτόλμησαν ὡς τȣ̃το λέγοντος ἀθανασίȣ ἤκȣσαν. κινȣ̃σιν εἰς ὀργὴν τὸν βασιλέα κατὰ ἀθανασίȣ. κ̀ ἐξορίζεται εἰς τρίβεριν τῆς γαλλίας ὁ ἅγιος. ἄρειος δὲ ὁ δυσσεβὴς ἐτάραττεν αὖθις τὴν αἴγυπτον. ὅπερ γνȣ̀ς ὁ βασιλεὺς μετάπεμπτον αὐτὸν ἐποιήσατο. καὶ λαβεῖν θέλων τȣ̃ ἀθλίȣ ἀπόπειραν ἠρώτα, εἰ τοῖς ἐν νικαίᾳ δόγμασι πείθεται. τȣ̃ δὲ συνθεμένȣ ὅρκον ἐπήγαγεν αὐτῷ εἰς πίςωσιν τȣ̃ λεγομένȣ. ὁ δὲ δόλον καινὸν ἐργασάμενος δύο συνέθηκε χάρτας, ἕνα ἔχοντα τῆς αἱρέσεως αὐτȣ̃ τὰ δόγματα κ̀ ἕνα ἄλλως ὂν κ̀ δι' ἑτέρȣ ἔγραψεν.

Ὤμοσε δὲ τῷ βασιλεῖ. κ̀ τὸν ὅρκον δολιευσάμενος πείθει κελεύσαι τὸν βασιλέα δεχθῆναι αὐτὸν ἐν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ. ὅπερ γνȣ̀ς ἀλέξανδρος ὁ ἐπίσκοπος εἰς τὴν ἐκκλησίαν τὴν καλȣμένην εἰρήνην τῷ θεῷ προσέκλαυσεν, παρόντος τηνικαῦτα μακαρίȣ πρεσβυτέρȣ ἀθανασίȣ κ̀ ἐπακροωμένȣ τῷ ἀλεξάνδρῳ εὐχομένῳ φησὶ γὰρ πρὸς τὸν θεὸν, εἰ ἄρειος αὔριον συνάγεται, ἀπόλυσον ἐμὲ τὸν δȣ̃λον σȣ κ̀ μὴ συναπολέσῃς εὐσεβῆ μετὰ ἀσεβȣ̃ς. εἰ δὲ φείδῃ τῆς ἐκκλησίας σȣ, οἶδα δὲ ὅτι φείδῃ, ἆρον ἄρειον.

falsos proferebant quatuor ab Episcopis antea manuum impositionem habentes, (a) Amantium, Anubium, Arminthium, Petrum denuntiatores; qui jurati affirmare ausi sunt ab Athanasio ista dicente se audivisse. Irascitur super his Imperator Athanasio, qui sanctus ut erat Treviros Galliæ [b] mittitur in exilium. Tunc impius Arius (c) denuo Ægyptum turbavit; quod ut cognovit Imperator, ad se accersivit; & animo experimentum de misero illo capiendi, an decretis in Nicæna Synodo crederet interrogavit. Adstipulanti se credere, juramentum detulit in confirmationem dictorum. Tunc novum dolum consuens, duas composuit (d) chartas. unam in qua erant hæresis suæ dogmata, & aliam diversam quam etiam per alium scripsit.

Juravit Imperatori & juramento decepto persuasit se in catholicam Ecclesiam recipiendum. Quod ut rescivit Alexander Episcopus in Ecclesiam Irenem seu pacem ut vocabatur introducendum ad Deum flendo clamavit: (aderat interea Macarius Athanasii Presbyter qui audivit preces Alexandri) Ait enim Deo (e), si cras in communionem nobiscum Arius venit, tolle me servum tuum, & ne me tui cultorem cum impio perdas, si parcis Ecclesiæ tuæ: (scio vero quod ei parcis) Arium tolle.

Hæc

(a) Commemorantur hi falsi testes a Socrate l. 1. c. 23. sed hic corrupta sunt eorum nomina.

[b] Idem ibid. & Sozom. l. 2. c. 27. Et hæc prima Athanasii ab Ecclesia Alexandrina ejectio.

(c) Sozom. ib. c. 28.

(d) Socrates l. 1. c. 25.

(e) Preces ad Deum fusæ a S. hoc Episcopo CPolitano renuente in communionem recipere Arium afferuntur a Theod. l. 1. c. 14. Ipsa verba Episcopi precantis quæ & noster habet ostendunt ejus vivam fidem credentis quia *est Deus in Israel*. De morte Arii Socr. l. 1. c. 25. Sozom. l. 2. c. 28. V. c. 29.

Ταῦτα δὲ προσηύχετο ὐχ ὡς ἐπιχαίρων τῷ θανάτῳ τῦ δυσμενῦς. πᾶσι γὰρ ἐυσεβέσι ἀπόκειται ὁ κατὰ τῶν ὁμοφύλων ὄλεθρος· ἀλλ' ὥςε μὴ καθυβρισθῆναι τὴν σεβασμίαν τράπεζαν τῇ τῦ παρανόμυ κ̀ τῶν σὺν αὐτῷ ἐπιβυλῇ. θᾶττον δὲ λόγυ ἡ θεῖα δίκη κατέβαλεν τὸν ἄρειον ἐν τόποις, ἀξίοις τῶν τῆς γλώσσης ἀμαρτημάτων. τὴν ζωὴν ἀποῤῥήξαντα. καὶ τὴν ἰύδα ῥῆξιν ὑποςάντα ἐπ' ἴσῃ προδοσίᾳ τῦ λόγυ.

Hæc autem orabat, non quasi morte hostis gauderet: Diversus enim verè fidelibus ab aliis ejusdem naturæ, servatur interitus: sed ne venerandæ mensæ insidiis scelerati & sociorum ejus fieret iniuria. Velocior verbo ultio divina prostravit Arium in iis locis, (a) latrinis nempe, quæ verbis ejus congruebant. Ita vitam abrupit, Judæ disruptionem passus, propter æqualem Verbi proditionem.

Ο δὲ βασιλεὺς κωνςαντῖνος ἐν νικομηδείᾳ διάγων ἐν προαςείῳ τινὶ κ̀ ἀῤῥωςίᾳ περιπεσὼν δέχεται τὸ πανάγιον βάπτισμα. ἀνεβάλετο δὲ τῦτο ἕως τῦδε τῦ καιρῦ ἐν τῷ ἰορδάνῃ ποταμῷ τύτυ ἀξιωθῆναι ποθῶν. ἔυθυμος δὲ γενόμενος διέθετο ἐυσεβῶς τὺς τρεῖς ὑιὺς καταλήψας τῆς ἑαυτῦ βασιλείας κ̀ ἐυσεβείας κληρονόμυς. τὸν μὲν πρεσβύτερον αὐτῶν τὸν καὶ ὁμώνυμον αὐτῦ κωνςαντῖνον βασιλέα ἀναδείξας τῶν ἑσπερίων μερῶν. τὸν δὲ δέυτερον ὁμώνυμον τῦ πάππυ κωνςάντιον ἀνατολῆς βασιλέα ἐχειροτόνησεν. τὸν δὲ νεώτερον τῆς ἐυρώπης. ὐδεὶς δὲ τύτων παρῆν ἐν τῷ ἀποθνήσκειν αὐτόν. διαθήκας ὖν γράψας κ̀ τοῖς τρισὶν ὑιοῖς τὴν βασιλείαν μερίσας παρέθετο αὐτὰς τῷ ἀρειανῷ πρεσβυτέρῳ· τῷ ὑπὸ τῆς ἀδελφῆς αὐτῷ κωνςαντίας παρατεθέντι, ἐντειλάμενος δῦναι αὐτὰς κωνςαντίῳ τῷ τῆς ἑώας βασιλέυειν λαχόντι. παρεκε-

Dum Imperator Constantinus Nicomediæ in suburbano quodam degeret, morbo correptus sanctum suscipit (b) baptisma. Distulerat hoc usque dum opportune dignus esset in fluvio (c) Jordane; ut cupiebat, illud recipere. Animi compos pie disposuit de tribus (d) filiis, quos regni sui, & pietatis heredes reliquit. Majorem sibi cognominem Constantinum, Imperatorem fecit partium Occidentalium; alterum cognominem (e) avi Constantium Orientis Dominum fecit: minimum (f) Europæ. Horum nemo morti ejus aderat. Tribus filiis diviso regno testamentum scripsit, illudque tradidit Presbytero Ariano sibi a Constantia sorore commendato jubens illud dare Constantio Orientis Imperatori designato. Præcepit etiam moriens ut magnus Athanasius

(a) Arii mortem miseram, qui paullo ante Constantino Imp. pejeraverat de sua filii Dei fide, descripsit ex Athanasio Sozom. l. 2. c. 28. V. c. 29.

(b) Sequitur noster traditionem Græcorum plerorumque, qua dicitur Constantinus M. dum esset morti proximus, in Oriente baptizatus. Vide tamen Niceph. l. 7. c. 35. & alibi, & dissert. Eccles. de hoc argumento.

(c) Euseb. de vita Const. l. 4. c. 62.

(d) Socrates l. 1. c. 25. tradit quo anno Constantinus M. unumquemque filium Cæsarem creavit, scilicet decimo anno Constantinum, Constantium vicesimo, trigesimo Constantem.

(e) Patris Constantini, & avi ipsius Constantii.

(f) Videtur nomine Europæ designari Italia & Illyricum. Sed occiso Constantino Magni filio Constans præter Galliam & Africam, etiam universam mortui fratris ditionem sibi adjunxit.

λίυσαιτο δὲ τελευτῶν ἀθανάσιον τὸν ἱερὸν εἰς τὸν ἴδιον θρόνον ἐπανελθεῖν.

sius ad suam sedem (*g*) reverteret.

Τελευτᾷ δὲ ὁ πανεύφημος κωνςαντῖνος ὢν ἐτῶν ΞΕ'. εὐσεβῶς κ̀ θεαρέςως βασιλεύσας ἔτη ΛΒ'. κ̀ καταλείψας τὴν ἐπίγειον βασιλείαν τῆς οὐρανίε ἐπελάβετο. τὸ δὲ τίμιον αὐτοῦ λείψανον ἐν λάρνακι οἱ ςρατιῶται χρυσῇ ἐνθέντες, ἐποίησαν κοπετὸν μέγαν ἐπ' αὐτῷ θρηνοῦντες ὡς πατρὸς φιλοςόργου.

Mortuus est autem semper laudabilis Constantinus annum agens LXV. postquam cum virtute, & ex divino præscripto regnaverat annos (*a*) XXXII. terrenum regnum reliquit, & cœleste assecutus est. Honorabile corpus ejus in (*b*) aurea urna milites condentes planctum magnum fecerunt, mortem ejus tanquam indulgentis patris lamentantes.

Καταλαβὼν δὲ κωνςάντιος ὁ τῆς ἠῷας βασιλεὺς, κ̀ βασιλικῶς κηδεύσας τὸν πατέρα ἀπέθετο ἐν τῇ τῶν ἁγίων ἀποςόλων ἐκκλησίᾳ ἔνθα ἀπετέθη ἡ μήτηρ αὐτε ἑλένη: εἰς τοῦτο γὰρ κ̀ ὁ κωνςαντῖνος ᾠκοδόμησεν ἐκείνω τὴν ἐκκλησίαν, εἰς τὸ θάπτεσθαι ἐκεῖσε τοὺς βασιλεῖς κ̀ ἱερεῖς, ὅπως μὴ ὦσι μακρὰν τῶν ἀποςολικῶν λειψάνων.

Assumpsit Constantius Orientis Imperium; & ut regem summum decebat, patri parentavit; eum deposuit in Ecclesia Sanctorum Apostolorum, ubi mater ejus Helena recondita fuerat. Idcirco enim & Constantinus illam (*c*) Ecclesiam construxerat, ut in ea Imperatores, & Sacerdotes sepelirentur, neque procul a reliquiis Sanctorum Apostolorum abessent.

Ἐγένετο δὲ ἡ ἡμέρα τῆς κοιμήσεως αὐτε εἰκάδι δευτέρᾳ τοῦ μαΐε μηνὸς· πρὸ ἑνδεκαμιᾶς καλάνδων ἰουνίων, ἐν ὑπατίᾳ φιλικιανε κ̀ τατιανοῦ.

Accidit autem ejus obitus die vigesima secunda Mensis Maji, undecimo Kalendas Junii, Consulibus (*d*) Feliciano, & Tatiano.

Ὁ δὲ ἀρειανὸς πρεσβύτερος τὰς διαθήκας δοὺς κωνςαντίῳ, αὐτὸς γὰρ ἐκ τῆς ἑώας φθάσας τὸ τε πατρὸς σῶμα εἰς τοὺς ἀποςόλους κατέθετο. πολλῆς παῤῥησίας ἔτυχεν ὅθεν τοὺς ἐν τοῖς βασιλείοις, καὶ αὐτὴν τὴν βασιλίδα ἀρειανίζειν ἔπεισεν, συνεργοῦντα ἔχων εὐσέβειον τὸν τῶν εὐνέχων πρωτεύοντα.

(*e*) Presbyter Arianus testamenta Constantio dedit. Veniens enim ex Oriente corpus patris in Ecclesiam Apostolorum intulerat. In loquendo valde liber erat; ex quo factum est ut ministros in regalibus palatiis, & ipsam Reginam Arianis adhærere persuaderet, Eusebio Eunucho præcipuo usus adjutore.

Ἀθανάσιος δὲ ἐκ τῆς ἐν γαλλίοις

Athanasius ab exilio e Galliis rever-

(*g*) Sozom. l. 3. c. 2.
(*a*) Idem l. 2. c. 32. & Socr. c. ult. 31.
(*b*) Idem ibid. sicut de sequentibus nonnulla.
(*c*) Euseb. de vita l. 4. c. 58. & seq.
(*d*) Anno æræ nostræ currentis 337. Pag. diss. hyp. &c.
(*e*) Socr. l. 2. c. 2. Sozom. l. 3. c. 1.

ἐξορίας ἐπανῆλθεν κατὰ τὰς ἐντολὰς κωνςαντίνου. ἐλθόντα δὲ αὖθις εἰς τὴν ἀλεξάνδρειαν μετὰ γραμμάτων τȣ̃ νέου κωνςαντίνου συνιςανόντων αὐτὸν τῶν ἀλεξανδρέων κλήρῳ τε ϗ λαῷ ἀσμένως ἐδέξαντο ἅπαντες τὸν ἱερὸν ἀθανάσιον.

verſus ex præcepto [a] Conſtantini rurſus Alexandriam venit (b) litteras junioris Conſtantini afferens quę eum Clero & populo Alexandrino commendabant. Illi libenti animo magnum Athanaſium ſuſceperunt.

Κωνςαντίνος δὲ ὁ πρῶτος υἱὸς κωνςαντίνου τȣ̃ μεγάλου, ὑπὸ τῶν στρατηγῶν κωνςαντίου τοῦ ἰδίου ἀδελφȣ̃ ἀνηρέθη, πολέμου μεταξὺ αὐτῶν συςάντος περὶ ἀκυληΐαν. κωνςάντιον δὲ κουφότητι λογισμȣ̃ παρέπεισαν οἱ περὶ εὐσέβιον τὸν νικομηδείας ϗ οἱ λοιποὶ τȣ̃ ὁμοȣσίου τὸ πρόσρημα ἐκ τȣ̃ συμβόλου τῆς πίςεως περιελεῖν αἴτιον γὰρ τοῦτο ἔφασαν εἶναι τῆς τῶν ἐκκλησιῶν διαιρέσεως. οὗ ἀρθέντος οὐκ ἔτι ἔςαι ἀμφισβήτησις περὶ δογμάτων.

Conſtantinus autem magni Conſtantini primogenitus a militibus (c) Conſtantii ſui fratris (d) occiſus eſt, cum inter eos tunc eſſet bellum prope Aquilejam. Conſtantio leviſſimis rationibus amici Euſebii Nicomedienſis & reliqui perſuaſerunt (e) homouſion de ſymbolo fidei tollere: illud enim ſciſſiones Eccleſiarum efficere: quo ablato nulla de dogmatibus controverſia ſupereſſet.

Ὁ δὲ κουφότητι γνώμης, ἀβασανίςως δεξάμενος τȣ̀ς λόγους αὐτῶν συνέθετο τοῦτο ποιῆσαι ϗ ἦν πάλιν τάραχος ȣ̓κ ὀλίγος ἐν ὅλῃ τῇ οἰκȣμένῃ. εἶχον δὲ τὰ ὅμοια αὐτοῖς σπουδάζοντα ϗ τὸν ἡρακλείας θεόδωρον. ϗ πείθουσι κωνςάντιον ἐκβαλεῖν ϗ τὸν ἀθανάσιον.

At is ex animi levitate re nullo modo perpenſa & eorum verbis obſecutus conſtituit hoc faciendum. Inde rurſus (f) turbæ magnæ in toto orbe fuerunt: Habebant autem qui ſententiæ ſuæ dabat operam etiam Theodorum Heracleæ Epiſcopum. Præter hoc perſuadent Conſtantio ejicere e ſua ſede Athanaſium.

Ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ εὐσέβειος ὁ παμφίλου ἐτελεύτησεν. χειροτονεῖται δὲ ἀντ' αὐτȣ̃ ἀκάκιος ἀνὴρ ἐλλόγιμος ϗ μαθητὴς εὐσεβείου ὃς ἔγραψεν ϗ τὰ

Eo tempore (g) Euſebius Pamphili mortuus eſt. In ejus locum Acacius vir diſertus, & Euſebii diſcipulus eligitur; qui ſcripſit colle-

(a) Magni, qui morti proximus hoc præceperat. Sozom. l. 3. c. 2.
(b) Socrates ibid. Theod. l. 2. c. 1. habent litteras Conſtantini junioris ad populum Alexandrinum. Athanaſius prima vice redit Alexandriam.
[c] Anno tertio a morte patris. 340. æræ currentis dum irruptionem feciſſet in fines imperii Conſtantis fratris minoris. Mortuo Conſtantino Orbis pars occidentalis tota in ditionem Conſtantis eſt redacta.
(d) Legendum *Conſtantis*. Sozom. l. 3. c. 2. Socr. l. 2. c. 5.
(e) Conſubſtantialem latinè. Vox qua definitur Verbum ſeu Filium ejuſdem eſſe cum Patre ſubſtantiæ: vox inquam a veteribus uſurpata, & in Œcumenico Concilio Nicæno diligentiſſime perpenſa, & ſtatuta, ut tradit Socr. l. 1. c. 5. Theod. l. 1. c. 8. Sozom. l. 1. c. 20. contra Arium & ejus aſſeclas, qui illam ab Eccleſia ſtatim acceptam & ſervatam perpetuo oppugnarunt, vel corrumpere adjecta diphthongo conati ſunt dicendo ὁμοιȣσίον *ſubſtantia ſimilem*. Sozom. l. 3. c. 17.
(f) Idem Socr. l. 2. c. 2. Quod & ſemper antea, & ævo noſtro factum eſt, quoties indocti de ſublimioribus doctrinis Eccleſiæ, & myſteriis ferre judicium audent.
[g] Inſignis hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcriptor. Sozom l. 3. c. 2. Socr. l. 2. c. 4.

σύμμικτα, τοῖς δὲ ἀρειανοῖς λίαν συγκείμενος. ἀλεξάνδρου τοῦ ἐπισκόπου κωνσταντινουπόλεως τελευτήσαντος παῦλος χειροτονεῖται. μακεδονίου δὲ συμψήφου γενομένου, ὅς πρεσβύτερος τῆς ἐκκλησίας ἐτύγχανεν ὤν, ταραχὴ γέγονε μεγάλη τῶν ἀρειανῶν σπουδαζόντων ὑπὲρ μακεδονίου. Μετ' ὀλίγον δὲ ἐπιστὰς τῇ πόλει κωνστάντιος συνέδριον καθίσας, παῦλον μὲν σχολάζειν ἐποίησεν, ἐνεθρόνησεν δὲ τὸν νικομηδείας εὐσέβιον εἰς τὸν θρόνον κωνσταντινουπόλεως:

Τῶν δὲ ἐγκαινίων τῆς ἐν ἀντιοχείᾳ ἐκκλησίας γενομένων ἣν κωνσταντῖνος ὁ μέγας ἔκτισεν βασιλείας συνῆλθον ἐπίσκοποι τὸν ἀριθμὸν ϛΘ'. ὧν ἡγεῖτο εὐσέβιος. πάλιν οὖν συσκευάζουσι κατὰ ἀθανασίου, καὶ προχειρίζονται ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον, εὐσέβιον τὸν ἐμίσης τῆς αἱρέσεως ὄντα σαβελλίου τοῦ λίβυος. ὃς οὐδὲ ἐδέχθη ὑπὸ ἀλεξανδρέων, διὰ τὸ σφόδρα ἀγαπᾶσθαι τὸν ἀθανάσιον. τούτου οὖν μὴ δεχθέντος, προχειρίζονται γρηγόριον ἀλεξανδρείας ἐπίσκο-

lectanea: cum Arianis tamen valde conveniebat. (a) Morte vero Alexandri Episcopi Constantinopolis interveniente (b) sufficitur Paulus qui presbyter erat ejusdem Ecclesiæ, cuique suffragatus fuit & Macedonius. Turbæ multæ secutæ sunt, Arianis pro (c) Macedonio stantibus. Post paucos dies in Urbem Constantius advenit, & cum in consilio sedisset, Paulum in otio esse jussit; & in ea sede (d) Eusebium Nicomediæ collocavit,

Antiochiæ tunc fiebant (e) Encænia Ecclesiæ, quam Constantinus Magnus (f) regali magnificentia ædificaverat. Episcopi convenerunt numero (g) LXXXXIX. quorum caput erat (h) Eusebius. Rursus insidias in Athanasium moliti sunt: proinde Alexandriæ Episcopum constituunt (i) Eusebium Emesæ, qui hæresi Sabellii Afri adhærebat; non tamen ab Alexandrinis propter summum in Athanasium amorem (k) susceptus est. Hoc non admisso (l) Gregorium illius urbis Episcopum re-

(a) In codice pro τελευτήσαντος legitur τελευτῆς αὐτοῦ.

(b) A propugnatoribus Nicænæ fidei pro qua Alexander contra Arium semper dimicaverat: ejus precibus immissa cœlitus mors Ario, ut diximus, & Sozom. repetit l. 3. c. 4.

(c) Macedonius cum catholicis a principio potius quam cum Arianis videbatur esse. Neque enim cum his sentiebat: recusavit enim, ut inquit Theodor. l. 2. c. 6. *filium Dei vocare creaturam*. Postea tamen peculiaris & propriæ sectæ auctor fuit, in qua non dicebatur Filius Patri esse consubstantialis, sed tantum genitori in omnibus similis, & Spiritus Sanctus creatus. V. Didymum pluribus in locis; cujus Scriptoris textum Græcum de Trinitate non ita pridem detectum vulgavit Rmus Mingarellius de quo supra mentio habita est.

(d) Socr. l. 2. c. 5. Sozo. l. 3.

(e) Anno 341. si non sequenti, recurrentibus quinquennalibus Constantii Imp. a morte patris. Socr. l. 2. c. 5 in cujus textu Marcellus pro Marcellino Cos. scribitur.

(f) βασιλείας fortasse pro βασιλικῶς. Socrat. ib. ait Constantinum eam ædificare cœpisse ante annos decem, in Chron. Euseb. ante annos quindecim.

(g) Socr. nonaginta, Sozom. l. 3. c. 5. IC. hic vocat Concilium Provinciale.

(h) Prius Nicomediensis Episcopus, postea CPolitanus.

(i) Sozom. l. 3. c. 5. probare nititur Eusebium hunc Emesenum Sabellii placitis non adhæsisse. V. Baron. ad a. 341. n. 9.

(k) Et ipse Eusebius ejus urbis Episcopatum suscipere vel non est ausus, vel recusavit. Sozom. eod. c. 5. l. 3. V. Socr. l. 2. c. 6.

(l) Sozom. ibi. Socr. c. seq.

πον. μεταποιοῦσι δὲ τὴν πίστιν. τὴν μὲν ἐν νικαίᾳ σύνοδον διαβάλλειν οὐ τολμήσαντες, ἄρειον δὲ φανερῶς δεχόμενοι· καὶ τῆς τούτου μνήμης ὑπερασπίζοντες. ἐσπούδαζον δὲ σὺν εὐσεβείῳ κατὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως, ἀκάκιος ὁ καισαρείας παλαιστίνης· πατρόφιλος ὁ σκυθοπόλεως. θεόδωρος ὁ πιρίνθου, ἤγουν ἡρακλείας τῆς θράκης· εὐδόξιος ὁ τότε μὲν γερμανικείας, ὕστερον δὲ μετὰ μακεδόνιον μετατεθεὶς εἰς τὸν θρόνον κωνσταντινουπόλεως· διάνιος ὁ καισαρείας καππαδοκίας ἐπίσκοπος· γρηγόριος ἀλεξανδρείας, καὶ γεώργιος λαοδικείας, καὶ εὐσέβειος ὁ ἐμέσης. οἳ καὶ κανόνας τοὺς φερομένους ἀντιοχείας ἐκθέμενοι διελύθησαν. τῷ δὲ αὐτῷ καιρῷ σεισμοὶ μέγιστοι ἐγένοντο ἐν τῇ ἑῴᾳ. ἡ δὲ ἀντιόχεια ἐπὶ ἐνιαυτὸν ὅλον ἐσείετο.

Γρηγόριος δὲ ὁ ἀρειανὸς σὺν στρατῷ πολλῷ κατὰ πρόσταγμα τοῦ βασιλέως καὶ στρατηγῷ τινὶ ὀνόματι συριανῷ κατέλαβεν ἀλεξάνδρειαν.

renunciant, & mutant (a) fidem; Synodum vero Nicęnam criminari non sunt ausi, quamvis Arii placitis manifeste faverent, & memoriam illius tuerentur. Contra veram fidem operam suam cum Eusebio præstabant (b) Acacius Cæsareæ Palęstinæ, Patrophilus Scythopoleos, Theodorus Perinthi, quæ & Heraclæa Thraciæ vocatur, Eudoxius tunc Germaniciæ, postea in sedem Constantinopolitanam post Macedonium translatus, Dianius Cæsareæ Cappadociæ Episcopus, Gregorius Alexandriæ, & Georgius Laodiceæ, & Eusebius Emesæ. Isti canonibus, qui (c) Antiocheni dicuntur, editis discesserunt. Per idem fere tempus terræmotus gravissimi secuti sunt, & Antiochia eo anno toto agitata est.

(d) Gregorius interea Arianus exercitu non mediocri sub duce quodam nomine Syriano stipatus Imperatore mandante venit Alexandriam.

Q q Sed

(a) Ita ut neque Nicænam fidem faterentur, neque repudiarent, omissa commemoratione consubstantialitatis Verbi. Id explicant Sozom. & Socr. ibi. Hic formulam fidei ab iis emissam affert. Neque enim ausi sunt coram plurimis Episcopis catholicis veritatem Nicænam palam oppugnare. Protracto diutius Concilio rejecta fuit formula prior catholica, & edita altera, quæ a Socrate pariter affertur, propter quam Julius Papa reprehendit Patres Antiochenos fidem clam depravasse. Idem l. 2. c. 15. V. c. 17. Eam secundam formulam approbavit postea Concilium orientalium Seleuciense. Sozom. lib. 4. c. 22. & Lampsacenum Arianorum Id. l. 6. c. 7. Legitur eadem post canones Concilii Antiocheni in *Codice canonum vetere Ecclesiæ R.* impresso Moguntiæ 1525. & iterum Parisiis 1609. ut ibi dicitur *ex B. Hilario Pictaviensi*. Eo Codice canonum Ecclesiæ Romanæ ante versionem Dionysii utebatur Occidentalis Ecclesia, ut ait Valesius in c. 3. l. 1. Socratis, & appellat vetustissimam collectionem.

(b) Iste & sequentes Episcopi a Sozom. l. 3 c. 5. memorantur. De Eusebio Emeseno Socr. l. 2. c. 6. V. c. 9. Sozom. l. 3. c. 5. V. c. 6.

(c) Canones hi numero 25. qui disciplinam Ecclesiasticam solum respiciunt, a vetustissimis collectionibus in recentiores derivati sunt. Non est hic omittendum concilium hoc Antiochenum superioribus seculis pro conciliabulo habitum esse Arianorum, quorum præcipui etiam hoc in loco numerantur. V. Baron. ad a. 341. Et revera conjuraverant impii qui inter eos erant Nicænam fidem oppugnare, & Athanasium de sede deiicere. Sed in fine superioris seculi Schelestrate probat edito peculiari opere Antiochenum hoc Concilium legitimum fuisse, etiamsi numerus non parvus Episcoporum Arianorum interfuerit; & quæcumque ad illud spectare possunt, dilucide explicat, ejusque sententiam plane sequitur Pagius Crit. anno supradicto. Schelestratei librum in hanc rem videre operæ pretium erit. Paulo post supradictum Concilium Encæniorum Antiochiæ fuit ibi alius conventus Episcoporum qui & inimici Athanasii erant, & adversarii auctoritatis supradicti Pp. Julii: qui conventus pariter memoratur a nostro p. 126.

(d) Socr. l. 2. c. 8.

Ο' δὲ ἱερὸς ἀθανάσιος σοφόν τι βουλευσάμενος, μετὰ τῶν ψαλτῶν τῆς ἐκκλησίας ἐξελθὼν, τὸν ἐπηρτημένον ἔφυγε θάνατον. γρηγόριος δὲ τυραννικῶς ἐπέβη τοῦ θρόνου. ὁ δὲ ἀλεξανδρέων λαὸς οὐκ ἐνεγκὼς τὸ γεγονὸς, τὴν καλυμένην ἐκκλησίαν διονυσίου ἐνέπρησαν. ἓξ δὲ ἔτη ἐπιβιὺς, ἀνηρέθη ὑπὸ ἀλεξανδρέων. εὐσέβειος δὲ ὁ πάντων τῶν κακῶν γενόμενος αἴτιος ὁ ποτὲ βηρύτου καὶ αὖθις νικομηδείας ὕστερον δὲ γενόμενος κωνσταντινοπόλεως δῆθεν ἐπίσκοπος ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἀπέθανεν. ὁ δὲ λαὸς τὸν παῦλον τῷ θρόνῳ ἀποκαθίστησι. καὶ οἱ ἀρειανοὶ δὲ ἀντιχειροτονοῦσι τὸν ἀσεβῆ μακεδόνιον. ὃς πρῶτος ἀσεβῶν ἐτόλμησεν εἰπεῖν ἀνόμοιον τῷ πατρὶ τὸν υἱόν. τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλότριον τῆς θεότητος. ἐκ τούτου δὲ ἐμφύλιος συνίσταται πόλεμος. ὅπερ μαθὼν ὁ κωνστάντιος, ἐν ἀντιοχείᾳ γὰρ ἦν, ἐπέτρεψεν ἑρμογένει τῷ στρατηλάτῃ αὐτοῦ ἐπὶ τὴν θράκην πεμφθέντι ὁδοῦ πάρεργον

Sed magnus (a) Athanasius consilio sapienter capto una cum Ecclesiæ cantoribus egressus ab urbe imminentem mortem evitavit. Gregorius contra per vim sedem ascenderat. Verum populus minime tolerans quod actum erat, Ecclesiam Dionysum appellatam incendit. Superstes adhuc annos sex Gregorius ab Alexandrinis tandem est (b) interfectus. Eusebius vero malorum omnium auctor olim Beryti, & postmodum Nicomediæ,& demum Constantinopoleos Episcopus hoc temporis intervallo obiit. Populus Paulum rursus in sedem restituit. Contra vero Ariani impium (c) Macedonium creant. Primus hic hæreticorum ausus est dissimilem Patri filium; Spiritum vero Sanctum a divinitate alienum pronunciare. Ex quo civile bellum exarsit. Audivit hoc Antiochiæ Constantius, & cum (d) Hermogenem militum Ducem in Thraciam mitteret, ea occasione

(a) Sozom. l. 3. c. 5. Athanasium evadentem e patria sua profectum Romam ait: addit in eum populi sui amorem, Ecclesiæ incendium &c. Hic est secundus exitus e sede sua hujus magni & constantis animi Episcopi. Noster nullam addit caussam cur Athanasius Romam tum proficisceretur, sed Socrat. l. 2. c. 9 post recitatum Athanasii exitum Alexandria, & Romam iter narrat Eusebium Nicomediensem misisse legatum ad Julium Papam oratum ut caussæ Athanasii judex esse vellet & litis dijudicationem ad se transferret. Athanasius ipse ad orandam caussam suam profectus est evocatus a Papa. De quo Papali judicio in controversiis fidei & Episcoporum Orientalium præter ea quæ habent Socr. l. 2. c. 5. 9. 11. & 13. & l. 3. c. 7. Theod. l. 2. c. 4. Sozom. l. 3. c. 7. l. 6. c. 23. &c. in quibus de auctoritate Sedis Romanæ notanda habentur, juvat hic insignem locum Ammiani Marcellini exscribere hominis vel pagani, vel nullius religionis ut multi tunc erant: locus est l. 15. *Liberius* Julii successor *Christianæ legis Antistes a Constantio ad comitatum* idest ad aulam Imp *mitti præceptus est, tanquam Imperatoris jussis, & plurimorum sui consortium decretis obsistens .... Athanasium Episcopum eo tempore apud Alexandriam ultra professionem altius se efferentem, sciscitarique conatum externa* idest non spectantia ad religionem Christianam *ut prodiderunt rumores assidui cœtus in unum quæsitus ejusdem loci multorum (Synodus ut appellant) removit a Sacramento quod obtinebat ... Hunc per subscriptionem abiicere sede Sacerdotali paria sentiens ceteris jubente principe Liberius monitus perseveranter renitebatur, nec visum hominem nec auditum damnare nefas ultimum sæpe exclamans, aperte scilicet recalcitrans Imperatoris arbitrio. Id enim ille Athanasio semper infestus licet sciret impletum, tamen auctoritate quoque qua potiuntur æterna Urbis Episcopi, firmari desiderio nitebatur ardenti: quo non impetrato Liberius ægre populi metu, qui ejus amore flagrabat, cum magna difficultate noctis medio potuit asportari.*

(b) Theod. l. 2. c. 4.

(c) Socr. l. 2. c. 9. & 35. Sozom. l. 3. c. 6. Verbum esse consubstantiale Patri, & Spiritum S. Deum esse negavit.

(d) Cædes hæc, & res inde secutæ narrantur a Socr. l. 2. c. 10. Sozom. l. 3. c. 6.

ποιήσασθαι κ) ἐκβαλεῖν τὸν παῦλον τῆς ἐκκλησίας. ὅπερ τοῦ ἑρμογένους ποιῆσαι σπουδάσαντος, ἀναφθεὶς ὁ λαὸς, τὸν οἶκον ἑρμογένους ἐνέπρησεν. κ) τὸν ἑρμογένlω σείρας ἔκτεινεν, κ) εἰς τlω θάλασσαν ἔρριψεν. τοῦτο δὲ γνοὺς κωνςάντιος, ἀπὸ ἀντιοχείας εἰς τlω κωνςαντινούπολιν ἤλασεν. κ) τὸν μὲν παῦλον ἐξέβαλεν, τlω δὲ πόλιν ἐζημίωσεν τέσσαρας μυριάδας ἄρτων ἡμερησίων ἐκ τῶν ὀκτὼ μυριάδων, ὧν ὁ πατὴρ αὐτοῦ τῇ πόλει ἦν δωρησάμενος. μακεδόνιον δὲ τέως οὐκ ἐνεθρόνησεν, ὀργίζετο γὰρ κ) κατ᾽ αὐτοῦ διὰ τὸν θάνατον ἑρμογένους τȣ̃ ςρατηλάτου.

Παῦλος δὲ ἐκβληθεὶς τlω ῥώμlω κατέλαβεν, σὺν αὐτῷ δὲ κ) ὁ ἱερὸς ἀθανάσιος. ἔφθασε δὲ κ) ἀσκλήπας γάζης, κ) μάρκελλος ὁ ἀγκύρας. κ) λούκιος ὁ ἀδριανουπόλεως. ἄλλος δι᾽ ἄλλο τι τῶν θρόνων ἀπελαυσθέντες, κ) τὰ καθ᾽ ἑαυτῶν ἕκαςος τῷ ἰουλίῳ ἐπισκόπῳ τῆς ῥώμης ἐγνώρισεν. ὁ δὲ μετὰ γραμμάτων ἑαυτοῦ, ἕκαςον τῇ ἰδίᾳ ἐκκλησίᾳ ἀποκατέςησεν. οἱ δὲ τοῖς ἰουλίου θαῤῥήσαντες γράμμασι, τοὺς ἰδίους θρόνους κατέλαβεν ἕκαςος. κ) παῦλος μὲν ἀσμένως ὑπὸ τοῦ λαοῦ κωνςαντινουπόλεως ἐδέχθη, κ) τὸν θρόνον ἀπέλαβεν. ὁμοίως δὲ κ) τὸν μέγαν ἀθανάσιον οἱ ἐν ἀλεξανδρείᾳ ἀποδεξάμενοι, εἰσάγουσιν εἰς τlω ἐκκλησίαν πανηγυρίζοντες. πρὸς ὅπερ οἱ ἐναντίοι χαλεπαίναντες, συνῆλθον πάλιν εἰς ἀντιόχειαν, κ) γράφουσιν ἰουλίῳ ἐγκαλοῦντες, μὴ δεῖν ὑπ᾽ αὐτοῦ τὰς ἐκκλησίας κανονίζεθαι. ὅπερ κ)

ne præter ſuam expeditionem mandavit ut ab Eccleſia Paulum ejiceret. Quod facere Hermogenes aggreſſus cum eſſet, populus ira inflammatus primo domum Hermogenis incendit, deinde Hermogenem ipſum trahens proſtravit, & in mare projecit. Venit ſtatim his auditis Conſtantius Antiochia Conſtantinopolim, & primum quidem ejecit Paulum, urbem vero quadraginta millibus portionum (a) panis quotidiani multavit, quarum octoginta millia pater ejus urbi dono dederat. Macedonium interim in ſedem non reſtituit illi iratus propter interitum ducis Hermogenis.

(b) Paulus ejectus Romam pervenit, & cum eo magnus Athanaſius. Eo contendit & Aſclepas Gazæ, & Marcellus Ancyræ, & Lucius Adrianopolis, alius propter aliam cauſſam de numero eorum qui e ſuis ſedibus ejecti fuerant, & unuſquiſque dedit operam ut adverſus ſe perpetrata Julius Romæ Epiſcopus noſſet. Is vero datis litteris ſuæ quemque Eccleſiæ reſtituit. Et illi litteris ejuſdem Julii confirmati audenti animo proprias ſedes recuperarunt. Paulus libenter a populo Conſtantinopolis exceptus, in ſuam ſedem venit. Similiter etiam magnum [c] Athanaſium Alexandrini ſuſceperunt, & in Eccleſiam laudibus plurimis commendantes introduxerunt. Iſtud ægre ferentes adverſarii rurſus (d) Antiochiæ conveniunt, & Julio ſcribunt conquesti non oportere ab eo canones Eccle-

(c) De hac liberalitate in populum dictum eſt ſupra in Conſtantino M.
(a) Socr. l. 2. c. 11. Sozom. l. 3. c. 7.
(b) Iſta poſt ſecundum reditum Athanaſii in ſuam ſedem.
(c) Sozom. l. 3. c. 9. Socr. l. 2 c. 11. & 13. Quæ duo vel tria loca operæ pretium omnino erit legere.

νῦν οἱ τῆς ἁγίας συνόδου τῆς ἐν χαλκηδόνι ἐχθροὶ, ἐπὶ λέωντι τῷ πάπᾳ λέγουσιν.

Σχόλιον. Κωνςάντιος πρῶτον δεχόμενος τὸ ὁμοούσιον, ἐν ὑςέρῳ μετέθετο ὀυ γνώμῃ κακῇ ὥς φησιν ὁ ἱςορῶν. ἀλλὰ τὸ ὅμοιον κατ᾽ ὀυσίαν, ἁρμόζειν μᾶλλον τῇ θείᾳ φύσει ἀπατηθεὶς ἐν οἷς ϗ ἄλλα πολλὰ τῷ κωνςαντίῳ μαρτυροῦσι πρὸς ἔπαινον.

Κωνςάντιος δὲ μαθὼν ἐν ἀντιοχείᾳ ὡς ἀποκατέστησεν παῦλον ἰούλιος, εἰς ὀργὴν κινηθεὶς, κελέυει φιλίππῳ τῷ ἐπάρχῳ ἐκδιῶξαι μὲν παῦλον, ἐγκαταςῆσαι δὲ τῇ ἐπισκοπῇ μακεδόνιον. ὁ δὲ φίλιππος φόβῳ ςάσεως, εἰς τὸν ζεύξιππον τὸ λοῦτρον παῦλον μετάςειλάμενος διὰ θυρίδος ἐκφραγείσης εἰς θεσσαλονίκην ἐπλόϊσεν ὅθεν ϗ ὥρμητο· μακεδόνιος δὲ ἐπιβὰς τῷ τοῦ ἐπάρχου ὀχήματι σὺν αὐτῷ τῇ ἐκκλησίᾳ

clesiis constitui, quemadmodum & (a) nunc inimici Sanctæ Chalcedonensis Synodi adversus Leonem Papam dicunt.

(b) Scholion. Constantius, qui primus homousion admiserat, postea mutatus est. Ut ait historia in ejus animo mala sententia non erat, sed dicere filium similem esse quantum ad substantiam congruere melius divinæ naturæ. In hoc in errorem inductus est, ut & in aliis multis propter quæ a suis laudatur.

Constantius erat Antiochiæ, cum ei nunciatum est (c) Paulum a Julio suæ sedi restitutum. Iratus mandatum propterea Philippo Præsidi dat ut Paulum mittat in exilium, & in Episcopatum inducat Macedonium. At Philippus seditionem populi timens per balneum Zeuxippum Paulum ejiciendum delegat, & per portulam de industria apertam Thessalonicam navigio amandatus est Paulus, unde etiam (d) venerat. Macedonius curru Præsidis ve-

(a) V. Evagr. l. 2. c. 4. & c. 8. & in fine ejusdem libri, & l. 3. c. 4. & 5. &c. Hinc colligitur paulo aut non multo post dictum Concilium Chalcedonense quod celebratum fuerat anno 451. scriptam fuisse hanc sacram historiam. Dum dicuntur *hostes* ejusdem Concilii impugnare regulas & præcepta, quæ fecerat Leo. Pp. de Ecclesiis, intelligi debent sectatores Eutychis & Dioscori, quos illud Concilium damnaverat, & fautores Anatolii Episcopi CPoleos. A pluribus Episcopis in eo Concilio, dum aberant Legati Sedis Apostolicæ, decretum fuerat sedem CPolitanam primas tenere partes debere post Romanam ante Alexandrinam, & Antiochenam. Canonem de hac re tum constitutum Leo Papa abrogavit, ut constat ex ejus epistolis &c. Jandiu ægre solebant ferre indentidem Episcopi nonnulli Orientis ut & hic manifestum est, Pontificem R. cognoscere velle caussas quibus hi vel illi Episcopi e suis sedibus pulsi forent: ægre ferebant maxime si eos ille in suam sedem restituisset. Sozom. l. 3. c. 7. V. c. 8. habet quæ ob restitutos Ecclesiis suis memoratos Episcopos Julio Pp. Orientales scripserunt. Eadem ratione molestum eis erat irrita pronunciari quæ in præfato Concilio Chalcedonensi in gratiam sedis CPolitanæ ipsi decreverant, ignorabant, aut potius se scire dissimularunt, quod *canon Ecclesiasticus vetat ne decreta absque sententia Episcopi Romani Ecclesiis sanciantur*, ut est in Socr. l. 2. c. 13. V. c. 17. & Sozom. l. 3. V. c. 8. *Propter sedis dignitatem omnium curam ad ipsum* (Papam) *spectare*. Legendus iterum attente locus Amm. Marcellini paulo ante allatus. Vereor tamen ut hæc Leonis abrogatio ab Orientalibus fuerit acceptata, & in usum perducta. V. Socr. l. 5. c. 8 & Sozom. l. 7. c. 9. Advertendum tamen in indiculo Episcoporum qui magnis urbibus præfuerunt, qui est in calce historiæ Theodoriti editionis Valesianæ, CPolitanos post Antiochenses & Alexandrinos numerari.

(b) Sozom. l. 3. c. 17. Socr. l. 3. c. 2.

(c) Idem ibid. c. 8. Socr. l. 2. c. 5.

(d) Erat enim Thessalonica oriundus.

ἐπέβη ὡς τύραννος. τῶν δὲ λαῶν ἀντιςαμένων, περὶ τὰς τρισχιλίους ἑκατὸν πεντήκοντα ἀνῃρέθησαν· καὶ οὕτω μακεδόνιος καὶ οἱ ἀρειανοὶ, τῆς ἐκκλησίας ἐκράτησαν.

Ἀθανασίῳ δὲ πάλιν οἱ ἀρειανοὶ σκευάζουσι θάνατον πλασάμενοι ὅτι τὸ σιτηρέσιον ὅπερ κωνςαντῖνος ὁ μέγας εἰς ἀποτροφὴν πτωχῶν ἐχαρίσατο ἐξαργυρίζει καὶ κλέπτει ἀθανάσιος. ὅπερ πιςεύσας κωνςάντιος θάνατον ἀθανασίῳ ἠπείλησεν. ὁ δὲ τοῦτο προγνοὺς φυγὼν αὖθις τὴν ῥώμην κατέλαβεν. χειροτονοῦσι δὲ ἀντ' αὐτοῦ γεώργιόν τινα τῆς ἀρείου αἱρέσεως, καθάπερ καὶ ἐν τῇ προτέρᾳ φυγῇ τινὰ γρηγόριον τέρασι καππαδόκων· ἐκ τῶν ἐσχατιῶν ὁρμώμενον.

Ἐν τοσούτῳ δὲ καὶ παῦλος ἀπὸ θεσσαλονίκης εἰς ῥώμην παρεγένετο, ἄμφω οὖν προσέρχονται κώνςαντι, καὶ πάντα τὰ καθ' ἑαυτὰς ποιοῦσι κατάδηλα. ὁ δὲ κώνστας ἀκούσας καὶ ἰδιοπαθήσας γράφει τῷ ἀδελφῷ κωνςαντίῳ καὶ προτρέπει τρεῖς ἐπισκόπους πέμψαι αὐτῷ ὀφείλοντας λόγον δοῦναι τῆς παύλου καὶ ἀθανασίου καθαιρέσεως. πέμπονται οὖν μάρις ὁ χαλκηδόνος· καὶ νάρκισσος ὁ κίλιξ· καὶ θεόδωρος ὁ ἡρακλείας τῆς θράκης, καὶ μάρκος ὁ σύρος οἵ τινες τοῖς μὲν περὶ ἀθανάσιον, εἰς λόγους ἐλθεῖν οὐκ ἠνέσχοντο· τὴν

vectus, Ecclesiam invasit ut Tyrannus. Restitere Constantinopolitani, & tria millia centum quinquaginta circiter [a] occisi sunt. Hoc pacto Macedonius, & Ariani Ecclesia potiti sunt.

Ariani rursus Athanasio mortem intentant commenti (b) eundem annonam quam magnus Constantinus in alendos (c) pauperes disposuerat, vendere & occultare. Cui crimini Constantius fidem præbens mortem minitatus est. Istud præsentiens Athanasius fuga rursus se Romā (d) proripuit. Pro eo eligunt tunc (e) Georgium quendam hæresis Arii sectatorem, (sicut etiam tempore prioris ejus exilii (f) Gregorium quemdam elegerant) & ipsum Cappadocem, qui de infimo gradu in oculos hominum insperato venerat.

Hoc intervallo (g) Paulus etiam Thessalonica Romam se contulit. (h) Ambo ad Constantem accedunt, & omnia contra se acta faciunt nota. Constans his auditis commotus ad fratrem Constantium scribit, & hortatur ut tres Episcopos mittat, qui sibi de expulsione Pauli, & Athanasii debeant reddere rationem. (i) Mittuntur idcirco Maris Chalcedonis, Narcissus Cilix, & Theodorus Heracleæ Thraciæ, & Marcus Syrus qui ad referendam de Athanasio rationem venire non sustinuerunt: expo-

(a) Socr. l. 2. c. 12. Sozom. l. 3. c. 8.
(b) Iidem, hic l. 3. c. 8. ille l. 2. c. 14.
(c) Alexandriæ. iidem.
(d) Sozom. l. 3. c. 9. Tertio fugit Alexandria Athanasius.
(e) Sozom. l. 3. c. 6. Socr. l. 2. c. 10.
(f) De eo Socr. l. 2. c. 8. Theodoret. l. 2. c. 4. Sozom. lib. 3. c. 5.
(g) Hic ib. c. 9. Socrates vero l. 2. c. 11.
(h) Athanasius & Paulus. Huic mors ab Arianis postea illata refertur a Theod. l. 2. c. 5. Socr. l. 2. c. 21.
(i) Sozom. l. 3. c. 9. Socr. l. c. 24. ubi legitur expositio fidei hoc in loco indicata, a qua abest verbum consubstantialitatis. V. etiam p. 152.

δὲ ἔκθεσιν τῆς πίϛεως ἣν ἐν ἀντιοχείᾳ συνελθόντες ἐκαττύησαν κρύψαντες, ἕτερον σύμβολον ἐκθέμενοι πίϛεως· κὴ τῷ βασιλεῖ δεδωκότες ὑπέϛρεψαν.

Φωτεινὸς ὁ τοῦ σεϱμίȣ γενόμενος ἐπίσκοπος μαθητὴς ἦν μαρκέλλȣ τοῦ ἀγκύρας. κὴ αὐτὸς ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν κύριον ἔλεγεν ὡς κὴ μαρκέλλος. οἱ δὲ ἀνατολικοὶ πάλιν εἰς ταυτὸ συνελθόντες ἑτέραν πίϛιν συνέταξαν, κὴ τοῖς κατὰ τὴν ἰταλίαν ἀπέϛειλαν διὰ εὐδοξίου τȣ̃ γερμανικείας, κὴ μακεδονίȣ τοῦ μομψουεϛίας. ἐν ᾗ μαρκέλλȣ, κὴ φωτεινοῦ καταλέγουσιν ὡς ψιλὸν λεγόντων κύριον ἄνθρωπον. καταλέγȣσι δὲ κὴ τῶν παρὰ ῥωμαίοις λεγομένων πατροπασσιανῶν καθ᾽ ἡμᾶς δὲ σαβελλιανῶν. τὴν δὲ τοιαύτην ἔκθεσιν οἱ ἰταλοὶ οὐκ ἐδέξαντο, διὰ τὰς ἐν ταύτῃ κατὰ τοῦ ὁμουσίȣ προδήλως βλασφημίας.

Σχόλιον. Κωνϛάντιος κὴ κῶνϛας οἱ βασιλεῖς ἐνομοθέτησαν ἰουδαῖον μὴ ὠνεῖσθαι δοῦλον ἐθνικὸν ἐπεὶ τὸν ὠνούμενον δȣ̃λον δημόσιον γίνεθαι. εἰ δὲ κὴ περιτεμεῖν τολμήσῃ ὁ ἰουδαῖος ὃν ὠνήσοιτο δοῦλον, εἰς κεφαλὴν εἶναι τὸν κίνδυνον, κὴ τῶν ὑπαρχόντων ἀφαίρεσιν.

Κῶνϛας δὲ γράφει τῷ κωνσταντίῳ προτρέπων γενέσθαι οἰκουμενικὴν σύνοδον εἰς τὸ πέρας λαβεῖν τὰ τῆς πίϛεως. κηρύττεται οὖν αὖθις οἰκȣμενικὴ σύνοδος ἐν ὑπατίᾳ ῥούφου κὴ εὐσε-

positionem vero fidei, quam Antiochiam convenientes occulte consarcinaverant, & alterum symbolum explicantes Regi tradiderunt, & domum reversi sunt.

(*a*) Photinus Sirmii creatus Episcopus discipulus erat Marcelli Ancyræ Episcopi, idemque ut & Marcellus purum hominem Dominum dicebat. Orientales rursus in eandem rem congregati alteram fidei formulam composuerunt, quam in Italiam miserunt per Eudoxium (*b*) Germaniciæ, & Macedonium Mopsuestiæ, in qua Marcelli, & Photini sententiam recognoscunt qui Dominum purum hominem affirmabant; Referunt etiam asserta illorum qui a Romanis (*c*) Patripassiani dicuntur, apud nos vero Sabelliani. Talem expositionem repudiarunt [*d*] Itali propter manifestas contra homousion blasphemias in ea contentas. Scholion.

(*e*) Constantius & Constans Imperatores legem tulerunt ne Judæus servum Ethnicum emeret: secus si fieret, servum publicari: At si amplius circuncidere ausus fuerit emptum servum, capite periclitari, & bona fisco addici.

Per litteras Constans fratrem Constantium hortatus est, ut Oecumenica Synodus colligeretur, ut controversiæ de fide finem haberent. Indicitur ergo Synodus oecumenica

(*a*) Socr. l. 2. c. 23. & seq. ubi per duas fidei formulas manifestus error Photini: quarum uni cum plures Episcopi subscripsissent, postmodum pœnituit illos se hoc fecisse. Sozom. l. 4. c. 5. De Marcello infra. Hieron. vocat merito Photinum instauratorem hæresis Hebionis.

(*b*) Sozom. l. 3. c. 10.

(*c*) Seu Sabelliani, qui unam in Deo personam admittebant, & Deum in humana carne passum, consequenter volebant Patrem esse passum.

[*d*] Qui Nicænæ fidei adhærentes nihil præterea inquirendum censebant.

(*e*) In Cod. Theodos. lib. 16. tit. 9. Lex est ne Judæus mancipium Christianum vel alterius sectæ mercetur; multo magis circumcidere prohibet.

βείου ὡς ἐπὶ τὴν σαρδικὴν, γνώμη τῶν δυοῖν βασιλέων. ἐκ μὲν τῶν ἑσπερίων τριακόσιοι συνῆλθον ἐπίσκοποι. ἐκ δὲ τῶν ἀνατολικῶν Ος΄. οἵ τινες εἰς πρόσωπον τῶν δυτικῶν οὐκ ἠβούλοντο εἰσελθεῖν εἰ μὴ παῦλον καὶ ἀθανάσιον ἐξελάσωσι τοῦ συλλόγου.

Ὅσιος μέν τοι ὁ κορδούβης ἐπίσκοπος· καὶ πρωτογένης ὁ σαρδικῆς οὐκ ἠνέσχοντο μὴ παρεῖναι παῦλον καὶ ἀθανάσιον. γενόμενοι δὲ οἱ ἀνατολικοὶ ἐν φιλιππουπόλει φανερῶς καὶ ἀναισχύντως τὸ ὁμοούσιον ἀναθεματίζουσι, τὸ δὲ ἀνόμοιον δογματίζουσιν. οἱ δὲ ἐν σαρδικῇ, ἐρήμην αὐτῶν κατεδικάσαν. ὅρον δὲ πίστεως τὰ ἐν νικαίᾳ ἐκύρωσαν, καὶ τὸ ἀνόμοιον ἐκβάλλουσι, καὶ ἀναθεματίζουσιν· ἀποδιδόασι δὲ τοὺς θρόνους παύλῳ καὶ ἀθανασίῳ. ἔτι γεμὴν καὶ μαρκέλλῳ τῷ ἀγκύρας ἀπολογουμένῳ καὶ λέγοντι, ὡς οὐκ ἐνοήθησαν ἅπερ ἐν βίβλοις ἐξέθετο. ἐπεὶ αὐτὸς τοὺς λέγοντας ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν κύριον μισεῖ καὶ ἀποστρέφεται· τῆς δὲ ἐν σαρδικῇ συνελθούσης συνόδου· καὶ τῶν ἀνατολικῶν ἀποστασάντων καὶ συναχθέντων ἐν φιλιππουπόλει. καὶ πραξάσης ἑκατέρας ἃ ἔπραξεν, γράφει ὁ κώνστας τῷ κωνσταντίῳ· ἢ παύλῳ καὶ ἀθανασίῳ ἀποδοῦναι τοὺς θρόνους, ἢ δόξασθαι αὐτὸν πολεμοῦντα. ὅπερ φοβηθεὶς ὁ κωνστάντιος, τοὺς θρόνους ἀποδοῦναι τοῖς δυσὶν ἐπισκόποις, προυτί-

ca Consulibus (a) Rufo, & Eusebio (b) Sardicæ ex placito duorum Augustorum. Ex occidente trecenti venerunt Episcopi, ex Oriente LXXVI. Qui cum Occidentalibus adesse nolebant, nisi Paulum, & Athanasium ab eo concilio excluderent.

Osius Episcopus Cordubæ nihilominus, & Protogenes Sardicæ non sunt passi Paulum, & Athanasium non adesse. At Orientales Philippopolim recedentes manifeste & impudenter (c) homousio dicunt anathema, & anomoium seu inæqualem, ut dogma definiunt. Qui vero Sardicæ erant, sententiam eorum sine discussione condemnant: definitionem nimirum fidei Nicææ statutam ratam faciunt, & Anomoium repellunt & anathematizant: Paulo, & Athanasio sedes suas reddunt; Et (d) Marcello præterea, Ancyræ qui se defendebat, ajebatque non satis perpensa esse quæ in Bibliis extant, se tamen dicentes Dominum solum hominem odisse, & diversa sentire. Postquam vero Sardicensis Synodus & Orientales qui se separaverant, & Philippopoli convenerant, & utrumque concilium quod faciendum existimaverat, (e) perfecerat, Constans Constantio scribit aut Paulo & Athanasio sedem restituendam, aut ha-

(a) Anno 347. fasti habent Rufinum, non Rufum Cos. occidentalem.

(b) Votum Imperatorum erat ut Concilium esset œcumenicum, sed propter dissensionem Episcoporum res catholica unanimi consensu minime statuta est. Sozom. l. 3. c. 10 Socr. l. 2. c. 16. Theod. l. 2. c. 7. ubi habetur epistola bene longa a Synodo ad universos Episcopos. Ab iis scriptoribus quid actum & decretum in Synodo tum fuerit, explanatur.

(c) Consubstantialem; anomoion vero seu dissimilem Patri filium tanquam dogma profitentur. De quibus in c. 12. l. 3. Sozom.

(d) Idem l. 2. c. 31. Socr. l. 2. c. 24. E sua sede dejectus cum Athanasio & nonnullis aliis Arianæ doctrinæ osoribus Romam se contulit, & est in communionem receptus. Sozom. l. 3. c. 7. deinde sedem suam recuperavit auctore Julio Papa. Scripsit hic ad Orientis Episcopos *quod inconsulto de hisce viris judicassent, Ecclesiasque perturbassent eo, quod decretis Concilii Nicæni stare nollent &c. minatusque est &c.* Non ergo Photinianus ut infra patebit. De eo V. Petavium.

(e) Sozom. l. 3. c. 11. & 12.

μασιν· ταῦτο πρᾶξαι συμβουλευσάντων τῷ κωνςαντίῳ αὐτῶν ἐκείνων τῶν ἐχθρῶν τῆς πίςεως ϗ πολεμίων ἀθανασίου, ϗ παύλου.

Μετακαλεῖται οὖν ἀθανάσιον ἐκ τῆς ἰταλίας, δημόσια ὀχήματα δοὺς αὐτῷ πρὸς τὴν ἐπάνοδον· ϗ γράμμασι πολλάκις προτρέψας θᾶττον ἐπανελθεῖν. ἀθανάσιος δὲ ἐν ἀκυλείᾳ τότε διάγων· δεξάμενος τὰ κωνςαντίου γράμματα, ἧκεν εἰς ῥώμην· τοῖς ἀμφὶ τὸν ἰούλιον συνταξάμενος. ὁ δὲ μάλα φιλοφρόνως ἀπέπεμψεν αὐτὸν ἐπιςολὴν δοὺς πρὸς τὸν ἀλεξανδρέων κλῆρον ϗ λαὸν ὡς εἰκὸς τὸν ἄνδρα θαυμάζουσαν, ἐπιδοξότατον τοῖς πολλοῖς κινδύνοις γεγενημένον· ϗ συνηδομένην τῇ ἀλεξανδρέων ἐκκλησίᾳ ἐπὶ τοσούτου ἱερέως ἐπανόδῳ, ϗ τὰ αὐτοῦ φρονεῖν παρακελευομένην. ἐντεῦθεν τε ἧκεν εἰς ἀντιόχειαν τῆς συρίας. ἔνθα τότε διέτριβεν ὁ βασιλεύς. τὰς δὲ ἐκκλησίας κατεῖχε λεόντιος. μετὰ γὰρ τὴν εὐςαθίου φυγὴν οἱ ἐκ τῆς ἐναντίας αἱρέσεως τὸν ἀντιοχείας ἐπετρόπευον θρόνον. πρῶτος μὲν εὐφρόνιος, μετὰ δὲ τοῦτον πλάκιτος, ϗ ἐφεξῆς τούτῳ ςέφανος. ὡς ἀναξίου δὲ αὐτοῦ ἀποχειροτονηθέντος, λεόντιος τότε τὴν ἐπισκοπὴν διεῖπεν, ὃν ὡς ἑτερόδοξον παρῃτεῖτο ἀθανάσιος. τοῖς καλουμένοις εὐςαθιανοῖς ἐκοινώνει ἐν ἰδιωτῶν οἰκείαις ἐκκλησιάζων. ἀθανάσιον τοίνυν σὺν πολλῇ τιμῇ κωνςάντιος δέχεται.

habere se in animo arma movere. Id veritus Constantius restituere suis sedibus duos Episcopos prætulit: & ad hoc ipsi hostes fidei inimici Athanasii & Pauli impulerunt.

(*a*) Revocat igitur ab Italia Athanasium Imperator publicis ad reditum præbitis vehiculis, & sæpe litteris impellit ut quam citissime revertat. Aquilejæ tum agens Athanasius cum Epistolam Constantii accepit: venit subinde Romam, & iis qui prope Julium erant, se junxit. Hic valde benigne eum remisit, deditque ad clerum & populum Alexandrinum (*b*) epistolam qua summopere eundem commendabat tanquam celeberrimum multisque periculis perfunctum: addebat Alexandrinæ Ecclesiæ de reditu tanti Sacerdotis se lætari; & quæ Athanasius, eadem sentire jubebat. Inde venit Antiochiam Syriæ, in qua urbe tunc degebat Imperator. Ecclesiam illam occupaverat (*c*) Leontius. Post fugam enim Eustathii adversæ hæresis (*d*) homines Ecclesiam gubernabant: Primus Euphronius; post Placitus, & deinde Stephanus. Hoc velut indigno reprobato tunc Leontius Episcopali officio fungebatur, quem velut heterodoxum Athanasius aversatus fuit. Communicabat (*e*) hic cum iis qui (*f*) Eustathiani dicebantur, & in domibus privatorum faciebant conventum. Athanasius cæterum cum honore multo a Constantio excipitur, & ipsi simul

(*a*) Idem ibid. c. 10. Theod. l. 2. c. 11. En tertius Athanasii reditus in sedem suam.
(*b*) Est in Socr. l. 2. c. 18.
(*c*) Arianus. Theod. l. 2. c. 10.
(*d*) Hos Episcopos enumerat Sozom. l. 3. c. 19. Socr. l. 2. c. 21. Theod. l. 2. c. 24. qui affert verba S. Athanasii de hoc Leontio astuto & improbo Episcopo.
(*e*) Athanasius.
(*f*) Qui fidem Nicænam de consubstantialitate Verbi tenebant, ut supra de Eustathio dictum est.

κὴ αὐτῷ κὴ πάυλῳ τοὺς θρόνους ἀπέδωκε· μακεδονίου ὑπεκςάντος τῆς ἐκκλησίας κὴ ἰδίᾳ συνάγοντος.

Τρεῖς δὲ ἐπιςολὰς κωνςάντιος ὑπὲρ ἀθανασίου τοῖς ἀλεξανδρεῦσιν ἐπέςειλεν. ἀθανάσιος δὲ λαβὼν τὰς ἐπιςολὰς κωνςαντίου, ἐλθὼν εἰς ἱεροσόλυμα πρότερον μαξίμῳ τῷ ἐπισκόπῳ ποιεῖται τὰ κωνςαντίου κὴ ἰουλίου κατάδηλα. μάξιμος δὲ σύνοδον τῶν ἐπισκόπων συρίας τὲ κὴ παλαιςίνης συναγαγὼν ἀποδίδωσι συνοδικῶς ἀθανασίῳ, τὸν θρόνον κὴ τλὼ κοινωνίαν· ταῦτα δἰ ἐπιςολῆς ποιήσας ἀλεξανδρεῦσι γνώριμα. κὴ ὅυτως ἀθανάσιος ἐν ἀλεξανδρείᾳ ἐγένετο, κὴ ἐδέχθη ἀσμένως σὺν πολλῇ προθυμίᾳ. κὴ τὰ μὲν ὧδε συνέβη. τετάρτῳ δὲ ἔτει ἀπὸ τῆς ἐν σαρδικῇ γενομένης συνόδου, κτέννυται κῶνςας περὶ τοὺς πρὸς δύσιν γαλάτας, μαγνεντίου ἐπιθειμένου τῇ βασιλείᾳ κωνςαντίνου ἤδη τοῦ μείζονὸς ἀδελφοῦ ἀυτοῦ προαναιρεθέντος. ἀντεποιήθη δὲ τῆς βασιλείας νεποτιανός, ἀδελφιδοῦς ὑπάρχων κωνςαντίνου τοῦ μεγάλου. ἀνεῖλεν δὲ κὴ τὸν νεποτιανὸν ὁ μαγνέντιος, κὴ ἔμεινεν ἀντερῶν τῷ κωνςαντίῳ, μόνῳ λοιπὸν ἐκ τῶν υἱῶν τοῦ κωνςαντίνου περιλει-

simul & (a) Paulo sedes suas reddit; Macedonio decedente ab Ecclesia, & in privatorum ordinem redacto.

(b) Tres autem Epistolas Constantius super Athanasio Alexandrinis dedit. Athanasius acceptis Imperatoris litteris primum Hierosolymam venit: (c) Maximo Episcopo Constantii, & Julii mandata nunciat. Maximus Episcoporum Syriæ, & Palæstinæ [d] Synodum convocat, & auctoritate Synodi sedem suam & communicationem Athanasio restituit. Hæc per epistolam Maximus nota facit Alexandrinis: & hoc pacto Athanasius Alexandriam ingressus libenti & prompta voluntate exceptus est. Et ista (e) hic acciderunt. (f) Quarto vero anno post habitam Sardicæ Synodum, in (g) Gallia occidentali occiditur Constans (h) Magnentio ambiente regnum Constantini, qui frater Constantis major erat, & antea occisus. Affectavit autem regnum (i) Nepotianus, qui filius erat fratris Constantini magni. Sed Nepotianum de medio abstulit Magnentius, & rivalis mansit Constantio, qui de filiis Constantini solus

S s reli-

(a) Scribit noster Paulo sedem CPolitanam a Constantio fuisse restitutam. Sozomenus tamen l. 3. c. 7. nulla de Constantio mentione facta restitutam affirmat ex litteris Julii Episcopi Romani. Idem caput nonnulla continet observatione digna de primatu Ecclesiæ Rom. eodem modo loquitur Socr. l. 2. c. 11.

(b) Idem Socr. ibid. c. 18. habet tres litteras quibus Constantius invitus remittebat ad suam sedem Alexandrinam Athanasium, quas etiam memorat Theod. l. 2. c. 10. Totidem etiam misit ad Alexandrinos Imperator, ut noster ex eod. Socr.

(c) Idem. l. 2. c. 19.

(d) Sozom. l. 3. c. 20. Ejus Synodi epistola ad Ægyptios pro Athanasio ibi est c. 21.

(e) Nempe Hierosolymis.

(f) Sergio & Nigriniano Coss. anno Christi 350. Socr. l. 2. c. 21.

(g) In Græco est περὶ τὲς πρὸς δύσιν γαλάτας. Ut Galatæ isti seu Galli distinguantur a Galatis qui ante aliquot secula Orientem versus commigrantes in ea Græciæ parte, quæ dicta est Galatia, sedes suas constituerant.

(h) Qui, ut habet Socr. l. 2. c. 20. occupavit Italiam, Africam, Galliam, & demum totum Occidentem. Vid. Aurel. Vict. & Eutrop. &c.

[i] Hic dicitur filius fratris Constantini M. a Socr. l. 2. c. 20. filius sororis Constantii; ab Eutropio filius sororis Constantini M.

φθέντι. ϗ ἐν σερμίῳ δὲ ἕτερός τις ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ ἀνεφάνη τύραννος βρετανίων ὀνόματι. ϗ ὑπὸ τȣ στρατοῦ βασιλεὺς ἀνεδείχθη. κώνσταντος δὲ ἀναιρεθέντος, καιρὸν εὑρόντες οἱ ἀρειανοὶ ἐπιτήδειον, ἀναπείθȣσι πάλιν κωνστάντιον, κατὰ παύλου, ϗ ἀθανάσιου. ϗ παῦλον μὲν ἐξώρισεν ἀπὸ κωνσταντινουπόλεως, ϗ οἰκεῖν εἰς κουκουσὸν τῆς ἀρμενίας προσέταξεν. τοῦτον δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν οἱ ἀπάγοντες ἔπνιξαν. ἀντεισήχθη δὲ πάλιν εἰς τὸν θρόνον ὁ λυμεὼν μακεδόνιος. μαρκέλλου δὲ ἐκβληθέντος, πάλιν ἐν τῇ ἀγκύρᾳ ἀντεδόθη βασίλειος. λούκιος δὲ ὁ ἀδριανοπόλεως ἐν δεσμοῖς ἀπέθανεν. ἀθανασίῳ δὲ ὄυτω τὸν κωνστάντιον θυμωθῆναι κατ' αὐτοῦ παρέπεισαν· ὡς κεφαλικὴν αὐτῷ τιμωρίαν ψηφίσασθαι. ὅπερ προγνοὺς ἀθανάσιος φυγῇ τὴν σωτηρίαν ἐπραγματεύσατο. μακεδόνιος δὲ διωγμὸν κατὰ τῶν ὀρθοδόξων ἐκίνησεν, τῶν εἰδώλοις λατρευσάντων οὐχ ἥττονα. πολλοῖς τε θανάτȣς ϗ δημεύσεις ἐπήγαγεν. ἐν οἷς ϗ μαρτύριον ϗ μαρκιανὸν ὑπȣργȣ̀ς τȣ̃ παύλȣ γεγενημένȣς διὰ τοῦ ἐπάρχȣ ἀνεῖλεν. ἦν δὲ ὁ μὲν ὑποδιάκονος, ὁ δὲ μαρκιανὸς ψάλτης ϗ ἀναγνώστης τῶν ἱερῶν γραφῶν, ὁ δὲ τάφος αὐτοῖς ἐστιν ἐπίσημος πρὸ τοῦ τείχους κωνσταντινουπόλεως οἷάγε μαρτύρων μνῆμα εὐκτήριον οἶκον περικείμενος. ὃν οἰκοδομεῖν ἤρξατο ἰωάννης, ἐτελεύρ-

reliquus erat. Eodem tempore in Sirmio quidam alius Tyrannus insurrexit (a) Bretannio nomine, & velut Imperator ab exercitu consalutatus est. Mors Constantis occasionem Arianis dedit incitandi rursus Constantium contra Paulum & Athanasium, & Paulum quidem Constantinopoli ejecit, & (b) Cucusi Armeniæ se tenere jussit; sed in itinere a militibus qui abducebant suffocatus est. E contrario (c) rursus in sedem invectus est insignis ille corruptor catholicæ fidei Macedonius. (d) Marcello Ancyra depulso, rursus prævaluit Basilius. (e) Lucius vero Hadrianopoleos, in vinculis obiit. Contra Athanasium inter hæc ita Constantium ad iram concitarunt, ut (f) capitalem ipsi pœnam decerneret: quod præsciens Athanasius (g) fuga salutem quæsivit. Macedonius tunc (h) persecutionem movit contra orthodoxos non minorem, quam cultores idolorum fecerant: multis mortem intulit, multos in vincula conjecit. In quibus & Marcianum, & Martyrium olim ministros Pauli per ipsum Præsidem vita privavit. Erat Martyrius Subdiaconus, Marcianus vero Cantor & Lector sacrorum librorum. Sepulchrum eorum insigne est prope Constantinopoleos murum; & tanquam martyrum monumentum orationis domum circumdat quod cœperat (i) Joannes, perfe-

(a) Sozom. l. 4. c. 1. & Aurel. Vict. & Eutrop. Quem auctores Græci Bretanionem, Latini Vetranionem dicunt, & hanc lectionem nummi ejus confirmant.

[b] Socrates & Theodoretus Cucusum Cappadociæ urbem dicunt, quæ sequenti tempore fuerat Armeniæ attributa: quod aliis urbibus in aliarum provinciarum numerum translatis accidisse ex auctoribus qui hic sæpe citantur cognoscimus. in Græco est κουκουσὸν.

(c) Socr l. 2. c. 22. Sozom. l. 3. c. 8.

(d) De eo plura Sozom. l. 2. c. 31. & l. 4. c. 2.

(e) Idem ibidem. (f) Theodor. l. 2. c. 13.

(g) Hæc ibi describitur verbis ipsius Athanasii.

(h) Sozom. l 4. c. 2. ubi de duobus martyribus. Socr. l. 2. c. 30.

(i) Chrysostomus, ex Menologio Græcorum, ut in notis ad Martyrol. R. 25. octobr.

γησεν δὲ σισίννιος, οἱ μετὰ ταῦτα προςάντες τῆς κωνςαντινουπόλεως ἐκκλησίας.

Ο' δὲ κωνςάντιος ἐπὶ ἰλλυρίους ςρατεύσας κατὰ βρεττανίωνος ἥκεν εἰς σιρμίνιον. τοῦ δὲ ςρατοῦ προδεδωκότος αὐτόν· παρεσκεύασεν ὁ κωνςάντιος τὸν μὲν βασιλικὸν ςέφανον ἀποθέσθαι, καθίσαι ἐν προύση ἰδιωτικῶς ζῆν συγχωρήσας αὐτῷ. ἐπεὶ δὲ τὰ κατὰ βρεττανίωνα ὧδε αὐτῷ ἀπέβη· πλεῖστην κατὰ μαγνεντίου ςρατιὰν εἰς ἰταλίαν ἐξέπεμψεν. γάλλον δὲ τὸν αὐτοῦ ἀνεψιὸν καίσαρα καταςήσας, εἰς συρίαν ἀπέςειλεν· ἐπὶ φυλακῇ τοῦ κατὰ τὴν ἕω κλίμακος.

E'ν δὲ τῷ τότε κυρίλλῳ μετὰ μάξιμον τὴν ἱεροσολύμων ἐκκλησίαν ἐπιτροπεύοντος ςαυροῦ σημεῖον ἐν τῷ οὐρανῷ ἀνεφάνη καταυγάζον λαμπρῶς οὐχ οἷον κομήτης ταῖς ἐκλάμψεσιν ἀπόῤῥεον ἀλλ' ἐν συςάσει πολλοῦ φωτὸς, ἐπιει-

fecit autem (*a*) Sisinnius, qui post hæc Constantinopolitanæ Ecclesiæ præfuerunt.

Constantius ducto in Illyrium exercitu contra (*b*) Bretanionem (*c*) Sirminium venit. Sed exercitus hunc prodidit. Tum cogitavit Constantius regium diadema (*d*) deponere: & (*e*) Prusæ privatam agere vitam, post veniam (*f*) illi concessam. Post ea quæ propter Bretanionem evenerant, eidem opus fuit validum contra (*g*) Magnentium exercitum in Italiam expedire. Constituit deinde Cæsarem fratris filium Gallum, & in Syriam misit, ut regiones Orientales tueretur.

Post Maximum successerat Cyrillus, quo Hierosolymorum Ecclesiam gubernante Crucis signum apparuit in cœlo splendide ardens, non ut cometes fulgorem emittens, sed constanter multi luminis erat, &

[*b*] Sisinius Episcopus CPolitanus creatus anno 426. mense Februario post Atticum successorem Joannis Chrysostomi: duos tantum annos vixit, & mortuus est anno 427. mense Decemb. Laudatur a Socr. l. 7. c. 26. De Attico Niceph. l. 13. c. 29. Inciderat in hæc tempora Sisinius alter Episcopus Novatianorum in eadem urbe CPoli (Sozom. l.7 c. 14.) qui vivebat tempore Joan. Chrysostomi Episcopi Catholicorum. Socr. l. 6. c. 29. Novatus & Novatiani non admittebant pœnitentes suorum peccatorum ad communionem Ecclesiæ. & hanc solummodo novitatem introduxerant, conformem vero cum catholicis de Deo doctrinam tenebant (Sozom. l. 7 c. 12.) præsertim de consubstantialitate Verbi. Socr. l. 5. c. 20. Sozom. l. 7. c. 12. Iidem tolerabantur CPoli, ubi non tolerabantur Manichæi. Photiniani, & Eunomiani Gratiano Imp. & seqq. Sozom. l. 7. c. 1. Novatiani etiam cum catholici vexarentur tempore Constantii & Valentis Impp. licet jam ab Ecclesia catholica separati, nihil de fide novare aggressi sunt ut ait Socr. l. 7. c. 25. Vid. etiam quæ de catholicis simul et Novatianis tradit Sozom. l. 4. c. 19. Hujus Sisinii acumen, eruditionem, mores, & scripta Socr. l. 6. c. 19. & 20. & Sozom. l. 7. c. 12. consilium ab eo datum Theodosio Imp. satis prudens ad tollendas Sectariorum controversias. Moritur anno 407. Socr l. 7. c. 6. eodem circiter quo Joann. Chrysostomus. Sisinio Episcopo catholico æquius est tribuere quæ in honorem SS. Martyrum facta narrantur. Advertendum tamen in caussa Novatianorum non plenam fidem habendam Socrati, ac Sozomeno qui eis addictissimi videntur.

(*b*) Vetranio a suis coactus Constantio se subjecit, & vitam non amisit. Sextus Aur. Vict. de Cæsar. Eutrop. l. 8.

(*c*) Pro Sirmium. Error librarii manifestus ex Socr. l. 2. c. 20 Sozom. l. 4. c. 1.

(*d*) Exemplo Diocletiani & Maximiani. Diocletianum certe nunquam consilii sui pœnituit ut est in Aurel. Vict. epit. Nescio an quisquam alius antiquus scriptor de hoc Constantii animo dimittendi imperium meminerit.

(*e*) Urbs Asiæ minoris ad montem Olympum. In qua Regia Turcarum erat, antequam CPolis in eorum manus deveniret.

(*f*) Vetranioni. Sozom. l. 4. c. 3.

(*g*) Qui Constante Constantini M. filio occiso totam ejus ditionem occupavit.

[*h*] Hic dicitur *fratris filius*, sed dicendus Constantii fratris Constantini Magni filius. Socr. l. 2. c. 24. dicit Constantii consobrinum.

(*i*) Socr. l. 2. c. 24. V. c. 28. Sozom. l. 4. c. 4. V. c. 5.

κῶς πυκνὸν κ᾽ διαφανές. μῆκος μὲν, ὅσον ἐκ τοῦ κρανίου μέχρι τοῦ ὄρους τῶν ἐλαιῶν, ἀμφὶ δὲ δέκα κ᾽ πέντε ςάδια, τὸν ὑπὲρ τὸν χῶρον τῦτον οὐρανὸν ἀπολαβὼν. εὖρος δὲ τῷ μήκει ἀνάλογον. περὶ ȣ̓ κ᾽ φέρεται πρὸς κωνςάντιον ἀναφορά.

& valde denſum, & tranſparens: Longitudo quantum a Calvaria uſque ad montem olivarum circa decem & quinque ſtadia, ſuper hoc ſpatium tantumdem occupans cælum: latitudo pro portione longitudinis. De hoc ad [a] Conſtantium relatum eſt.

Φωτεινὸς δὲ σιρμίȣ ἐπίσκοπος αἱρετικὸς πάνυ δειχθεὶς, κ᾽ παύλου τȣ̃ σαμοσατέως κηρύττων τὸ φρόνημα, ὑπὸ τῆς εἰς τοῦτο συναθροισθείσης συνόδου ἐν σιρμίῳ καθῃρέθη. οἱ αὐτοὶ δὲ κ᾽ πίςιν ἐξέθεντο, ἣν μάρκον φησὶ τὸν ἀρεθούσιον ὁ σωκράτης συντάξαι. ἡ δὲ τοιαύτη ἔκθεσις, ἐξέβαλεν κ᾽ τὸ ὁμοȣ́σιον, μὴ χρῆναι λέγουσα οὐσίας ὄνομα φέρειν ὅλως ἐπὶ θεότητος, διὰ τὸ μηδὲ ταῖς γραφαῖς τοῦτο ἐμφέρεσθαι.

(b) Photinus Sirmii Epiſcopus hæreticus ubique famoſus, & ſententiæ Pauli Samoſateni prædicator a (c) Synodo in Sirmio ad hoc collecta damnatus eſt. Iidem Epiſcopi (d) formulam fidei expoſuerunt, quā Socrates ait Marcum Arethuſium compoſuiſſe, ſed hæc expoſitio etiam homouſion declinavit: non oportere ſcilicet Uſiæ nomen omnino ad deitatem referre, quia de ea in Scripturis nulla ſit mentio.

Μαγνέντιος δὲ ὁ τύραννος εἰς διαφόρους πολέμȣς ἡττηθεὶς ὑπὸ τῶν ςρατηγῶν κονςαντίου ἔφυγεν εἰς γαλλίους. κἀκεῖ πάλιν καταλειφθεὶς ἐν λυγδόνῳ, ἔσφαξε πρῶτον τὴν ἰδίαν μητέρα κ᾽ τὸν ἀδελφόν· ἔσφαξε δὲ κ᾽ ἑαυτόν. κ᾽ ἄλλος δὲ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὀνόματι δεκέντιος ἀπήξατο. ἀνεφύη δὲ κ᾽ ἕτερος τύραννος περὶ γαλλίους ὀνόματι σιλβανὸς, ὃν ἀνεῖλον οἱ ςρατηγοὶ κωνςαντίου.

Magnentius Tyrannus diverſis in præliis victus a ducibus Conſtantii fugit in Gallias. Ibique rurſus (e) Lugduni derelictus interfecit primo matrem ſuam, & fratrem: ad extremum ſe etiam vita privavit. Alius etiam ejus frater nomine (f) Decentius ad mortem ſublatus eſt. Inſurrexit autem & alter Tyrannus in Galliis nomine (g) Sylvanus, quem Conſtantii duces de medio tulerunt.

Ἐν δὲ διοκαισαρείᾳ τῆς παλαιςίνης ἰουδαῖοι ὅπλα κατὰ τῶν χριςιανῶν

In urbe Diocæſarea Palæſtinæ (h) Judæi arma moverunt contra Chriſtia-

(a) Antiochiæ commorantem. Hæc meteoroſcopia de qua etiam Sozom. l. 4. c. 4. facta eſt Hieroſolymis ut patet.
(b) Socr. l. 2. c. 24. Sozom. l. 4. c. 5. Negabat Filium Dei ante ſecula fuiſſe genitum, ſed Chriſtum ex Maria generatum docebat.
(c) Habita anno 351.
(d) Socrat. l. 2. c. 25. Sozom. l. 4. c. 5. Tres illi formulas fidei ab Epiſcopis Sirmii congregatis editas ajunt, quas ipſas Socrates refert.
(e) Lugduni anno 353. Sozom. l. 4. c. 6 Aurel. Vict. Epit. Eutrop. l. 10. fratrem nomine Senonis appellat.
(f) Et hic, ut Magnentius natione barbarus. Sozom. l.4. c. 6. laqueo ſibi vitam abrupiſſe ait.
(g) Sozom. ibid. & ceteri ſupradicti. Nullus hujus nomine & imagine nummus antiquus extat, quemadmodum omnium priorum. In cauſſa eſt brevitas regni, quod ne integrum quidem menſem perduravit.
(h) Sozom l. 4. c. 6. Socr. l. 2. c. 27. V. c. 34.

ἐκίνησαν. γάλλος δὲ ὁ καίσαρ ἐκ τοῦ πλησίον πολεμήσας, πολλοὺς ἀνεῖλεν τῶν ἰουδαίων. καὶ αὐτὴν δὲ διοκαισάρειαν καθεῖλεν ἕως ἐδάφους. ἐπαρθεὶς δὲ τῇ νίκῃ, τὴν εὐπραγίαν οὐκ ἤνεγκεν· ἀλλὰ πρὸς τυραννίαν ἰδὼν, δομετιανὸν τὸν ἔπαρχον τῆς ἑώας καὶ μάγνον κυέστωρα ἀνεῖλεν μηνύσαντας κωνσταντίῳ τὰ τῆς βουλῆς αὐτοῦ. ὅπερ γνοὺς ὁ κωνστάντιος, μετάμεμπτον ποιησάμενος γάλλον, περὶ φλαβόνα τὴν νῆσον ἀναιρεθῆναι προσέταξεν.

Τούτου δὲ γενομένου ἰουλιανὸν τὸν ἀδελφὸν τοῦ γάλλου προβαλλόμενος καίσαρα, κατὰ τῶν ἐν γαλλίαις βαρβάρων ἀπέστειλεν. καθῃρημένων δὲ τῶν τυράννων καταλιπὼν τὸ σίρμιον ὁ κωνστάντιος, ἐπὶ τὴν ῥώμην ἀφίκετο. ἐν ταύτῃ γὰρ ἐβούλετο τὴν κατὰ τῶν τυράννων ἐπιτελεῖν ἑορτήν.

Ἐν τούτῳ δὲ ἰούλιος ἐτελεύτησεν ἐπὶ πέντε καὶ δέκα ἐνιαυτοῖς τὴν ῥωμαίων ἐκκλησίαν ἐπιτροπεύσας. διαδέχεται δὲ τοῦτον λιβέριος. ἀέτιος ὁ λεγόμενος ἄθεος ἐν ἀντιοχείᾳ τῆς συρίας ἀνεφύη αἱρεσιάρχης· τὰ αὐτὰ μὲν τῷ ἀρείῳ περὶ τὸ θεῖον φρονῶν, διακρινόμενος δὲ πρὸς τοὺς ἀρειανίζοντας, διότι ἄρειον εἰς κοινωνίαν ἐδέξαντο ὑποκριθέντα ὅλως ἐν τοῖς χρόνοις κωνσταντίνου τὴν ἐν νικαίᾳ σύνοδον δέχεσθαι. οὗτος δὲ ὁ ἀέτιος ἀντιοχεὺς μὲν ἦν τῷ γένει, ἐπαιδεύθη δὲ τὰ ἑλλήνων κατὰ τὴν ἀλεξάνδρειαν. καὶ ἐπανελθὼν, χειροτονεῖται εἰς ἀντιόχειαν ὑπὸ λεοντίου

ſtianos. Gallus qui cum exercitu non erat procul, ſuſtulit multos eorum; & urbem ipſam ad pavimentum evertit. Elatus autem victoria (*a*) moderationem non tenuit, ſed ad dominatum animum intendens, Domitianum Præfectum Prætorio Orientis, & Magnum Quæſtorem de medio tulit, quia nota fecerant Conſtantio quæ ipſe in animo habebat. Quibus intellectis accerſitum Imperator Gallum prope inſulam (*b*) Flabonem mandavit occidendum.

His peractis (*c*) Julianum Galli fratrem creatum Cæſarem, contra barbaros Galliarum expedivit. Sublatis autem Tyrannis relicto Sirmio (*d*) Romam Conſtantius venit. In ea enim de Tyrannis extinctis ſolemnitatem celebrare decreverat.

Interim Julius qui (*e*) quindecim annos Romanam Eccleſiam gubernaverat, vita functus eſt. Succedit illi Liberius. (*f*) Aëtius qui dicitur Atheus Antiochiæ Syriæ ſurrexit hæreſiarcha, eadem quidem cum Ario de divinitate ſentiens: ſed inter Arianizantes diverſus putatus eſt, quia qui Arianæ communionis erant, eum crediderunt finxiſſe toto tempore Conſtantini Synodo Nicænæ ſe adhærere. Aëtius hic Antiochenus natione, Alexandriæ ſecularibus litteris inſtructus fuerat. Reverſus deinde Antiochiam manuum accipit impoſitionem a Leontio Aria-

 po

(*a*) Sozom. l. 4. c. 6. V. c. 7. Socr. l. 2. c. 27. V. c. 34. Quo capite docemur Gallum dictum eſſe etiam Conſtantium: quo nomine appellatur in faſtis hoc anno mortis ſuæ, Conſtantio VII. & Conſtantio III. (nempe Gallo) Coſſ. anno 354. Socr. ibi. Galli nomen nuſquam comparet in nummis. Ii tamen ad eum ſpectant qui inſcriptionem habent CONSTANTIVS IVN. NOB. C. Conſtantius enim Imp. illi nomen ſuum impoſuerat. Socr. l. 2 c. 34.
(*b*) Plin. l. 3. c. 21. in Illyrico Flavonam ponit. Socr. l. 2. c. 27.
(*c*) Sozom. l. 4. c. 20. Socr. l. 2. c. 30.
(*d*) Idem Sozom. l. 4. c. 7.
(*e*) Socr. l. 2. c. 27. V. c. 34. Sed per errorem ſcribarum in Sozom. l. 4. c. 7. viginti quinque.
(*f*) Idem Socr. ibi c. 28. Sozom. l. 3. c. 14. & l. 4. c. 12. Theod. c. l. 2. c. 24. ubi de malitia Leontii.

τοῦ ἀρειανοῦ διάκονος. ἐμίσουν δὲ αὐτὸν καὶ οἱ τούτου ὁμόφρονες, διότι τῆς μὲν ἁγίας γραφῆς ἦν πάντη ἀμύητος καὶ τῶν ἑρμηνειῶν αὐτῆς καὶ ἐξηγήσεων ἄπειρος, ἐκ δὲ τῶν ἀριστοτέλους μόνον ἐκόπαζεν· διʼ ὃ τοῦτον ἐξέβαλον. ὁ δὲ κρύπτειν τὴν ἰδίαν αἰσχύνην πειρώμενος, προεφασίζετο ὅτι διὰ τὴν ἐπιορκίαν ἀρείου, αὐτὸς ἐξ ἐκείνων ἀπέσχησεν. τούτου τοῦ ἀετίου γέγονε μαθητὴς ὁ εὐνόμιος, ὑπογραφεὺς αὐτοῦ γενόμενος πρότερον. σύνοδος δὲ ἐν μεδιολάνῳ κατὰ κέλευσιν κωνσταντίου γεγένηται. ἐν ᾗ ἐκ τῶν ἀνατολικῶν οὐ σφόδρα πολλοὶ συνῆλθον. ἐκ δὲ τῶν ἑσπερίων, περὶ τοὺς τριακοσίους εὑρέθησαν. οἵτινες ὁρῶντες τινὰς πάλιν ἀθανασίῳ σκευάσαι σπουδάζοντας διελύθησαν ἄπρακτοι.

Λιβέριος δὲ ὁ ῥώμης ἐπίσκοπος, διηλέχθη κωνσαντίῳ ὑπὲρ τοῦ ὁμουσίου θειότητος, καὶ ὑπὲρ ἀθανασίου τοῦ ἱεροῦ σφόδρα λαμπρῶς. ἡνίκα καὶ εὐσέβιος ὁ εὐνοῦχος ἀρειανὸς ὑπάρχων, σφοδρῶς ἐπολέμει λιβέριον. μὴ πεισθεὶς δὲ λιβέριος τῷ σκοπῷ συνελθεῖν κωνσαντίου, ἐξωρίσθη εἰς βέροιαν τῆς θράκης· καὶ ἀντιχειροτονοῦσι φήλικα τινά, ἕνα τῶν διακόνων τῆς ῥώμης ὑπάρχοντα. μετὰ δὲ χρόνους δύο, γενομένου αὖθις τοῦ κωνσαντίου εἰς ῥώμην οἱ σύγ-

no, & Diaconus creatur. Oderant illum etiam qui ei concordes erant, propterea quod sacræ Scripturæ omnino erat imperitus, & interpretationum illius & explanationum ignarus: in solis placitis Aristotelis se tenebat; ideo ejectus est. Verum ignominiam suam occultare conatus excusabat se, quod propter (a) perjurium Arii ipse ab illis abhorrebat. Hujus Aëtii discipulus fuit (b) Eunomius, ipsius antea amanuensis. Præcepto deinde Constantii coacta est Synodus (c) Mediolani, in quam non multi ex Oriente convenerunt; ex Occidentalibus plus quam trecenti intervenerunt. Sed cum (d) intelligerent, nonnullos rursus in Athanasium insidias moliri, re infecta concilium solutum est.

(e) Liberius vero Romanæ Ecclesiæ Episcopus super divinitate homousii, & super Athanasio magno valde aperte cum Constantio conquestus est. (f) Ideo & Eusebius Eunuchus, quia Arianus erat, vehementer Liberium oppugnabat. Liberius cum sibi non veniendum persuasisset in propositum Constantii, in exilium Berœam Thraciæ missus est. In locum ejus absentis eligitur (g) Felix quidam qui unus de Romæ Diaconibus erat. Post annos duos Romam rursus

(a) Arius enim pejeraverat. Simulaverat se Nicænam fidem tenere; & perjurium Constantino M. ipsi innotuit. V. Sozom. l. 2. c. 28. & l. 4. c. 11.

(b) De eo postea.

(c) Soc. l. 2. c. 29. Sozom. l. 4. c. 8. Theod. l. 2. c. 15. ubi pars est apologiæ S. Athanasii pro se scriptæ.

(d) Non alia de caussa quam ut recta fides labefactaretur. Socr. ibidem.

(e) Theod. l. 2. c. 16. habet dialogum Liberii Papæ, & Constantii Imp.

(f) Huic exprobravit Liberius Arianam hæresim, & expilatas Ecclesias orbis terræ: & iturus in exilium noluit ab eo pecuniam veluti eleemosynam accipere. Theod. l. 2. c. 16. Sozom. l. 4. c. 15. Plures attulerat caussas Sozom. ibidem c. 10. proptèr quas a volun,ate Imperatoris fautoris Arianorum dissentiebat Liberius.

(g) Theod. l. 2. c. 17. Socr. l. 2. c. 29.

κλητοι ϗ γυναῖκες προσέρχονται αἰτοῦσαι τὴν λιβερίου ἐπάνοδον. ὁ δὲ ἀπόκρισιν αὐταῖς δέδωκεν· ὡς χρὴ αὐτὰς ἀρκεσθῆναι τῷ φήλικι. οὗτος δὲ ὁ φήλιξ τὴν μὲν σύνοδον τὴν ἐν νικαίᾳ ἐδέχετο· τοῖς δὲ ταύτης ἐχθροῖς ἀδεῶς ἐκοινώνει. οἱ δὲ ῥωμαῖοι φήλικι κοινωνεῖν οὐκ ἠνίσχοντο, ἀλλ' ἰδίᾳ καθ' ἑαυτοὺς ἐκκλησίαζον. ὅπερ γνοὺς ὁ κωνστάντιος, ἀνακληθῆναι προστάττει λιβέριον, ὃν ϗ τῷ θρόνῳ ἀπεκατέστησε. φήλιξ δὲ ἐξῆλθεν τὴν ῥώμην, ϗ οὐκ ἔτι ἐπανῆλθεν.

sus venit Constantius: accedunt ad eum (*a*) Senatus, & mulieres, Liberii reditum [*b*] petentes. Imperator respondit oportere Felice contentas esse. Felix hic fidei Synodi Nicænæ adhærebat, cum inimicis tamen illius Synodi sine ulla repugnantia communicabat. Romani contra communicare cum Felice noluerunt, sed privatim in suis domibus conventum faciebant. Delatis Constantio rebus istis, revocare [*c*] statuit Liberium, quem in sedem suam postea restituit. Felix Roma exivit, non amplius in eam reversus.

Οἱ δὲ ἀρειανοὶ σύνοδον ἐν ἀριμίνῳ συναθροισθῆναι παρεσκεύασαν ἐπ' ἀναιρέσει τῆς φωνῆς τοῦ ὁμουσίου ϗ αὐτῆς τῆς οὐσίας. ἐν ᾗ συνελθόντες τοὺς δυτικοὺς ἐπισκόπους συναρπάσαι οὐκ ἴσχυσαν. τῆς γὰρ ἐν νικαίᾳ πίστεως ἔφασκον ἐξίστασθαι. ὅθεν ϗ κωνσταντίῳ δι' ἐπιστολῶν δύο τὸν ἴδιον σκοπὸν ἐφανέρωσαν, πρὸς οὓς ϗ ἀντέγραψεν. οἱ δὲ κατὰ τὸν σκοπὸν αὐτῶν ἐν ἀριμίνῳ μὴ πράξαντες ἐν νίκῃ τῆς θράκης συνῆλθον, κἀκεῖ τὴν ἰδίαν λώβην ἐγγράφως ἐξέθεντο.

(*d*) Ariani Synodum cogere Arimini disposuerant, ad tollendam *Homousii* vocem, & præterea etiam *Usiæ*. In quam Synodum & sententiam qui convenerant, Occidentales Episcopos trahere nullo modo potuerunt. Ajebant enim hi idem fore ac a fide Nicæna discedere. Unde Constantio duabus epistolis propositum suum declaraverunt, ad quas Imperator rescripsit. Qui ergo in urbe congregati fuerant Arimini cum secundum votum suum rem non gessissent, Nice Thraciæ uniti secundum proprium errorem [*e*] expositionem fecerunt.

Ἰστέον δὲ ὅτι ἐν τῇ πρὸς κωνστάντιον πρώτῃ ἐπιστολῇ, οἱ ἐν ἀριμίνῳ συνελ-

Sciendum est quod in priore ad Constantium epistola Episcopi concilii

(*a*) Idem Theod. ibidem præstantem animum Romani Senatus, & præcipue matronarum, qui Imperatorem veriti non sunt ad ea quæ nolebat cogere.

(*b*) De hoc Liberii reditu legendi Baronius, & Orsi Cardinalis in historia Eccl.

(*c*) Theodoret. l. 2. c. 17. affert litteras, quibus a Constantio restituebatur in suam sedem Liberius in circo lectas. In Circis autem aut theatris suæ urbis quisque solebat populus congregari ad deliberandum de publicis rebus. In Circo congregatus Populus Romanus intellexit sententiam Imp. esse, ut Liberius & Felix communiter inter se ibi regerent Ecclesiam. Æquitatem sententiæ ridendo confessus est populus: sicut (inquiebat) spectatores & fautores coloribus factionum & aurigarum discernebantur, ita etiam diversæ fidei Christiani diversum cujusque fidei Episcopum haberent. Hoc dixerant litteras Imp. irridentes, & postea unum esse Episcopum oportere clamantes. Seditione facta abiit Felix, & Liberius ad suam Ecclesiam reversus est.

(*d*) Sozom. l. 4. c. 16. Socr. l. 2. c. 29. Theod. l. 2. c. 19.

(*e*) Est ipsa in c. 20. l. 2. Theod.

θόντες ἐπίσκοποι ὀρθόδοξοι δυτικοὶ γράφουσιν, ὅτι κωνςαντῖνος ὁ μέγας τελευτῶν ἐβαπτίσθη. οὐκοῦν κὶ οἱ δυτικοὶ μαρτυροῦσιν ὅτι οὐκ ἐβαπτίσθη ἐν ῥώμῃ.

cilii Ariminensis occidentales orthodoxi scribunt Constantinum Magnum morti proximum *(a)* baptizatum fuisse. Igitur Occidentales etiam testantur non Romæ baptizatum.

Α'θανάσιος ὑπὸ κωνςαντίου ζητούμενος, μὴ θαῤῥήσας ἐλθεῖν διὰ τὰς ἐπιβουλὰς ἃς αὐτῷ ἐν τοῖς βασιλείοις ἐτύρευον, πέμπει πρὸς ἀπολογίαν πέντε μὲν ἐπισκόπους κὶ τινας πρεσβυτέρους: ὧν πρῶτος ὑπῆρχεν σαραπίων θμουέως ἐπίσκοπος, ἀνὴρ λόγιος κὶ τὸν βίον θεσπέσιος.

Athanasius a Constantio requisitus ad eum venire ausus non est propter *(b)* insidias, quæ illi in regia tendebantur, sed quinque caussæ suæ defensores misit Episcopos, cum quibusdam Presbyteris. Quorum primus fuit Sarapion Thmuensis Episcopus vir eloquens, & vitæ spectatæ.

Πολλάκις τὰς ἐπιβουλὰς θεόθεν προγνοὺς διέφυγεν ἀθανάσιος ὡς ἐκ τούτου τοὺς ἕλληνας κὶ τοὺς ἑτεροδόξους γοητείαν ἐπιφημίζειν τῷ ἁγίῳ. ὡς κὶ προσερχομένῳ τοὺς ἕλληνας ἐπὶ τῇ φωνῇ τῆς κορώνης ἐπιπαίζειν πυνθανομένους τί ἄρα σημαίνει ἡ κορώνη κράζουσα· τὸν δὲ γελῶντα εἰπεῖν· ὅτι τὸ κρατῆ ῥωμαίων φωνῇ σημαίνει τὸ αὔριον. αὔριον τοίνυν φησὶν ὁ ῥωμαίων βασιλεὺς διὰ θεσπίσματος κωλύσει τοὺς ἕλληνας τελέσαι τὴν ἑορτὴν αὐτῶν ὅπερ πρὸς ἔργον ἐκβέβηκε: τῇ ἐν αὔριον κωλυθέντων ἑλλήνων ἐκ θεσπίσματος κωνςαντίου ἑορτάσαι τὴν ἑορτὴν αὐτῶν.

Sæpe insidias prævidens divino beneficio vitaverat Athanasius ita ut ex eo Gentiles & heterodoxi hominem hunc sanctum tanquam *(c)* magum celebrarent, & insuper advenientem, & deambulantem per jocum venirent interrogatum de voce cornicis, quid unquam crocitans illa significaret. Ipsum vero ridentem respondere: quod CRAS Romanorum lingua significat *(d)* αὔριον. Cras nimirum inquit avis Romanorum Imperatorem edicto vetiturum esse gentiles festum suum celebrare: quod revera probavit eventus. De facto postridie prohibiti sunt edicto Constantii Gentiles more suo agere festivitatem.

Λεοντίου τοῦ ἀντιοχείας τελευτήσαντος εὐδόξιος ὁ γερμανικείας ἐπίσκοπος τυραννίδι χρησάμενος, μετελθὼν ἥρπασε τὸν θρόνον ἀντιοχείας. πάνυ

Mortuo Antiochiæ Leontio *(e)* Eudoxius Germaniciæ Episcopus per vim appetens rapuit sedem Antiochiæ: in qua cum constitisset, ma-

la

(a) Spectat hic locus ad quæstionem de loco ubi Constantinus baptizatus est, an Romæ, an vero in Oriente: de qua Ecclesiasticæ historiæ scriptores & dissertatores. Nititur noster epistolæ Concilii Ariminensis quæ est in Socr. l. 2. c. 29. Theod. l. 2. c. 19. Sozom. l. 4. c. 16.

(b) Sozom. l. 4. c. 8. & 9.

(c) Sozom. l. 4. c. 9. & l. 6. c. 12. Allatus est supra Ammiani Marcellini locus, in quo notatur Athanasius, ut altius se supra professionem suam efferens, & augurem, fatidicum, & futurorum præscium se profitens.

(d) Legendum ubique αὔριον nempe *cras* ut est paulo post: τὸ κρατῆ vox corrupta quam librarius latine nesciens pro τὸ *cras* scripsit.

(e) Sozom. l. 4. c. 11. Theod. l. 2. c. 25.

δὲ χαλεπὰ κατὰ τῶν τῆς ὀρθῆς πίςεως εἰργάζετο.

Σύνοδον ἄλλην ἐν νικομηδείᾳ γενέσθαι κωνςαντίου θεσπίσαντος· πείθουσιν αὐτὸν οἱ ἀρειανοὶ ἐν νικαίᾳ μᾶλλον γενέσθαι τὴν σύνοδον. ἵνα τὴν μέλλουσαν παρ' αὐτῶν παρατροπὴν τῆς πίςεως γίνεσθαι ἐξαπάτην οἱ ἁπλούςεροι, διὰ τῆς ὁμωνυμίας τῆς πόλεως καταδάξωνται. νικομηδείας τὲ τότε σεισμῷ χαλεπῷ παθούσης. περὶ οὗ καὶ οὐρσάκιος ὁ θαυμαςὸς μοναχὸς προαγορεύσας ἐτύγχανεν εἰς ταρσὸν ἔδοξε συναθροισθῆναι τὴν σύνοδον. καὶ τούτου δὲ ὑπερτεθέντος· ἐν σελευκίᾳ τῆς ἰσαυρίας ἡ σύνοδος γέγονε. οὐρσάκιος οὗτος ὁ ἀπὸ περσῶν μονάσας· ἔν τινι πύργῳ τοῦ τείχους νικομηδείας θαύματα πλεῖστα θεοῦ χάριτι ἐποίει, καὶ τῶν μελλόντων εἶχε τὴν πρόγνωσιν.

Κύριλλος ὁ ἱεροσολύμων, καὶ ὁ καισαρείας ἀκάκιος, περὶ πρωτείων φιλονεικήσαντες δεινῶς κατ' ἀλλήλων ὡπλίσαντο· ὡς τὸν ἀκάκιον καθελεῖν τὸν κύριλλον, καὶ τῶν ἱεροσολύμων ἐξελάσαι· ὁ δὲ ἐλθὼν ἐν τάρσῳ πρὸς τὸν τότε ἐπίσκοπον σιλβανὸν, σὺν ἐκείνῳ διέτριβεν. τὸ δὲ κατὰ κύριλλον καὶ ἀκάκιον κεφάλαιον, γράφει λεπτομερῶς ὁ μοψυεςίας θεόδωρος, ἐν λόγῳ τῶν κατὰ εὐνομίου. οἱ ἐν σελευκείᾳ συνελθόντες, διχῶς διῃρέθησαν· καὶ ἀμ-

la valde magna contra fidem rectam perpetravit.

Aliam Synodum (a) Nicomediæ habendam præceperat Constantius, sed Ariani (b) Nicææ potius illam indicendam suadebant, ut subversionem fidei a se faciendam simpliciores hac impostura ex similitudine nominis urbis minus intelligerent, tum etiam quia terræmotus magni eo tempore Nicomediam quassaverant. De qua re etiam (c) Ursacius admirabilis monachus varia locutus in opinione erat Tarsi Synodum convocandam. Hac de loco quæstione dilata, (d) Seleuciæ Isauriæ Synodus habita est. Ursarius hic a solitudine in qua in Persia vixerat, in quadam turri muri Nicomediæ, mirabilia multa Dei gratia faciebat, & futurorum præscientiam habebat.

Cyrillus autem Hierosolymorum, & Acacius Cæsareæ Episcopi (e) contendentes invicem acriter de primatu processerunt ita ut Acacius subvertere Cyrillum conaretur, & Jerosolymis ejicere. Hic vero Tarsum profectus ad Sylvanum ejus temporis Episcopum, cum eo commoratus est. Summam controversiæ inter Cyrillum, & Acacium subtiliter scribit (f) Theodorus Mopsuestenus inter ea quæ contra Eunomium (g) composuit. Qui in Seleu-

V u ciam

(a) Idem ib. c. 17. ad damnandam hæresim Aëtii qui renovaverat errores Arii: ab Arianis ejecti, & cum iisdem communicare nolentis.

(b) Theod. l. 2. c. 26. Socr. l. 2. c. 31. Ut in eadem urbe subverterent catholicam fidem antea sub imperio Constantini M. ibi solemniter in œcumenico Concilio prædicatam & confirmatam. Anno ergo 358. indicebatur Synodus, quæ anno sequenti Seleuciæ habita est.

(c) Arsacium habet Sozom. l. 4. c. 15.

(d) In qua urbe Synodus anno 359. coacta est, ut in eam convenirent Orientales Episcopi, sicut prius Arimini Occidentales. Sozom. l.4.c.15. & 21. Vid. infra quæ de Concilio Lampsaceno adnotantur.

(e) Sozom. l. 4. c. 24. Theod. l. 2. c. 27. Prima est hæc allata a nostro de Hierarchia Ecclesiastica controversia. De Originibus Hierarchiæ Ecclesiasticæ legendus liber Viri usquequaque celebris Benedicti Bacchinii Abbatis Casinensis.

(f) De hujus Episcopi studiis Sozom. l. 8. c. 2. & de ejus memoriæ damnatione Evagrius l. 4. c. 37. (g) Sozom. l. 4. c. 21.

φοτέροις τοῖς μέρεσι, τὸ ἐκβαλεῖν τὸ ὁμοούσιον ἐσπουδάζετο. τῷ δὲ ἑνὶ μέρει τὰ λοιπὰ τῆς ἐν νικαίᾳ δέχεσθαι ἤρεσκεν.

ciam convenerant, in duas partes divisi sunt, & utrique parti delere homousion curæ erat: Uni vero parti reliqua in Nicæna Synodo statuta placebat admittere.

Α'κάκιος δὲ τοῦ χείρονος μέρους ἦν ἔξαρχος, ἔχων σὺν αὐτῷ κ̀ εὐδόξιον. σὺν αὐτοῖς δὲ ἦν κ̀ ὁ μακεδόνιος. πάντα δὲ τὰ κινηθέντα ἐγγράφως ἐκινήθησαν, ἅπερ σαβῖνος καταλέξιν ἱστόρησεν· οἱ δὲ τοῦ ἄλλου μέρους ἐν σελευκείᾳ καθεῖλον εὐδόξιον τὸν ἀπὸ γερμανικείας μετελθόντα εἰς ἀντιόχειαν, κ̀ χειροτονοῦσιν ἀνιανόν.

Acacius autem pejoris partis antesignanus erat; secum habebat & Eudoxium: cum illis erat, & Macedonius; quæcunque agitata & in scriptum redacta erant, omnia turbata sunt: quæ (*a*) Sabinus in historiam ad verbum retulit. Qui erant ex una parte de coadunatis Seleuciæ, ejecerunt Eudoxium a Germanicia, Antiochiam postea translatum. Ab iis electus est (*b*) Ananus.

Α'κάκιος δὲ ἐλθὼν πρὸς κωνστάντιον δεινῶς κυρίλλῳ ἐσκεύασεν. πολλῶν οὖν κινηθέντων ἐπὶ τοῦ βασιλέως, φιλονικεῖαι ἐξ ἑκατέρου μέρους γεγόνασι περὶ τῆς πίστεως, ἐν οἷς φασὶ σιλβανὸν τὸν ταρσοῦ, κ̀ εὐστάθιον τὸν σεβαστείας λαμπρῶς ἀγωνίσασθαι. ἔτι δὲ κ̀ τὸν ἀγκύρας βασίλειον.

Acacius accedens ad Constantium acriter Cyrillum caussatus est. Post multas res actas apud Imperatorem multæ (*c*) contentiones ex utraque parte fuerunt quantum ad fidem, in quibus fertur (*d*) Sylvanum Tarsi, & Eustathium Sebastiæ magnifice contendisse, ut & Ancyræ Basilium.

Α'έτιον δὲ τὸν εὐνομίου διδάσκαλον ἐξορισθῆναι διὰ τὸ ἀνόμοιον παρεσκεύασαν, συνόντα τῷ εὐδοξίῳ. οἱ αὐτοὶ δὲ πρότερον τὰς εὐδοξίου βλασφημίας ἐλέγξαντες, μακεδόνιον τῆς ἐπισκοπῆς τῆς βασιλίδος ἐκβάλλουσιν, κ̀ ἀντικαθιστῶσιν εὐδόξιον· μείζονι κακῷ, τὸ μέγα κακὸν ἀμειβόμενοι. κυζίκου δὲ ἐκβαλόντες ἐλεύσιον, χειροτονοῦσιν εὐνόμιον.

Aëtium autem Eunomii magistrum in exilium ejici propter anomoion curarunt, qui concors erat cum Eudoxio. Iidem autem prius blasphemiis Eudoxii convictis Macedonium de Episcopatu regiæ urbis dejiciunt, & constituunt pejori malo Eudoxium, & maximum damnum intulerunt. Cyzico vero expellentes Eleusium, Eunomium substituunt.

Α'φαιρεθεὶς δὲ μακεδόνιος τὴν κωνσταντινουπόλεως ἐπισκοπὴν ἔστη περὶ πύ-

Ejectus e Constantinopolitana sede Macedonius stetit circa (*e*) Pylas,

(*a*) Heracleæ in Thracia Episcopus Macedonianus collegerat, quæ varia Concilia scripto ediderant: accusator Athanasii, & Verbi consubstantialis inimicus. Socr. l. 1. c. 5. & l. 2. c. 13. & lib. 4. c. 12.

(*b*) Sozom. l. 4. c. 21.

(*c*) Quas habet Sozomenus l. 4. c. 23. & 24. &c. Teod. l. 2. c. 27.

(*d*) Sozom. l. 6. c. 11. Socr. l. 4. c. 12. Theod. l. 2. c. 28.

(*e*) Vertit Christophorsonus non ut proprium nomen, quod opus erat.

λας χωρίον τῆς βιθυνίας, διέτριβεν ἔνθα κ) ἐτελεύτησεν. εὐδόξιος δὲ τὴν ἐκκλησίαν κατέσχεν· ἡνίκα ἡ ἁγία σοφία ἐν πρώτοις ἐνεκαινίσθη· ἣν ὁ βασιλεὺς κωνςάντιος ἐγγὺς τῆς ἁγίας εἰρήνης ἔκτισεν.

Μετὰ δὲ τὴν ἐν νικαίᾳ τῶν ἁγίων πατέρων σύνοδον κ) τὴν τῆς πίςεως ἔκθεσιν ἐν διαφόροις τόποις τὲ κ) συνόδοις ἐννέα ἐγγράφως ὅροι ἐξέθησαν πίςεως· ἄλλως κ) ἄλλως συντεταγμένοι, ἐπ' ἀνατροπῇ τῆς ὀρθοδόξυ πίςεως.

Κατὰ εὐνομίου κυζικηνοὶ εὐδοξίῳ προσήλυθον ὡς δεινῶς βλασφημοῦντα αἰτιασάμενοι. εὐδόξιος δὲ ὡς σύμφρονος εὐνομίου ἐφείσατο. διὰ προσήλυθον τῷ κωνςαντίῳ· ὁ δὲ ὀργισθεὶς, ἐκβαλεῖν ἠπείλησε τοῦ θρόνυ τὸν εὐδόξιον εἰ μὴ κρίναι δικαίως κ) ἐπεξέλθοι εὐνομίῳ. ὅπερ γνοὺς εὐνόμιος ἔφυγεν κ) ἔχθραν πρὸς εὐδόξιον ἔσχεν προδοσίαν ἐγκαλῶν, φίλῳ οὕτως ὑπερασπίζοντι.

Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν σαβώρυ τοῦ περσῶν βασιλέως κατὰ τοῦ νισίβεος ςρατεύσαντος· κ) διά τινος μηχανῆς τὸν μυγδόνιον ποταμὸν κατὰ τοῦ τείχυς ἀγαγόντος κ) τοῦτο ςρέψαντος· ἰάκωβος ὁ ἱερὸς ἐπίσκοπος ὢν νισσίβης, θείως ἀντεπαρετάξατο τῷ σαβώρῃ κ) τοῦτον ἐδίωξεν ἄπρακτον, κωνςαντίυ ὄντος εἰς ἀντιόχειαν· ἐδίωξε δὲ οὕτως· σκνῖπας κ) κώνωπας διεχεῖς ἐπιπέμψας, ςρατῷ κ) ἵπποις κ) τοῖς ἐλέφασιν ἐξ αἰτήσεως ἐφραὶμ τοῦ ἁγίου.

Ἐφραὶμ δὲ ὁ σύρος μέγας ἦν ἔργῳ

las, qui locus est Bithyniæ, ibique moratus diem obiit. Eudoxius autem Ecclesiam tenebat, cum Sancta Sophia primum (a) dedicata est, quam Imperator Constantius prope Sanctam Irenem ædificaverat.

Post Nicænam sanctorum Patrum Synodum & fidei expositionem, in diversis locis & Synodis novem scripto definitiones fidei expositæ sunt, aliis aliter illas componentibus in [b] perniciem rectæ fidei.

Contra Eunomium Cyziceni ad Eudoxium venerunt, tanquam indigne blasphemantem (c) accusantes, Eudoxius vero utpote ejusdem sententiæ tenax in Eunomium nihil egit. Verum ad Constantium confugerunt, qui iratus Eudoxio minatus est de sede depulsurum, nisi juste judicaret, & Eunomium reum perageret. Ut scivit hoc Eunomius, fugit, & inimicitiam in Eudoxium sumpsit velut proditorem amici, qui eum tantopere defenderat.

Ea circiter tempestate (d) Sapor Persarum Rex contra Nisibim movit exercitum, & per quandam machinam (e) Mygdonium fluvium contra murum direxit, eundemque torsit. Jacobus venerabilis Episcopus Nisibis ope divina Sapori restitit, eumque infecta re submovit, degente Antiochiæ Constantio. Sic autem repulit. Vermiculos, & culices incessantes in exercitum, equos, & elephantes immisit Sancti Ephraim (f) precibus impetratos.

(g) Porro Ephraim Syrus verbis &

(a) Dedicatio ejus Ecclesiæ anno 360. ponitur a Sozom. l. 4. c. 25.
(b) Hanc fidei subversionem pluribus in locis supradicti historici, qui citantur hic, referunt ad hæc fere tempora.
(c) Theodor. l. 2. c. 29. Sozom. l. 6. c. 26.
(d) Idem Theod. ib. c. seq hæc habet.
(e) Qui per mediam Urbem fluebat.
(f) Jacobi Episcopi Deum precantis suasione Ephraim.
(g) De Ephraim Syro Sozom. l. 3. c. 15. Theodoret. l. 4. c. 27. & Hieronym. Recens ope-

κ̀ λόγῳ. κ̀ πολλὰ ἐγγράφως ὀφέλιμα καταλέλοιπεν. φασὶ δὲ ὅτι τριακοσίας μυριάδας ςίχων ἐκδέδωκε· κ̀ τὰ αὐτȣ̃ πονήματα ψάλλειν σύρους ἐδίδασκεν, ἀντισπάσασθαι τοὺς πολλοὺς ἐθέλων ἐκ τῆς πλάνης τοῦ βαρδισάνου διὰ τοῦ βέλους κ̀ τῆς ᾠδῆς ἐφελκομένȣ τοὺς πλείονας. διάκονος δὲ ἦν αἰδέσιμος ὁ μέγας ἐφραὶμ, κ̀ μεῖζόν τι γενέσθαι οὐ κατεδόξατο.

& opere magnus fuit, & multa ſcripto tradita valde utilia reliquit. Fertur (a) trecentas myriadas verſuum tradidiſſe, & quæ ipſe ediderat, Syros canere docuit, ut vulgus ab errore Bardiſanis averteret, qui jactu & cantu multos ſeducebat. Diaconus erat reverendus magnus Ephraim, & ad ſuperiorem ordinem noluit aſcendere.

Ἐν δὲ τῷ τότε εὐδοξίου κατασχόντος τὴν κωνςαντινοπόλεως ἐκκλησίαν, πολλοὶ τὸν ἀντιοχέων θρόνον περιποιεῖν ἑαυτοῖς ἐσπούδαζον· μελετίου δὲ τοῦ ἐπισκόπου σεβαςείας τῆς ἀρμενίας διὰ τὸ δυσχερὲς τῶν ἀρχομένων ἀναχωρήσαντος κ̀ ἐν ἡσυχίᾳ διάγειν ἐθέλοντος, οἱ ἀρειανοὶ τοῦτον καθιςῶσιν ἀντιοχείας ἐπίσκοπον, ὁμόφρονα ἑαυτοῖς τοῦτον ὑπονοήσαντες· ψήφισμα τοίνυν ὀνόματι μελετίου συντάξαντες, τοῦτο παρατίθενται εὐσεβείῳ τῷ σαμοσατῶν ἐπισκόπῳ συμψηφισαμένων αὐτὸν κ̀ τῶν ὀρθοδόξων.

Quo tempore Eudoxius Conſtantinopoleos regebat Eccleſiam, multi ſedem Antiochiæ ſibi ipſis parandam curabant. (b) Meletius Epiſcopus Sebaſtiæ Armeniæ ſubditorum ſuorum moleſtias peroſus ſeceſſerat, & in quiete degere volebat: Ariani hunc Antiochiæ eligunt Epiſcopum concordem ſuæ ſententiæ opinati. Itaque per ſuffragia (c) nominant Meletium, & electionis decretum ad Euſebium Samoſatenum Epiſcopũ mittunt, qui ſimul cum Meletio erat orthodoxus.

Μελέτιος δὲ ἐπ' ἐκκλησίας κηρύττων τὴν ἐν τριάδι θεότητα, κ̀ τὸ τῆς θεότητος ὁμοȣ́σιον, ὑπὸ τοῦ ἀρχιδιακόνου ἀντιοχείας φόβῳ τῶν ἀρειανῶν τὸ ςόμα φημωθεὶς, τῇ χειρὶ διὰ τῶν δακτύλων τὴν ὀρθοδοξίαν ἐκήρυξεν.

Accidit autem ut dum Meletius in Eccleſia (d) prædicaret divinitatem in Trinitate, & Deitatis homouſion, & ab Archidiacono Antiochiæ propter timorem Arianorum ejus os clauſum fuiſſet, manu per digitos fidem rectam profeſſus fuerit.

Μελετίου δὲ τὸ ὀρθόδοξον οἱ ἀρειανοὶ παρ' ἐλπίδα μὴ φέροντες σαβελλισμὸν αὐτῷ πλέξαντες πείθουσι τὸν κων-

Meletium præter opinionem orthodoxum Ariani non ferentes, Sabellianiſmum ipſi fraudulenter tribu-

rum ejus editio Græce, Syriace, & latine in 6. Tomos diſtributa cura Petri Benedicti, Romæ 1737. & deinceps.

(a) Quanta eſſent opera, veteres metiebantur & indicabant numero verſuum ſeu linearum. Cum dicebant verſus στίχȣς intelligebant quas nos lineas dicimus: lineæ vero plures columnam unam componebant: columnas duas in unaquaque pagella fuiſſe autumo, ut in antiquiſſimis libris ſeu codicibus qui extant; in voluminibus vero plures columnas. Euſeb. hiſt. l. 6. c. 19 V. 25. de ſecunda & tertia epiſtola Joannis Apoſt. ait ambas vix centum verſus complecti, quæ in Bibliis noſtris commatibus ſeu verſiculis 27. conſtant. Quo brevior eſt verſus, commodior eſt in legendo.

(b) Sozom. l. 4. c. 27. Socr. l. 2. c. 34. Theod. l. 2. c. 31.

(c) Theod. l. 2. c. 31.

(d) Sozom l. 4 c. 27. Socr. l. 2. c. 31. & Theodor. ibi: qui explicant quo pacto per manus & digitos Meletius rectam fidem doceret.

στάντιον ἐκβαλεῖν ἐκκλησίας τὸν ἅγιον, καὶ χειροτονοῦσιν εὐζώϊον τὸν σὺν ἀρείῳ καθαιρεθέντα, πᾶσαν δὲ θέμενοι σπουδὴν ἀναλαβεῖν παρὰ εὐσεβείου τὸ ψήφισμα ὃ εἰς μελέτιον πεποιήκεισαν· καὶ τοῦτο πρᾶξαι μὴ δυνάμενοι, παρασκευάζουσι τὸν κωνστάντιον ἀπειλῆσαι τῷ εὐσεβείῳ· ὡς τὴν δεξιὰν αὐτοῦ κόπτει, εἰ μὴ παράσχοι τὸ ψήφισμα· εὐσεβείου δὲ τὰς δύο χεῖρας εἰς ἐκτομὴν προβαλλομένου, ἢ δοῦναι καταδοξαμένου τὸ ψήφισμα ἔλεγχον ὂν τῆς τῶν ἀρειανιζόντων κακίας, ἠγάσθη κωνστάντιος τῆς ἀρετῆς τὸν εὐσέβιον.

peratorem (*a*) consalutarunt, qui ad eum diem militibus mille præfuerat. Verum ille cunctabatur: ajebatque, non possum exercitui præesse, qui tempore Juliani vivere juxta mores Gentilium solitus fuit. Respondit exercitus universus profiteri se Christianum esse. Jovianus itaque volens reliquum exercitum servare, (*b*) Nisibim maximam urbem & populosam Persis concedere coactus est.

(*c*) Porphyrius ille miser in nos ira fervens, Tyrius erat genere. Prius fuerat Christianus, sed Cæsareæ Palæstinæ flagellatus a Christianis, impatiens iræ ad Gentilium ritus transiit; & sic scribere contra veritatem velut canis audax non erubuit.

Joviani lege ab exilio revocati sunt (*d*) Episcopi. Magno vero (*e*) Athanasio scripsit ut immaculatę fidei integritatem scripto significaret. Quod & fecit Athanasius, & Joviano (*f*) epistolam misit plenam orthodoxæ veritatis, quæ adhuc extat.

Jovianus erga rectam fidem confirmatus multa [*g*] largitus est homousion (consubstantialitatem) profitentibus, & immunes declaravit, & alia plura concessit.

(*h*) Acacius autem Cæsareæ Palæstinæ Episcopus simul cum aliis Episcopis Antiochiam veniens, animum Joviani erga fidem prævidens

(*a*) Socr. l. 3. c. 19. V. c. 22. Theod. l. 4. c. 1. Sozom. l. 6. c. 3. qui renuentem imperium accipere inducunt.
(*b*) Urbs est Mesopotamiæ. Socr. ib.
[*c*] Occasione narratæ mortis Juliani Imp. Socr. ibid. nonnulla affert, longius fortasse quam historico properanti convenit contra tres sophistas, Julianum, Libanium, Porphyrium Christianorum maledicos osores. Notavit hic noster præcipue Porphyrium, cujus extant opera: & de eo Billius non pauca in orat. 4. Nazianz. n. 69.
(*d*) Theod. l. 4. c. 2.
(*e*) Ibi Theod. & Socr l. 3. c. 20. V. c. 24. Ab exilio Athanasio jam quintum reverso.
(*f*) Epistolam Athanasii ad Jovianum. Theod. l. 4. c. 3.
(*g*) Idem c. sequenti.
(*h*) Concilii hujus Antiochiæ habiti mentionem facit Sozom. l. 6. c. 4. & affert Epistolam Episcoporum profitentium fidem Nicænam ad Jovianum Imp. Similem habet Theod. l. 4. c. 3. verbis abundantiorem, breviorem vero Socr. l. 3. c. 21.

γνοὺς λίβελλον συνέταξεν, δι' οὗ τῷ ὁμουσίῳ συνέθετο κὴ τὴν ἐν νικαίᾳ σύνοδον ὡμολόγησε δέχεσθαι· ὅς τις λίβελλος καὶ ἐντέτακται.

Ὀκτὼ μὲν οὖν μῆνας βασιλεύσας ἰωβιανὸς ἐν δαδασθάνοις τῆς βιθυνίας γενόμενος ἐτελεύτησεν· ἐλθὼν δὲ ὁ στρατὸς εἰς νίκαιαν οὐαλεντινιανὸν βασιλέυειν ἀνηγόρευσεν· οὗτος δὲ εἰσελθὼν ἐν κωνςαντινουπόλει, τὸν ἴδιον ἀδελφὸν μεταπεμψάμενος οὐάλεντα, ἐκ πανονίας πόλεως κιβαλῆς· ἐκεῖθεν γὰρ ὥρμητο· κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς ἐποιήσατο, μετὰ τριάκοντα ἡμέρας τῆς ἰδίας ἀναγορεύσεως· τῆς δὲ ὑπηκόου τὰ μὲν πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα παρέδωκεν αὐτῷ· τὰ δὲ ἀπὸ ἰλλυρίων ἐπὶ τὸν ἑσπέριον ὠκεανὸν κὴ πᾶσαν τὴν ἀντικρὺ ἤπειρον μέχρι τῶν ἐσχάτων λιβύων ἐφ' ἑαυτὸν ἔταξεν· φέρονται δὲ οὐαλεντινιανοῦ κὴ πρὸ τῆς βασιλείας πολλὰ ὑπὲρ χριστιανισμοῦ· οὐάλης μέν τοι ἀρειανὸς ὑπῆρχε διάπυρος ὑπὸ εὐδοξίου βαπτισθεὶς κὴ ἀπατηθείς· οὐαλεντινιανοῦ δὲ ἀπὸ κωνςαντινουπόλεως ἐκδημοῦντος ἐπὶ τὴν ῥώμην κὴ διὰ θράκης πορευομένου τηνικαῦτα οἱ περὶ ἑλλήσποντον κὴ βιθυνίαν ἐπίσκοποι, κὴ ὅσοι ἄλλοι ὁμοούσιον τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν λέγειν ἠξίουν, προβάλλονται πρεσβέυειν ὑπὲρ αὐτῶν ὑπατιανὸν τὸν ἡρακλείας τῆς περίνθου ἐπίσκοπον, ὥς τε ἐπιτραπῆναι συνελθεῖν ἐπὶ διορθώσει τοῦ δόγματος· προσελθόν-

dens libellum composuit per quem se Homousio addidit, & Nicænam Synodum se suscipere professus est; qui libellus exstat.

Octo menses Jovianus imperaverat, cum Dadasthanis in Bithynia (a) mortuus est. Perveniens Nicæam exercitus Valentinianum Imperatorem (b) renunciarunt. Hic Constantinopolim profectus fratrem suum Valentem accersitum ex urbe Cibali Pannoniæ (ibi enim morabatur) (c) socium imperii fecerat diebus triginta post suam in thronum ascensionem. De populis sibi subjectis qui sunt ad solem orientem, partem ei tradidit; qui vero (d) ab Illyriis ad Hesperium Oceanum & omnem continentem terram usque ad ultimos Afros, hos sibi servavit. Multa de Valentiniano (e) ante Imperium facta favore Christianæ religionis feruntur. Valens tamen Arianus erat (f) fervidus ab Eudoxio baptizatus, & in errorem inductus. Valentiniano Constantinopoli Romam contendenti, & per Thraciam tunc transeunti qui prope Hellespontum & Bithyniam erant Episcopi, & quicunque alii consubstantialem Patri Filium dicendum judicabant,(g) legationem pro se obire proposuerunt Hy-

 pa-

(a) Anno 364. Sozom. l. 6. c. 6. narrat mortis Joviani caussas, quas & Eutropius in fine Historiæ.

(b) Socr. l. 4. c. 1. Sozom. l. 6. c. 6. Theod. l. 4. c. 5.

(c) Recte Theodoretus ibi addit: *quod utinam nunquam fecisset*. Fuit enim acer perfidiæ Arianæ propugnator.

(d) Quidquid fuit ab Occidentali Oceano usque in Illyricum, suæ dominationi retinuit Valentinianus; post Illyricum omnia ad Orientem spectantia attribuit Valenti. Hæc imperii divisio sequenti tempore varietati alicui fuit obnoxia.

(e) Sozom. l. 6. c. 6. Socr. l. 4. c. 1.

(f) Valentinianus Catholicus dissentientibus in fide negotium nullum facessebat. Contra Valens Arianus omnes quos potuit ad Arianam fidem per gravia supplicia cogebat amplectendam. Socr. ibid. ut & Sozom. Ab Eudoxio enim Ariano Episcopo baptizatus jure jurando obstrictus fuit in eodem dogmate perseverare, & eos qui diversæ Doctrinæ adhærent, pellere ab Ecclesiis; quod Imperator perfecit. Theod. l. 4. c. 12.

(g) Sozom. l. 6. c. 7.

τος δὲ αὐτοῦ καὶ τὰ παρὰ τῶν ἐπισκόπων διδάξαντος, ὑπολαβὼν οὐαλεντινιανὸς ἐμοὶ μὲν ἔφη μετὰ λαοῦ τεταγμένῳ οὐ θέμις τοιαῦτα πολυπραγμονεῖν· οἱ δὲ ἱερεῖς οἷς τούτου μέλει καθ' ἑαυτοὺς ὅπῃ βούλονται συνίτωσαν. οἱ δὲ συνῆλθον εἰς λάμψακον. καὶ δύο μῆνας ἐκεῖ διατρίψαντες, τελευταῖον ψηφίζονται ἄκυρα μὲν εἶναι τὰ ἐν κωνςαντινουπόλει παρὰ τῶν περὶ εὐδόξιον καὶ ἀκάκιον πεπραγμένα, κρατεῖν δὲ τὴν ἐν σελευκείᾳ πίςιν, ἥτις ἀνεγνώσθη ἐν τοῖς ἐγκαινίοις τῆς ἐκκλησίας ἀντιοχείας· οὐάλης δὲ ταῦτα γνοὺς τὰ μὲν· ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ λιβέριος τῆς ῥώμης ἐπίσκοπος· ἐν ἀλεξανδρείᾳ δὲ τῶν μὲν ὀρθοδόξων προϊςήκει ἀθανάσιος, τῶν δὲ ἀρειανῶν ἡγεῖτο λούκιος· ἐν ἀντιοχείᾳ δὲ τῶν μὲν ἀρειανῶν εὐζώϊος ἐχρημάτιζεν. τῶν δὲ ὀρθοδόξων εἰς δύο διῃρημένων, τῶν μὲν παυλῖνος, τῶν δὲ μελέτιος προϊςήκεισαν· ἱεροσολύμων δὲ ἐπεσκόπει ὁ κύριλλος. εἰς μέν τοι κωνςαντινούπολιν τῶν μὲν ἀρειανῶν ἐκράτει εὐδόξιος· οἱ δὲ ὀρθό-

patianum Heracleæ seu Perinthi Episcopum, ut congregari indulgeret ad dogma fidei declarandum. Cum eo venisset Imperator, de iis quæ volebant Episcopi certior factus re perpensa, *mihi* (inquit) *qui unus sum de populo, non licet ista curiosius inquirere. Sacerdotes quibus cura est de hoc, inter se coëant ubi voluerint* At ii Lampsaci congregati sunt: & duos menses ibi commorati decernunt tandem irrita esse quæ Constantinopoli a fautoribus Eudoxii & Acacii facta erant: firmam vero manere Seleuciæ fidem, quæ in Encæniis Ecclesiæ (*a*) Antiochiæ lecta est. Ad Valentem hæc (*b*) relata sunt. Eo tempore (*c*) Liberius erat Romæ Episcopus. Alexandriæ orthodoxis præerat Athanasius, Arianis Lucius. Antiochiæ Arianos regebat Euzoius. Orthodoxis in duas partes divisis, aliis Paulinus, aliis Meletius præsidebat. Hierosolymorum Episcopatum tenebat Cyrillus. Interea Constantinopoli Ariani sub Eudoxio erant: orthodoxi neque pa-

(*a*) Constantinus M. quoad vixit consubstantialitatem Verbi defendit. Constantius etiam initio stetit pro ea. Sozom. l. 3. c. 17. V. c. 18. Postea mutavit sententiam, & renuentibus admittere ὁμοούσιον favit, quorum a principio summa una erat vocem illam undecunque tollere. Postea occasione consecrationis Ecclesiæ a Constantino M. ædificatæ Antiochiæ post illius mortem regnante Constantio Concilium Episcoporum 97. congregarunt Eusebii Nicomediensis asseclæ consubstantialitatis Verbi inimici, & approbarunt formulam fidei in qua omissum erat, *Filium Patri consubstantialem*. At cum talis formula non placeret, eorum verborum loco dixerunt, *ejus divinitatem nec converti posse, nec mutari, eumque essentia, consilii, potentia, & gloria conformem imaginem esse*. Sozom. l. 3. c. 5. Vide quæ diximus supra occasione Encæniorum ejus Ecclesiæ p. 124. Ei Concilio inter alios nonnulli Ariani Episcopi adfuerunt; nemo tamen Roma, neque ex Occidente, nemo Hierosolymis aut Alexandria, nemo tandem Catholicus CPoli profectus. Erat autem Provinciale. Formulam fidei suprascriptam adoptavit Concilium Seleuciense anno 359. coactum. Sozom. l. 4. c. 21. V. c. 22. ubi dicitur, *quoniam voces hæ* consubstantialis *&* substantia similis *plurium animos perturbant, & nonnulli novam vocem excogitare, & filium Patri dissimilem dicere instituunt, idcirco voces* consubstantialis *&* substantia similis *rejiciendas esse* .... *rejiciendam quoque* dissimilis, *atque filium Patri* similem *plane fatendum*. V. Theod. l. 2. c. 27. Fuit autem Episcoporum 150. De Concilio vero Lampsaceno Sozom. l. 6. c. 7. In eo statutum est, *Doctrinam illam ratam fore qua filium Patri substantia similem asserit: adjectionem hujus vocis* similis *ad plenam personarum distinctionem necessariam esse: formulam fidei in consecratione Ecclesia Antiochena editam, & Seleucia omnium Episcoporum consensu confirmatam, in omnibus Ecclesiis tenendam*.

(*b*) In Græco deest aliquid.

(*c*) Socr. l. 5. c. 9.

δοξοι οὔτε ποιμένα εἶχον, οὔτε ἐκκλησίαν ἔχειν συνεχωροῦντο.

Οὐάλης δὲ φοβηθεὶς μήποτε πέρσαι λύσωσι τὰς ἐπὶ ἰωβιανοῦ τριακονταέτεις σπονδὰς, ἐλάσας ἤλυθεν εἰς ἀντιόχειαν. γνοὺς δὲ ὅτι πέρσαι τὰς συνθήκας παραβαίνουσιν κινεῖται πρὸς πόλεμον κατὰ τῶν πρεσβευόντων τὸ ὁμοούσιον. καὶ μελέτιον μὲν ἐξώρισεν, παυλίνου δὲ διὰ γῆρας ἐφείσατο· τοὺς δὲ εὐζωΐῳ μὴ κοινωνοῦντας ζημίαις καὶ φυγαῖς καὶ παντοίαις στρεβλώσεσι καθυπέβαλλεν, ἑλληνικοῦ διωγμοῦ πράττων βαρύτερα.

Σχόλιον. Οὐάλεντα δοννίκα ἡ αὐτοῦ γαμετὴ μάλιστα ἀρειανίζειν δαιμονίως ἀνέπειθεν. φασὶ δὲ ὅτι μετὰ τὸ βασιλεῦσαι ἐβαπτίσθη ὑπὸ εὐδοξίου. καὶ ὅρκον ἐν αὐτῷ τῷ βαπτίσματι ἔλαβε παρ' αὐτοῦ εὐδόξιος, ὡς τὰ ἀρείου φρονήσοι, καὶ ἐκβάλοι τὸ ὁμοούσιον.

Προκόπιος δέ τις ἀντῆρεν τῷ οὐάλεντι· καὶ πολὺν ἀθροίσας στρατὸν, περὶ νακολίαν πόλιν φρυγίας διέτριβεν. τοῦτο γνοὺς οὐάλης, πρὸς βραχὺ τοῦ διώκειν τοὺς ὀρθοδόξους ἐπαύσατο· προδοσίᾳ δὲ ἀγέλωνος καὶ γομαρίου στρατηγῶν προκοπίου, προεδόθη ὁ τύραννος· τοῦτον δὲ εἰς δύο δένδρα ἐγγίζοντα τῶν σκελῶν ἐξαρτήσας, ταῦτα ὀρθωθῆναι εἴασεν, τὰ δὲ διέσπασαν τὸν προκόπιον.

Ἐπεὶ δὲ τέλος ἔσχεν ὁ πόλεμος,

pastorem habebant, neque Ecclesiam habere permittebantur.

Valens extimescens ne (a) Persæ aliquando fœdera in annos triginta sub Joviano percussa rumperent, curru venit Antiochiam. Ibi audivit Persas (b) transgredi pacta: molitur inde bellum adversus eos qui homousion profitebantur. (c) Meletium ejecit in exilium, sed (d) Paulino senectutis caussa pepercit. Qui cum (e) Euzoio non communicabant, (f) damnis, & exilio & omnimodis pœnis torquebat, gravioribns etiam quam iis quibus Gentiles uti solebant. Scholium.

(g) Valentem Donnica ejus uxor Arianis maxime favere diabolice persuasit. Ajunt enim eum post acceptum regnum baptizatum ab Eudoxio fuisse, & in ipso Baptismo suscepisse juramentum & Eudoxio promisisse se cum Arianis sensurum & homousion repudiaturum.

(h) Procopius quidam surrexerat in Valentem, & valido exercitu coacto prope Nacoliam Phrygiæ urbem se tenebat. Re cognita Valens ad breve tempus persequi orthodoxos supersedit, sed proditione Agelonis & Gomarii ducum suorum Procopius traditus est Tyrannus. Hujus sursum elevata crura, & illigata sunt duabus arboribus, quæ deinde naturalem rectitudinem recuperare permissæ, eum [i] discerpserunt.

Post belli finem Nicæam profectus

(a) Sozom. l. 6. c. 7.
(b) Deest in hac sententia negatio. Ibid. & Socr. l. 4. c. 2.
(c) Uterque Hist. iis in locis.
(d) Iidem commemorant viri sanctitatem.
(e) Legendum *Eudoxio*: ex locis nuper citatis patet.
(f) In Græco fortasse *Ζημίαις*, vel *δεσμοῖς*.
(g) Theodor. l. 4. c. 11. & 12. Uxoris nomen Sozomeno l. 7. c. 1. est *Dominica*.
(h) Anno 365. Socr. l. 4. c. 3. Sozom. l. 6. c. 8. De eo fuse Amm. Marcell. l. 26.
(i) Eadem sævitia proditores Procopii ferris medii discerpti sunt, quanquam Valens se fore benevolum illis, & gratum jurasset. Ita Sozom. l. 6. c. 8.

ἥκεν εἰς νίκαιαν· ἐν ἡσυχίᾳ τε γεγονὼς, πάλιν κινεῖται κατὰ τῆς πίςεως· ϗ ἐλεύσιον τὸν κυζίκȣ ἠνάγκασεν ὁμολογῆσαι τὸ ἑτερȣ́σιον· ὁ δὲ τὸ προςαχθὲν ἐποίησεν, ϗ εὐθὺς μετεμέλετο· ἐπανελθὼν τὲ εἰς κύζικον τὴν ἑαυτοῦ παρανομίαν ἐξήγγειλεν, ϗ ἱερατεύειν οὐκ ἤθελεν ἀλλ' ἕτερον προβληθῆναι ἐπίσκοπον προὔτρεπεν· ὅπερ γνοὺς ὁ εὐδόξιος ἀνόμιον κατέςησεν τῆς κυζίκȣ ἐπίσκοπον.

ctus Valens, & in otio agens rursus contra fidem movetur. Et [a] Eleusium Cyzici Antistitem coegit profiteri (b) heterousion, idest diversam Filii a Patre substantiam. Is imperata fecit, sed pœnitentia motus est. Cyzicum reversus iniquitatem suam confessus est, & Sacerdotio fungi noluit, sed alium proponi Episcopum hortatus est. Super his Eudoxius Episcopum constituit (c) Anomium.

Σχόλιον. Τῆς κοινωνίας εὐδοξίου ἐχωρίσθη εὐνόμιος, διὰ τὸ μὴ ἀνέχεσθαι τὸν εὐδόξιον κοινωνῆσαι ἀετίῳ τῷ διδασκάλῳ αὐτοῦ· εἰ γὰρ ϗ ὁμόφρονες ὑπῆρχον εὐδόξιος ϗ ἀέτιος, ἀλλ' ȣ̓ν διὰ τὸ παρὰ πάντων διαβάλλεσθαι τὸν ἀέτιον ἀπεςρέφετο δ' εὐδόξιος μὴ αἰσχυνόμενος ὅτι τοῖς ἰδίοις δόγμασιν ὡς βλασφήμοις ἠσχύνετο.

(d) Communione Eudoxii privatus fuit Eunomius, quia pati nolebat Eudoxius Eunomium cum Aëtio magistro suo communicare: quamvis enim ejusdem sententiæ Eudoxius essent & Aëtius, tamen reprehendebatur ab omnibus Aëtius; & illi aversabatur Eudoxius non ferens illum utpote qui suis dogmatibus tanquam blasphemis non adhæreret.

Εὐνόμιος δὲ οὗτος ὑπογραφεὺς γέγονεν τȣ̃ ἀθέȣ, ϗ σοφιςικȣ̀ς λόγȣς μαθὼν, ἐξ αὐτῶν δῆθεν παῤῥησιάζετο· τῶν γὰρ θείων γραφῶν παντελῶς ἦν ἀμύητος. δηλȣ̃σι τοῦτο τὸ ἀμαθὲς, οἱ ἑπτὰ μάλιςα τόμοι οὓς εἰς τὴν πρὸς ῥωμαίȣς ἐπιςολὴν τȣ̃ ἀποςόλȣ ἐπόνησεν, ϗ οἱ λοιποὶ αὐτȣ̃ λόγοι.

Eunomius hic amanuensis factus est (e) A heo, captiosis ratiocinationibus sibi comparatis, earum ope audacter loquebatur. Sacrarum enim Scripturarum erat omnino imperitus. Hanc ignorantiam probant maxime septem tomi, quos in Epistolam Apostoli ad Romanos elaboravit, itemque reliqui ejus sermones.

Κυζικηνοὶ δὴ διώκȣσι τὸν εὐνόμιον, μισήσαντες αὐτὸν ὡς αἱρετικὸν ϗ κακόφρονα· ὁ δὲ ἐλθὼν ἡνώθη τῷ εὐδο-

Cyziceni Eunomium refugiebant, & oderant ut hæreticum, & male sentientem. At is cum (f) abiisset,

(a) Ibi Sozom.
(b) Heterousium legendum ex Theodor. l. 2. c. 31.
(c) Legendum videtur vere *Eunomium* ex Sozom l. 6. c. 8. Ex eodem tamen libro c. 26. habetur hæreticos ex hoc Cyzicense Episcopo profectos Anomianos esse dictos.
(d) V. c. 26. l. 0. Sozomeni, in quo fusius explicantur quæ hic dicuntur breviter; & Theod. l. 2. c 29.
[e] Cognomentum Aetii. Socr. l. 2. c. 28. V. c. 35. & l. 4. c. 7. Cognominatus est autem Atheus, quia sacrarum litterarum imperitus argutiis sophistarum, & fallacibus conclusiunculis mysteria nostræ religionis tractabat, & qui ea superiori tempore rite explicuissent, rejiciebat. Unde factum est ut Aetium neque Catholici neque Ariani in communionem reciperent. Ignorantiam Scripturarum, & rationem disputandi secutus fuerat ejus discipulus Eunomius. (f) Subintellige CPolim. Socr. l. 4. c. 7. Theod. l. 2. c. 29.

ξίω· δεινὸς δὲ ἦν βλάσφημος· ἐπὶ λέξεως γὰρ λέγειν ἐτόλμα ὅτι ὁ θεὸς περὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ οὐδὲν ἡμῶν πλέον ἐπίσαται· οὐδὲ ἐσὶν αὐτῷ μᾶλλον, ἡμῖν δὲ ἧττον γνωςή. ἀλλ' ὅπερ εἰδείημεν ἡμεῖς περὶ αὐτῆς, τοῦτο πάντως κἀκεῖνος οἶδεν. ὃ δ' αὖ πάλιν ἐκεῖνος, τοῦτο πάντως εὑρήσεις ἀπαραλλάκτως καὶ ἐν ἡμῖν.

set, se cum Eudoxio conjunxit. Erat autem vehemens in dicendo, & maledicus. Cuicunque (*a*) postulanti, quid Deus esset, reponere audebat: de essentia sua nihil plus quam nos scit; neque est ipsi magis, nobis vero minus nota. Sed quod de ea perspectum habemus nos, de eadem idem omnino & ille scit: quod rursus ille dicit de se, idem prorsus indiscriminatim & de nobis dices.

Φασὶ δέ τινες πρῶτον τὸν εὐνόμιον τολμῆσαι εἰσηγήσασθαι ἐν μιᾷ καταδύσει χρῆναι ἐπιτελεῖν τὴν θείαν βάπτισιν, καὶ παραχαράξαι τὴν ἀπὸ τῶν ἀποςόλων εἰς ἔτι νῦν ἐν πᾶσι φυλαττομένην παράδοσιν· ταῦτα μὲν οὖν περὶ ἀνομίου καὶ τῆς ὁμωνύμου τούτου αἱρέσεος.

Assertio est nonnullorum, ausum esse Eunomium (*b*) docere unica immersione opus esse sacrum baptisma conferre, & ab Apostolis custoditam usque in hunc diem traditionem adulterasse. Hæc de nefaria hæresi Anomii, & eorum qui ab illo sunt cognominati. Scholium.

Σχόλιον. Εὐνόμιος ἐτόλμησεν προςάξαι τοῖς ἐξ αὐτοῦ ἐν μιᾷ καταδύσει τὸ βάπτισμα γίνεσθαι· φασὶ δὲ ὅτι εὐφρόνιος καὶ εὐτύχιος οἱ καππαδόκες, σπουδαςαὶ εὐνομίου τοῦτο ἐτόλμησαν· οὐκ εἰς τριάδα, ἀλλ' εἰς τὸν θάνατον τοῦ χριςοῦ δεῖ βαπτίζειν εἰπόντες· δι' ὃ καὶ ἐσπούδαζον οἱ εὐνομιανοὶ ἀναβαπτίζειν τοὺς κατὰ τὴν ἀποςολικὴν βαπτισθέντας παράδοσιν· πᾶσαν δὲ σχεδὸν τὴν οἰκουμένην εἰς βάραθρον ἀπωλείας κατέσυρον, εἰ μὴ βασίλειον καὶ γρηγόριον τοὺς τὰ θεῖα σοφοὺς ἐξήγειρεν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οἵτινες τῆς εὐσεβείας γεγόνασι πρόμαχοι.

Eunomius ausus erat edicere sectatoribus suis, sub unica immersione præbendum baptisma. Ajunt autem Euphronium & Eutychium Cappadoces Eunomii factiosos hoc pronunciare ausos esse, non in Trinitatem, sed in (*c*) mortem Christi oportere tribui baptismum. Idcirco etiam volebant Eunomiani eos rebaptizare, qui secundum Apostolicam traditionem fuerant baptizati. Terram ferme totam in barathrum perditionis traxissent, nisi (*d*) Basilium, & (*e*) Gregorium divinarum rerum peritos excitasset Spiritus Sanctus, qui rectæ fidei facti sunt defensores.

Ὑπὸ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον ὁμώνυμος οὐαλεντινιανῷ τῷ βασιλεῖ γίνεται

Sub idem tempus Imperatori Valentiniano nascitur (*f*) filius ejusdem

(*a*) Socr. ibidem. (*b*) V. eundem l. 5. c. 23. & Sozom. l. 6. c. 26. ubi plura.
(*c*) Socr. l. 5. c. 23. V. c. 24. Sozom. l. 6. c. 26.
(*d*) Nazianz. orat. 25. agit de rursus baptizantibus, ut credibile est de Eunomio. V. Billii scholium in eum locum.
(*e*) Greg. Nazianz. orat. 46. de Eunomio locutus: *nisi omnes in perniciem suam, exitiumque protraxerit, detrimenti loco ducit*. Socr. l. 4. c. 21. V. c. 26. Sozom. l. 6. c. 15. & seq. Basilius contra eum speciatim scripsit: cujus S. Patris opera consulenda, præcipue l. 3. adversus Eunomium. (*f*) Sozom. l. 6. c. 10.

ἥκεν εἰς νίκαιαν· ἐν ἡσυχίᾳ τε γεγονὼς, πάλιν κινεῖται κατὰ τῆς πίςεως· κ̓ ἐλεύσιον τὸν κυζίκυ ἠνάγκασεν ὁμολογῆσαι τὸ ἑτερούσιον· ὁ δὲ τὸ προςαχθὲν ἐποίησεν, κ̓ εὐθὺς μετεμέλετο· ἐπανελθὼν τὲ εἰς κύζικον τὴν ἑαυτοῦ παρανομίαν ἐξήγγειλεν, κ̓ ἱερατεύειν οὐκ ἤθελεν ἀλλ' ἕτερον προβληθῆναι ἐπίσκοπον προὔτρεπεν· ὅπερ γνοὺς ὁ εὐδόξιος ἀνόμιον κατέςησεν τῆς κυζίκυ ἐπίσκοπον.

ctus Valens, & in otio agens rursus contra fidem movetur. Et [a] Eleusium Cyzici Antistitem coegit profiteri (b) heterousion, idest diversam Filii a Patre substantiam. Is imperata fecit, sed pœnitentia motus est. Cyzicum reversus iniquitatem suam confessus est, & Sacerdotio fungi noluit, sed alium proponi Episcopum hortatus est. Super his Eudoxius Episcopum constituit (c) Anomium.

Σχόλιον. Τῆς κοινωνίας εὐδοξίου ἐχωρίσθη εὐνόμιος, διὰ τὸ μὴ ἀνέχεσθαι τὸν εὐδόξιον κοινωνῆσαι ἀετίῳ τῷ διδασκάλῳ αὐτοῦ· εἰ γὰρ κ̓ ὁμόφρονες ὑπῆρχον εὐδόξιος κ̓ ἀέτιος, ἀλλ' ὖν διὰ τὸ παρὰ πάντων διαβάλλεσθαι τὸν ἀέτιον ἀπεςρέφετο δ' εὐδόξιος μὴ αἰσχυνόμενος ὅτι τοῖς ἰδίοις δόγμασιν ὡς βλασφήμοις ᾐσχύνετο.

(d) Communione Eudoxii privatus fuit Eunomius, quia pati nolebat Eudoxius Eunomium cum Aëtio magistro suo communicare: quamvis enim ejusdem sententiæ Eudoxius essent & Aëtius, tamen reprehendebatur ab omnibus Aëtius; & illi aversabatur Eudoxius non ferens illum utpote qui suis dogmatibus tanquam blasphemis non adhæreret.

Εὐνόμιος δὲ οὗτος ὑπογραφεὺς γέγονεν τῦ ἀθέυ, κ̓ σοφιςικὰς λόγυς μαθὼν, ἐξ αὐτῶν δῆθεν παῤῥησιάζετο· τῶν γὰρ θείων γραφῶν παντελῶς ἦν ἀμύητος. δηλῦσι τοῦτο τὸ ἀμαθὲς, οἱ ἑπτὰ μάλιςα τόμοι οὓς εἰς τὴν πρὸς ῥωμαίυς ἐπιςολὴν τῦ ἀποςόλυ ἐπόνησεν, κ̓ οἱ λοιποὶ αὐτῦ λόγοι.

Eunomius hic amanuensis factus est (e) A hæ, captiosis ratiocinationibus sibi comparatis, earum ope audacter loquebatur. Sacrarum enim Scripturarum erat omnino imperitus. Hanc ignorantiam probant maxime septem tomi, quos in Epistolam Apostoli ad Romanos elaboravit, itemque reliqui ejus sermones.

Κυζικηνοὶ δὴ διώκυσι τὸν εὐνόμιον, μισήσαντες αὐτὸν ὡς αἱρετικὸν κ̓ κακόφρονα· ὁ δὲ ἐλθὼν ἑνώθη τῷ εὐδο-

Cyziceni Eunomium refugiebant, & oderant ut hæreticum, & male sentientem. At is cum (f) abiisset,

(a) Ibi Sozom.
(b) Heterousium legendum ex Theodor. l. 2. c. 31.
(c) Legendum videtur vere *Eunomium* ex Sozom l. 6. c. 8. Ex eodem tamen libro c. 26. habetur hæreticos ex hoc Cyzicense Episcopo profectos Anomianos esse dictos.
(d) V. c. 26. l. 6. Sozomeni, in quo fusius explicantur quæ hic dicuntur breviter; & Theod. l. 2. c 29.
[e] Cognomentum Aetii. Socr. l. 2. c. 28. V. c. 35. & l. 4. c. 7. Cognominatus est autem Atheus, quia sacrarum litterarum imperitus argutiis sophistarum, & fallacibus conclusiunculis mysteria nostræ religionis tractabat, & qui ea superiori tempore rite explicuissent, rejiciebat. Unde factum est ut Aetium neque Catholici neque Ariani in communionem reciperent. Ignorantiam Scripturarum, & rationem disputandi secutus fuerat ejus discipulus Eunomius. (f) Subintellige CPolim. Socr. l. 4. c. 7. Theod. l. 2. c. 29.

ξίω· δεινὸς δὲ ἦν βλάσφημος· ἐπὶ λέξεως γὰρ λέγειν ἐτόλμα ὅτι ὁ θεὸς περὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ οὐδὲν ἡμῶν πλέον ἐπίσαται· οὐδὲ ἐςὶν αὐτῷ μᾶλλον, ἡμῖν δὲ ἧττον γνωςή. ἀλλ᾽ ὅπερ εἰδείημεν ἡμεῖς περὶ αὐτῆς, τοῦτο πάντως κακεῖνος οἶδεν. ὃ δ᾽ αὖ πάλιν ἐκεῖνος, τοῦτο πάντως ἐρήσεις ἀπαραλλάκτως κ̀ ἐν ἡμῖν.

ſet, ſe cum Eudoxio conjunxit. Erat autem vehemens in dicendo, & maledicus. Cuicunque (*a*) poſtulanti, quid Deus eſſet, reponere audebat: de eſſentia ſua nihil plus quam nos ſcit; neque eſt ipſi magis, nobis vero minus nota. Sed quod de ea perſpectum habemus nos, de eadem idem omnino & ille ſcit: quod rurſus ille dicit de ſe, idem prorſus indiſcriminatim & de nobis dices.

Φασὶ δέ τινες πρῶτον τὸν εὐνόμιον τολμῆσαι εἰσηγήσασθαι ἐν μιᾷ καταδύσει χρῆναι ἐπιτελεῖν τὴν θείαν βάπτισιν, κ̀ παραχαράξαι τὴν ἀπὸ τῶν ἀποςόλων εἰς ἔτι νῦν ἐν πᾶσι φυλαττομένην παράδοσιν· ταῦτα μὲν οὖν περὶ ἀνομίου κ̀ τῆς ὁμωνύμου τούτου αἱρέσεος.

Aſſertio eſt nonnullorum, auſum eſſe Eunomium (*b*) docere unica immerſione opus eſſe ſacrum baptiſma conferre, & ab Apoſtolis cuſtoditam uſque in hunc diem traditionem adulteraſſe. Hæc de nefaria hæreſi Anomii, & eorum qui ab illo ſunt cognominati. Scholium.

Σχόλιον. Εὐνόμιος ἐτόλμησεν προςάξαι τοῖς ἐξ αὐτοῦ ἐν μιᾷ καταδύσει τὸ βάπτισμα γίνεσθαι· φασὶ δὲ ὅτι εὐφρόνιος κ̀ εὐτύχιος οἱ καππαδόκες, σπουδαςαὶ εὐνομίου τοῦτο ἐτόλμησαν· οὐκ εἰς τριάδα, ἀλλ᾽ εἰς τὸν θάνατον τοῦ χριςοῦ δεῖ βαπτίζειν εἰπόντες· δι᾽ ὃ κ̀ ἐσπούδαζον οἱ εὐνομιανοὶ ἀναβαπτίζειν τοὺς κατὰ τὴν ἀποςολικὴν βαπτισθέντας παράδοσιν· πᾶσαν δὲ σχεδὸν τὴν οἰκουμένην εἰς βάραθρον ἀπωλείας κατέσυρον, εἰ μὴ βασίλειον κ̀ γρηγόριον τοὺς τὰ θεῖα σοφοὺς ἐξήγειρεν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οἵτινες τῆς εὐσεβείας γεγόνασι πρόμαχοι.

Eunomius auſus erat edicere ſectatoribus ſuis, ſub unica immerſione præbendum baptiſma. Ajunt autem Euphronium & Eutychium Cappadoces Eunomii factioſos hoc pronunciare auſos eſſe, non in Trinitatem, ſed in (*c*) mortem Chriſti oportere tribui baptiſmum. Idcirco etiam volebant Eunomiani eos rebaptizare, qui ſecundum Apoſtolicam traditionem fuerant baptizati. Terram ferme totam in barathrum perditionis traxiſſent, niſi (*d*) Baſilium, & (*e*) Gregorium divinarum rerum peritos excitaſſet Spiritus Sanctus, qui rectæ fidei facti ſunt defenſores.

Ὑπὸ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον ὁμώνυμος οὐαλεντινιανῷ τῷ βασιλεῖ γίνεται

Sub idem tempus Imperatori Valentiniano naſcitur (*f*) filius ejuſdem

(*a*) Socr. ibidem. (*b*) V. eundem l. 5. c. 23. & Sozom. l. 6. c. 26. ubi plura.
(*c*) Socr. l. 5. c. 23. V. c. 24. Sozom. l. 6. c. 26.
(*d*) Nazianz. orat. 25. agit de rurſus baptizantibus, ut credibile eſt de Eunomio. V. Billii ſcholium in eum locum.
(*e*) Greg. Nazianz. orat. 46. de Eunomio locutus: *niſi omnes in perniciem ſuam, exitiumque protraxerit, detrimenti loco ducit*. Socr. l. 4. c. 21. V. c. 26. Sozom. l. 6. c. 15. & ſeq. Baſilius contra eum ſpeciatim ſcripſit: cujus S. Patris opera conſulenda, præcipue l. 3. adverſus Eunomium. (*f*) Sozom. l. 6. c. 10.

παῖς ἐξ ἰουςίνης γυναικὸς αὐτῦ κατὰ τὴν δύσιν· οὐ πολλῷ δὲ ὕςερον καὶ γρατιανὸς ὃν πρὸ τῆς ἀρχῆς εἶχεν καθίςαται βασιλεύς· σευήραν δὲ εἶχεν πρὸ τῆς βασιλείας γυναῖκα ἐξ ἧς ἔσχεν γρατιανόν. ζώσης δὲ τῆς σευήρας, ἔγημεν καὶ ἰουςίναν. ἐκ τῆς μαρτυρίας σευήρας ἧς περὶ κάλλους αὐτῇ ἐμαρτύρησεν· νόμον γράψας, ἐξεῖναι τῷ θέλοντι δύο ἔχειν γυναῖκας νομίμυς· ἔσχε δὲ τέκνα ἐξ αὐτῆς, ὀυαλεντινιανὸν τὸν νέον, καὶ θυγατέρας τρεῖς· ἰὐςαν, γράταν, γάλλαν, ἣν καὶ ἔγημεν θεοδόσιος ὁ μέγας κατὰ δεύτερον γάμον, ἐξ ἧς αὐτῷ πλακιδία τίκτεται· ἀρκάδιον γὰρ καὶ ὀνώριον ἐκ πλακίλλης ἔσχε τῆς πρώτης αὐτοῦ γαμετῆς. οὐάλης δὲ δύο θυγατέρας ἔσχεν, ἀναςασίαν τὲ καὶ καρῶσαν· ὧν ἐπ' ὀνόματι δύο δημόσια λουτρὰ κτίσας ὠνόμασεν· ἔκτισεν δὲ καὶ τὸν ἀγωγὸν τὸν ἕως νῦν ὀυαλεντιακὸν λεγόμενον.

Οὐάλης δὲ καὶ εὐδόξιος μυρίους διωγμὺς κατὰ τῶν ὀρθοδόξων ἐκίνησαν· ἐδίωκον δὲ καὶ μακεδονιανὺς· ὐ δὲ γὰρ ἐκείνων ἐφείδοντο. οἱ δὲ πέμπουσι πρὸς λιβέριον τὸν ῥώμης ἐπίσκοπον, εὐςάθιον τὸν ἀρμένιον, καὶ σιλβανὸν τὸν ταρσοῦ, καὶ τῶν καςαβαλῶν θεόφιλον ὑπισχνούμενοι δι' αὐτῶν τὸ ὁμοούσιον δέχεσθαι· αὐτοὶ δὲ ἄγραφον λιβερίῳ

dem nominis ex (a) Justina in Occidente agenti. Non multo post & Gratianus itidem filius quem ante principatū hauerat, Imperator efficitur. Ante regnum Severam habuerat uxorem: ex qua Gratianū genuit. Vivente autem, Severa duxit uxorem etiam Justinam Severa propter illius pulchritudinem consentiente: & legem fecit, qua permittebatur volenti uxores duas legitimas habere. Habuit (b) ex ea Valentinianum juniorem, & filias tres: Justam, Gratam, Gallam, quam duxit Theodosius magnus in secundis nuptiis, ex qua ipsi Placidia nata est. Arcadium & Honorium habuerat ex Placilla uxore priore. Valens vero filias duas habuit (c) Anastasiam, & Carosam; sub nomine quarum balnea duo publica ædificavit. Fecit insuper aquæductum qui etiamnum Valentiacus dicitur.

(d) Valens, & Eudoxius variis modis orthodoxos persequebantur; similiter & Macedonianos: neque enim istis parcebant. (e) Mittunt autem ad Liberium Romæ Episcopum Eustathium (f) Armenium, & Sylvanum Tarsi, & Theophilum Castabalensium, promissione per hos facta se homousium accepturos. At ipsi libellum (g) non scriptum Libe-

(a) Socr. l. 4. c. 26. V. c. 31. ubi quæ sequuntur. Baronius, & Valesius improbant hanc Socratis narrationem de lege a Valentiniano lata de duabus legitimis uxoribus uni viro concessis, quam putant ridiculum commentum ab aliis coævis scriptoribus Ecclesiasticis, & Gentilibus non memoratum. V. Droen. l. 9. q. 3. §. 2. inst. 8.

[b] Justina. Socr. lib. 4. c. 26.

(c) Sozom. l. 6, c. 9. ubi de balneis.

(d) Idem ib. c. 10.

(e) Subintellige Macedoniani. Ibi.

(f) Idest Sebastiæ in Armenia Episcopum.

(g) In Sozomeno abest negatio. Ibi dicuntur Legati isti confessionem fidei scriptis proditam ἔγγραφον ὁμολογίαν dedisse, in qua admiserunt vocem *consubstantialis*, animo tamen non pure & simpliciter accipientes, sed tanquam idem significantem ac *substantia consimilis*. Ita enim de Verbo jampridem sentiebant, ut habetur in Sozom. l. 7. c. 2. & postea confirmarunt in conciliabulo Antiochiæ in Caria habito. Quia vero postea hi legati & eorum sectatores venenum Liberio absconditum evomentes se manifestarunt, inimici Ecclesiæ R. reprehendere per injuriam conati sunt Liberium, qui non juxta eorum animum occultatum, sed juxta professionem prolatam fidei judicaverat.

ἐπιδεδώκασι λίβελλον, ὁμολογοῦντες πᾶσαν αἵρεσιν ἀποςρέφεσθαι ἐναντία δοξάζουσαν τῇ ἐν νικαίᾳ συνόδῳ· οὕτω τοίνυν ἐδέξατο τούτους εἰς κοινωνίαν λιβέριος, καὶ γράψας πρὸς τοὺς τῆς ἀνατολῆς ὀρθοδοξίαν αὐτοῖς ἐμαρτύρησεν· σύνοδος δὲ ἐν τυάνοις ἐγένετο· ἐν ᾗ εὑρέθησαν ὁ καισαρείας καππαδοκίας εὐσέβειος· καὶ γρηγόριος ὁ ναζιανζοῦ. δῆλον ὅτι ὁ πατὴρ τοῦ θεολόγου, ὅσον ἐςὶν ἐκ τοῦ χρόνου ςοχάσασθαι· καὶ ὁ τρήϊος ὁ μελιτινῆς, καὶ ἕτεροι· οἱ τοῖς λιβερίου γράμμασιν ἀγαλλιασάμενοι, πᾶσι τοῖς ὀρθοδόξοις ἐπισκόποις ἐδήλωσαν, εἰς ταρσὸν σύνοδον γενέσθαι ἐπὶ βεβαιώσει τῆς ὀρθοδόξου πίςεως· τοῦτο δὲ γενέσθαι οὐάλης ἐκώλυσεν.

berio tradiderunt, confeſſi tamen omnem hæreſim averſari, quę contraria Synodo Nicænæ ſentiret. Sic igitur hos in communionem (a) recipiendos exiſtimavit Liberius, & ſcripſit ad Orientales, & de catholica (b) eorum fide perhibuit teſtimonium. Synodus autem congregata eſt Tyanis, cui adfuerunt Euſebius Cæſareæ Cappadociæ, & Gregorius Nazianzi (res manifeſta eſt hunc eſſe Theologi (c) patrem, quantum licet ex ratione temporis colligere) et Treius Melitines, & alii. Qui (d) Liberii litteris lætati, omnibus Epiſcopis orthodoxis notum fecerunt ad confirmandam orthodoxam fidem Tarſi Synodum futuram. Sed hoc Valens (e) prohibuit.

Εὐδόξιος δὲ οὐάλεντα παρεσκεύασεν τοῖς κατὰ τόπον ἄρχουσιν ἐπιςεῖλαι ὥστε πάντας τοὺς ἐπισκόπους οὓς ἀπήλασε μὲν κωνςάντιος, ἰουλιανὸς δὲ ἀνεκαλέσατο· ἐξορίαις ὑποβαλεῖν. ἐν οἷς ἀθανάσιος ἑκουσίως ἐκ τῆς ἀλεξανδρέων ἐξῆλθεν, τοῦ δήμου μὴ συγχωροῦντος τῷ ἄρχοντι ἐκβαλεῖν αὐτόν. ὃς καὶ πολὺν χρόνον ἐν πατρῴῳ ἐκρύπτετο μνήματι. εἰς ὕστερον δὲ οὐάλης φόβῳ ςάσεως τοῦ δήμου ἀλεξανδρείας ἐκέλευσεν γράψας ἐπανελθεῖν ἀθανάσιον.

Eudoxius ita Valentem comparavit ut locorum præſidibus mandaret, omnes Epiſcopos quos expulerat Conſtantius, & Julianus revocaverat, mitti in (f) exilium. In quorum numero Athanaſius exivit ſponte Alexandria, dum populus Epiſcopum eiici per Præfectum nollet. Latuit ille diu in patrio (g) ſepulchro. Sequente tempore Valens timens ne populus ejus urbis ſeditionem moveret, per epiſtolas juſſit Athanaſium redire.

Ἑλληνικοῦ δὲ διωγμοῦ βαρύτερα

(h) Gravior perſecutio quam tem-

(a) Socr. l. 6. c. 10. In noſtro legendum ἐδέξατο *accepit*.
(b) Quos ad Liberium diximus a Macedonianis miſſos.
(c) Sozom. l. 6. c. 17. In cujus laudem ſunt verſus filii nec ab uno, nec ſemel editi.
(d) Idem ibid. c. 12.
(e) Idem ibidem.
(f) Sextus Athanaſii exitus e ſua Eccleſia; ad quam reverſus eſt paullo poſt ex litteris Valentis. Quod ibi dicitur de Athanaſio, operæ pretium erit legere.
(g) Sepulchra antiquorum unam, ſæpe plures cellulas habuere, in quibus vel ſarcophagi, vel ollæ ſeu urnæ cinerum repoſitæ ſervabantur, ut notum eſt: Ægyptii vero loca habebant in quibus mortuorum corpora unguentis condita collocabant. Vox πατρῴῳ valet etiam *avito*, præcipue ſi Athanaſius ex illuſtri familia fuerat ortus. Eo fidelis quiſpiam noctu clam omnes apportabat eſcam Athanaſio monachi vitam agenti, & vitam in quiete perpetua ducenti, & idcirco jejunanti. Fortaſſe licuit illi tum dicere, quod ſolitarius apud Caſſianum coll. 5. c. 23. affirmabat: *ſol nunquam me vidit cibo reficientem*: & ſicut aliis ſtatim addidit, ita idem Athanaſius *nec me, dum in hominum convictu verſarer, vidit ſtantem*.
(h) De qua Sozom. ibi.

τοῖς ὀρθοδόξοις συνέβη ἐν τοῖς χρόνοις ἐυδοξίου ϗ ὀυάλεντος. ἐυδοξίου τελευτήσαντος, ὅς ἐπὶ ἕνδεκα ἔτη ἐκράτησεν τῆς ἐπισκοπῆς κωνςαντινυπόλεως, προχειρίζονται οἱ ἀρειανὸι ὁμόφρονα ἑαυτοῖς δημόφιλον· οἱ δὲ τῆς ὁμουσίου πίςεως ζηλωταὶ ἐυάγγριόν τινα προχειρίζονται· ὅν ἐχειροτόνησεν ὁ ἀντιοχείας ἐυςάθιος λαθραίως διάγων ἐν κωνςαντινυπόλει· μετακληθεὶς γὰρ ἦν ὑπὸ ἰωβιανοῦ ἐκ τῆς ἐξορίας, ϗ ἐν τῇ πόλει ἐκρύπτετο· γνοὺς δὲ ὀυάλης ἐν νικομηδείᾳ διάγων τὴν ἐυαγρίου χειροτονίαν· πέμπει ςρατιώτας· ϗ τὸν μὲν ἐυςάθιον εἰς βηζύην ἐξόρισεν· ἐυάγριον δὲ τῆς πόλεως ἐκβαλὼν· μόνον κρατεῖν τῶν ἐκκλησιῶν τῶν ἀρειανῶν δημόφιλον παρεσκεύασεν· ϗ τὰ μὲν ὧδε ἔσχεν· οἱ δὲ τὰ ἀρείου φρονοῦντες, θρασύτεροι τοῖς τὸ ὁμούσιον δοξάζουσιν ἐδείκνυντο· ἄρχουσί τε ϗ δεσμωτηρίοις παραδιδόντες ϗ τὰς ὀυσίας διαρπάζοντες, ϗ παντοίως θλίβοντες· οἱ δὲ ἐλεηθῆναι νομίσαντες ὑπὸ ὀυάλεντος πρεσβείαν ἐτέλλαντο πρὸς αὐτὸν ἐν νικομηδείᾳ τυγχάνοντα πέμψαντες ὀγδοήκοντα ἱερατικοὺς ἄνδρας, ὧν ἡγοῦντο ἡμόδωρος, ϗ ὀυρμανός, ϗ μενέδημος· οὓς ἅπαντας σὺν αὐτῷ τῷ πλοίῳ ὑφαφθῆναι προσέταξεν· ϗ πάντες σὺν τῇ νηῒ κατεφλέχθησαν μέχρι δακιβίζων τοῦ πλοίου διακαύσαντος καὶ διαλυθέντος· ὀυάλης δὲ καταλιπὼν τὴν νικομήδειαν, ἐπὶ τὴν ἀντιόχειαν ἐμένετο· πάνδειμα δὲ κατὰ τῶν ὀρθοδόξων εἰργάσατο ϗ πολλοὺς μὲν διὰ μαχαίρας ἀνεῖλεν, πολλοὺς δὲ ϗ εἰς τὸν παραῤῥέοντα ποταμὸν ὀρόντην ἀπέπνιξεν. καταλαβὼν

tempore Gentilium, tempore Eudoxii & Valentis afflixit orthodoxos. Defuncto Eudoxio, qui undecim annos Epiſcopatum Conſtantinopoleos tenuerat, eligunt Ariani ſibi in fide concordem Demophilum. Qui vero fidem de Homouſio ſectabantur, Euagrium quendam eligunt: eumque conſecravit occulte Euſtathius Antiochiæ, Conſtantinopoli degens. Accerſitus enim fuerat ab exilio a Joviano; & in ea urbe vivebat occultr. Non latuit Valentem, qui Nicomediæ morabatur, Evagrii conſecratio. Miſit ergo milites, & Euſtathium (g) Bizyam exulare jubet, Evagrio ex urbe pulſo regere Arianorum Eccleſias Demophilum ſolum edixit. Et hæc ita ſe habebant. Arii vero ſectatores audaces erga homouſion profitentes ſe oſtendebant. Initium faciunt a carceribus, bona diripiunt, & quocunque modo eos affligunt. Tunc hi credentes ſe miſericordiam a Valente conſecuturos legationem ad eum Nicomediæ degentem (b) miſerunt. Miſſi fuerunt octoginta Eccleſiaſtici viri, quorum principes fuerunt (c) Hemodorus, & Urmanus, & Menedemus: quos omnes una cum ipſo (d) navigio juſſit comburi, & omnes cum navi exuſti ſunt, cum jam uſque [e] Dacibizas delatum navigium incenſum fuiſſet, & ibi diſſolutum. Valens relicta Nicomedia Antiochiam ſe contulit. Nihil non egit contra orthodoxos, & multos in prætereuntem fluvium Orontem projectos ſuffocavit. Conver-

ſus

(a) Urbs Thraciæ. Idem c. ſeq.

[b] ἐτέλλαντο pro ἐτείλαντο ſeu pro ἐςείλαντο, ut τέλλω pro ςέλλω. In Græco Sozomeni l. 6. c. 14. eſt εἵλοντο voc. med. ſcelegerunt, vel etiam ſcelecti ſunt.

(c) In Sozom. ibid. nomina diverſa.

(d) Diſtinguitur ναῦς ἀπὸ τοῦ πλοίου, hoc nempe navigium, quod navi ſubſervit.

(e) Locus Bithyniæ ad mare. Soz. l. c.

δὲ τὴν ἔδεσαν τὰ χείρονα ἔπραξεν· μοδέϛῳ γὰρ ἐκεῖ τῷ ἐπάρχῳ ἐπέτρεψεν, τὸ εἰς τὸν ναὸν θωμᾶ τοῦ ἀποϛόλου συῤῥέον πλῆθος τῶν ὀρθοδόξων, συλλαβεῖν ϗ φονεῦσαι. ὁ δὲ ὕπαρχος καί περ ἑτερόδοξος ὤν· λάθρα τοῖς ἐδεσσηνοῖς ἐμήνυσεν φυλάξασθαι τὴν ὑϛεραίαν, ϗ μὴ συνελθεῖν εἰς τὸν εἰωθότα τόπον εὐξομένους· εἶναι γὰρ αὐτῷ προστεταγμένον παρὰ βασιλέως, τιμωρεῖσθαι τοὺς ἁλισκομένους. οἱ δὲ αἰδεσηνοὶ παρ' οὐδὲν ποιησάμενοι τὴν ἀπειλὴν, σπουδαιότερον ἢ πρὸ τοῦ ἔωθεν συνέῤῥεον ϗ τὸν εἰωθότα τόπον ἐπλήρουν.

ſus autem ad Edeſſam, pejora aggreſſus eſt. Modeſto loci Præfecto imperavit, ut populum orthodoxorum qui ad Templum Sancti Thomæ Apoſtoli concurriſſet, caperet, & morti traderet (*a*). Præfectus autem licet heterodoxus eſſet, clam Edeſſenis ſignificavit opus eſſe inſequenti die ſervare quod mandatum fuerat, & ad conſuetas preces in eum locum non convenire: Fuiſſe ſibi præceptum ab Imperatore interceptos punire. Edeſſeni nihili minas putantes ſtudioſius quam tranſacto mane locum repleverunt.

Ὁ δὲ ὕπαρχος ἀμηχανῶν τοῖς παροῦσιν, ὅμως ἐπὶ τὸ πεδίον ᾔει· γυνὴ δέ τις παιδάριον ἕλκουσα, ϗ τὸ φάρος εἰκῇ ἐπισυρομένη παρὰ τὸν πρέποντα γυναικὶ κόσμον, ὡς ἐπί τι σπουδαῖον ἐπειγομένη· τὴν ἡγεμένην τοῦ ὑπάρχου ϛρατιωτικὴν ϛίχα διέτεμεν, ἰδὼν δὲ μοδέϛος, προσέταξεν αὐτὴν συλληφθῆναι, ϗ προσκαλεσάμενος ἀπήτει λέγειν τοῦ δρόμου τὴν αἰτίαν· τῆς δὲ εἰπούσης· ἵνα θᾶττον καταλάβοι τὸ πεδίον ἔνθα συνιᾶσιν οἱ ἀπὸ τῆς καθ' ὅλου ἐκκλησίας· μόνη γοῦν ἔφη μοδέϛος οὐκ ἔγνως αὐτίκα μέλλειν ἐκεῖσε τὸν ὕπαρχον ἰέναι, ϗ οὓς ἂν εὕροι, πάντας ἀναιρήσειν; Ναῖχι ἀκήκοα φησὶν ϗ διὰ τοῦτο μάλιϛα δρόμου δεῖ μοι ἵνα μὴ τοῦ καιροῦ κατ' ὄπιν γένωμαι ϗ ἁμάρτω τῆς περὶ θεοῦ μαρτυρίας· ἀτὰρ τί ϗ τοῦτο τὸ παιδάριον μεθ' ἑαυτῆς ἄγεις, ἤρετο ὁ ὕπαρχος; ὡς ἂν ϗ αὐτὸ ἔφη τοῦ κοινοῦ πάθους μετάσχῃ, ϗ τῶν ἴσων ἀξιωθείη· θαυμάσας δὲ ὁ μοδέ-

Præfectus ſuper præſenti re conſilii inops per campum ibat; cum quædam (*b*) mulier puerum trahens, & pallam gerens negligenter præter id quod mulierem decebat, tanquam ad aliquid grave properans, militum præfecti qui erant in ſtatione, turmam tranſiens diviſit. Videns hoc Modeſtus, juſſit ipſam comprehendi, & interrogans requirebat curſus cauſſam; ea reſpondente: ut celerius campum antevertam via hac qua undequaque ad Eccleſiam confluunt: Sola ergo, inquit Modeſtus, ignoras Præfectum illuc miſſurum, & quos invenerit omnes interfecturum? (*c*) Ita audivi, inquit, & ideo feſtinare mihi opus eſt, ut occaſionem quæ curanda eſt, non perdam, & Dei cultui ſignificando non deſim. At cur etiam iſtum puerum tecum agis? ſubjunxit Præfectus. Ut & ipſe, inquit illa, ſi fieri poſſit, paſſionem communem participet, & æquali præmio dignus fiat.

(*a*) Idem Sozom. ibid. c. 18.

(*b*) Ibid. & Theod. l. 4. c. 16. Mulier comparanda matri Machabæorum, S. Felicitati, & ei, quæ ſuis manibus filium pro fide ad necem portavit, quam Prudentius memorat in paſſione S. Romani. Hæc de qua eſt ſermo, a Socrate *inops* dicitur l. 4. c. 14.

(*c*) In Græco deberet eſſe *ναὶ ναὶ* aut *ναὶ καὶ ita etiam audivi*.

ςος τὴν γυναῖκα τῆς ἀνδρείας ἀνέτρεψεν εἰς τὰ βασίλεια· καὶ κοινωσάμενος τῷ κρατοῦντι περὶ αὐτῆς ἔπεισε μὴ χρῆναι τὸ δόξαν ἐπιτελεῖν· αἰσχρὸν τοῦτο καὶ ἀσύμφορον ἐπιδείξας.

Ἡ μὲν δὴ αἰδεσσηνῶν πόλις πανδημεὶ τὸν εἰρημένον τρόπον, ὑπὲρ τοῦ δόγματος ὡμολόγησεν· εὐσέβειον δὲ τὸν σαμοσατῶν ἐπίσκοπον ἐξώρισεν οὐάλης εἰς τὴν θράκην, ὅτε μάλιςα καὶ ἡ ἀρετὴ ἐδείχθη τοῦ εὐσεβείου· τοῦ γὰρ λαοῦ μὴ συγχωροῦντος αὐτὸν ἐξελθεῖν τῆς πόλεως, ἑκουσίως αὐτὸς σοφισάμενος ἐξεληλυθεν καὶ τοῖς προςαχθεῖσιν ἀπελάσαι τοῦτο μὴ κωλούθησεν· ςρατιωτικὸν δὲ ἀμπεχόμενος σχῆμα καὶ τιάρᾳ καλύπτων τὴν κεφαλὴν, τὴν συρίαν περιῄει καὶ φοινίκην πρεσβυτέρους χειροτονῶν καὶ ἐκκλησίας καθιερῶν. προχειρίζονται δὲ οἱ ἀρειανοὶ ἀντ' αὐτοῦ εὐνόμιόν τινα ὀνόματι ἀρειανὸν ἐμπυρώτατον. τούτῳ δὲ οὐδεὶς εἰκονώνησε τῶν οἰκούντων σαμοσάτα· λουομένῳ δὲ τούτῳ ποτὲ, καὶ τὸν λαὸν συλλούσασθαι αὐτῷ προτρεψαμένου καὶ πείσαντος ἡνίκα ἐκ τῆς ἐμβάσεως ἀνῆλθεν εὐνόμιος, ἀπολυθῆναι τὸ ὕδωρ ὁ λαὸς παρεσκεύασεν ἐναγὲς τοῦτο γενέσθαι ὑποτοπήσαντες, καὶ ἄλλο ὕδωρ βληθῆναι· ὅπερ γνοὺς ὁ ἐπίσκοπος ἐκ τῆς πόλεως ἔφυγεν· οὕτως ἑαυτὸν θεωρήσας μισούμενον. τοῦ δὲ εὐνομίου σαμοσατῶν ἀναχωρήσαντος, προχειρίζονται τινὰ λούκιον λύκον προφανῆ, καὶ τῶν προβάτων ἐπίβουλον· τούτου παρερχομένου διά τινος τόπου τῆς πόλεως, μείρακες σφαῖραν ἀκοντί-

Admiratus Modeſtus mulieris animum virilem, ad Palatium revertit. Communicata re de hac muliere Imperatori, perſuaſit illi his modis uti ad bonam opinionem conciliandam turpe eſſe, & *(a)* pernicioſum.

Ita ſane Edeſſenorum civitas generatim fidem catholicam profitebatur. *(b)* Euſebium autem Samoſatæ Epiſcopum miſit in exilium Valens in Thraciam, quando maxime virtus ejus manifeſtata eſt. Populus non permiſit eum abire, ſed ipſe ſapienter agens ex urbe ſponte exivit; & exilii mandata non impedivit. Militari habitu indutus, & tiara caput obnubens Syriam circuibat, & Phœnicem, presbyteros ordinabat, & conſecrabat Eccleſias. Eligunt poſtmodum Ariani ejus loco (c) Eunomium quendam nomine, Arianum maxime violentum. Cum iſto, cum veniret in balneum, nemo Samoſatenorum ſimul eſſe voluit unquam: & ſi quis hortatus populo perſuaſiſſet, ſimul lavari, quando e labro exibat Eunomius, effundi aquam jubebat, execrabilem hanc factam credens, ideoque aliam infundi præcipiebat. Hæc videns Epiſcopus ab urbe profugit; eo uſque ſe odioſum eſſe ſenſit. Poſt diſceſſum Samoſata Eunomii, quendam (*d*) Lucium eligunt, lupum manifeſtum; & ovium inſidiatorem. Dum per quendam locum urbis pertranſiret, pueri pilam jaculantes ludebant: ſub-

(a) Modeſtus vir fuit lenioris ingenii, avertebat Valentem a ſeverioribus pœnis. Amm. Marcell. l. 19. c. 12. Erat Arianus utpote ab Arianis baptizatus. Fuit Præfectus prætorio per Orientem, & Conſul anno 372. De eo Nazianz. in oratione in laudem Baſilii M. Vid. Valeſ. in not. in Amm. Marcell.

(b) Theodoret. l. 4. c. 12. & 13.

(c) Idem ibid. c. ſequenti. Commemorat hunc Cyzici, & poſtea Samoſatenſem Epiſcopum Arianum Hier. Script. Eccl. c. 120.

(d) Theod. l. 4. c. 15. Val. c. 20.

ζοντες ἔπαιζον· τῆς δὲ σφαίρας ὑποκάτω τοῦ κτήνου διελθούσης ἐφ' οὗ ὀχεῖτο ὁ λούκιος, ἔκαυσαν ταύτην οἱ μείρακες, μίσους τὴν σφαῖραν πλησθῆναι πιστεύσαντες.

subter jumentum quo vehebatur Lucius, pila pertransiit: illi eam combusserunt scelere repletam arbitrati.

Ἕλλησι μὲν οὖν οὐάλης ἄδειαν δέδωκε θυσίας ἐπιτελεῖν καὶ πανηγύρεις, καὶ ὅσα ποιεῖν εἰώθασι ὡσαύτως καὶ ἰουδαίους ἔθαλπε καὶ ἐτίμα. μόνους δὲ τοὺς τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας ὑπερμάχους ἐδίωκεν.

(a) Gentilibus Valens libertatem sacrificandi, & celebrandi festa, & quæcumque solebant factitandi licentiam concessit. Eodem modo & Judæos fovit, & honoravit. Solos Apostolicæ disciplinæ defensores est persecutus.

Ἀφραάτης ὁ θεῖος μετὰ πλείστης παῤῥησίας διήλεγξε τὴν ἀσέβειαν οὐάλεντος, κατὰ πρόσωπον τούτῳ διαλεγόμενος. εἷς δὲ τῶν περὶ οὐάλεντα θρασέως τῷ ἀφραάτῃ χρησάμενος, κατελθὼν ἑτοιμάσαι βαλανεῖον τῷ οὐάλεντι, πληγεὶς τὴν διάνοιαν, εἰς τὸ θερμότατον ὕδωρ ἑαυτὸν ἐνέβαλε, καὶ οὕτως ἀπώλετο· ἰουλιανὸς ὁ ἱερὸς ἀσκητὴς εἰς ἀντιόχειαν εἰσελθὼν, τοὺς τὸ ὁμοούσιον δοξάζοντας ὑπεστήριζεν. καὶ ἀντώνιος δὲ ὁ μέγας ἐν ἀλεξανδρείᾳ γενόμενος, ἐδίδασκεν ἅπαντας, ὡς ἀθανάσιος εἶν ὁ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων διδάσκαλος· ἀρειανοὶ δὲ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ τυγχάνουσι καὶ πολέμιοι. ὑπὸ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον ἀθανάσιος ὁ πανίερος μετέστη πρὸς κύριον, ἀμφὶ τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ἐνιαυτοὺς· τὴν ἀρχιερωσύνην ἀνύσας, καταλιπὼν πέτρον διάδοχον. εὐζώϊος δὲ ὁ ἐν ἀντιοχείᾳ τῶν ἀρειανῶν προϊστάμενος, μάγνον τινὰ προλαβόμενος τῶν βασιλέως θησαυρῶν ταμίαν, τὸν μὲν πέτρον τῆς

(b) Aphraates divino Spiritu plenus per maximam libertatem Valentis impietatem reprehendebat, dum coram eo disputaret. Quidam de familiaribus Valentis audacter Aphraati resistens, dum balneum Valenti parat, mente captus in calidissimam aquam iniecit se se, & ita periit. (c) Julianus autem sacer Asceta Antiochiam ingressus profitentes homousion sustentabat. Et [d] Antonius magnus Alexandriam veniens dicebat omnibus, Athanasium (e) esse dogmatum Apostolicorum magistrum, Arianos vero veritatis hostes & inimicos. Per id tempus sacratissimus (f) Athanasius translatus est ad Dominum quadraginta fere & sex annos Pontificatu perfunctus, Petrum (g) relinquens successorem. Euzoius autem Arianorum Antiochiæ antesignanus (h) Magnum quemdam a regiis thesauris præveniens, expulit Petrum

Alexan-

[a] Idem ibi c. 22. V. c. 24. & l. 5. c. 20. Hinc suspicari licet impium Imperatorem nulli religioni addictum vere fuisse: persecutum vero Catholicos malefico suo ingenio inductum & quia Deus permittit eos qui sui sunt, & pietatem colunt, ut magis perficiantur, pati persecutionem. (b) Idem l. 4. c. 24.

(c) Sozom. l. 3. c. 13. eum memorat. Theod. vero l. 3. c. 19. & rursus ad hæc quæ noster narrat l. 4. c. 25.

(d) Magnus ille Athanasii propugnator, ut tradit Sozom. l. 2. c. 29. V. c. 31. Vid. Theod. l. 4. c. 25. (e) In Græco pro εἶν legendum ἦν.

(f) Anno 371. Sozom. l. 6. c. 19. Socr. l. 4. c. 16. V. c. 20. Theod. l. 4. c. 18. Baron. tamen ann. 372. (g) Socium laborum suorum fidelem, & ab omnibus approbatum.

(h) Quem Notitia Dignitatum utrius que Imperii appellat *Comitem largitionum*. Religione Gentilem, & Christianis maxime infensum, Theod. l. 4. c. 19. & sequenti 20.

ἀλεξανδρέων ἐξήλασεν, λουκίῳ δὲ τὰς ἐκκλησίας παρέδωκεν· ὅτε ϗ πλείστας πληγὰς κατὰ τῶν ὀρθοδόξων, ἀνδρῶν τε ἄμφω ϗ γυναικῶν καὶ παρθένων ἐπήγαγον, ϗ πολλοὺς ἐν βασάνοις ἀπέκτειναν.

Πέτρος μὲν οὖν διαδρὰς διεσώθη πρὸς δάμασον τὸν ῥώμης ἐπίσκοπον· λιβερίου γὰρ τελευτήσαντος, δάμασος διαδέχεται τὸν θρόνον· οὐρσικῖνος δέ τις διάκονος ὑπόψηφος ὢν ἀντιχειροτονεῖται δαμάσῳ· ὁ δὲ λαὸς διῃρέθη, ϗ πολλοὶ φόνοι γεγόνασιν· ἕως οὗ ὁ τῆς ῥώμης ὕπαρχος πολλοῖς τοῦ κλήρου ϗ τοῦ δήμου τιμωρησάμενος, τὸν ἐμφύλιον ἔπαυσε πόλεμον. ὁ δὲ ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος πέτρος ἔγραψε δι᾽ ἐπιστολῆς τὰ γενόμενα ὑπὸ τῶν ἀρειανῶν φρικώδη εἰς ἀλεξάνδρειαν· εἰς γὰρ τὴν θεωνᾶ ἐκκλησίαν ᾠδὰς δαιμόνων ἔλεγον ϗ ὀρχηστὰς εἰσήγαγον, ϗ τὰς ἐσθῆτας τῶν παρθένων γυμνοῦντες σὺν θυμῷ γυμνὰς διῆγον διὰ τῆς πόλεως· πᾶσαν εἰς αὐτὰς ἀσέλγειαν ἐνδεικνύμενοι, πολλὰς δὲ ἐξ αὐτῶν ϗ ἐφόνευσαν· ὧν οὐδὲ τὰ σώματα πρὸς ταφὴν τοῖς γονεῦσιν ὀδυρομένοις ἐδόθησαν· μειράκιον δὲ ἀσελγὲς εἰς αὐτὸ τὸ θυσιαστήριον παῖξαι ἀνήγαγον. οὗ ϗ ὁ θεολόγος μεμνημένος ἔφησεν· ὑμῶν δὲ ποῖον δι᾽ ἡμᾶς ἐξωρχήσατο μειράκιον ἀσελγὲς αἰσχρὰ λυγιζόμενον· ἄλλαν δὲ

[a] Alexandria. Lucio (b) autem Ecclesias tradidit: quo tempore multas plagas orthodoxis viris pariter, & mulieribus, & virginibus ambo inflixerunt, & multos in tormentis occiderunt.

Petrus igitur fugiens apud [c] Damasum Episcopum Romæ, evasit incolumis. Defuncto enim Liberio in sedem is succedit. (d) Ursicinus vero quidam diaconus, quamvis minorem haberet suffragiorum numerum, contra Damasum ordinatur. Dividitur populus, & multæ cædes fiunt: ita ut (e) Præfectus Urbis pœnas a multos de clero & populo sumeret, & ita civile bellum sedaretur. Petrus Episcopus Alexandrinus interea per (f) epistolam nota fecit omnibus horrenda Alexandriæ ab Arianis perpetrata. In Ecclesia enim Theonæ cantus dæmonum recitabant, & introducebant saltatores, & vestibus virgines spoliantes, illas cum furore nudas per urbem ducebant, omnem petulantiam ostentantes, earumque multas peremerunt; quarum ne corpora quidem sepelienda parentibus lugentibus permissa erant. (g) Puerum impudicum in ipso altari ludere coegerunt, cujus etiam meminit Theologus: (h) De vestris vero qualis adversus nos adolescens impu-

[a] Sozom. l. 6. c. 19. inclusum dicit in carcerem, & inde fuga elapsum ad Damasum Papam.

(b) Successor Arianus Athanasii. Hier. Script. Eccl. & sequentes Historici.

(c) Sozom. l. 6. c. 19. Socr. l. 4. c. 17. Theod. l. 4 c. 19.

(d) Socr. l. 4. c. 24. V. 6. 29. perperam Ursinum vocat.

(e) Ibidem iste dicitur Maximinus.

(f) Quam bene longam affert Theodoret. l. 4. c. 20. V. c. 22. In qua narrantur ista turpia in opprobrium Religionis Christianæ a Gentilibus perpetrata, quibus caussam dederat Lucius Arianus qui Episcopatum Alexandrinum pecunia comparaverat. Narrantur autem ex Epistola Petri Alexandrini Episcopi, qui ex ea rerum magna perturbatione se subduxerat.

(g) Ista ex supradicta Epistola, & Nazianz. orat. de laudib. Her. quantum ad sententiam.

(h) Verba vero Naz. quæ bis Noster ex ejus operibus citat, quærenti mihi non occurrerunt: forte textus in quo erant, periit. Vid. Eliam Cretensem in orat. 5. Nazianz.

γυμνὸν ἀσχήμονα ἕλλιωα· ἐπὶ τοῦ ἱερατικοῦ θρόνου καθίσαντες τὰ χριςιανῶν ςηλιτεύειν παρεσκεύασαν, περὶ οὗ ὁ θεολόγος φησὶ· ἐπὶ δὲ σὲ τις ἀνέβη δημηγόρος ἕλλlω τὰ χριςιανῶν ςηλιτεύων.

pudicus turpia exhibens quæ tacenda sunt, enunciavit? Alium vero nudum, & fœdum Gentilem in Sacerdotali throno collocatum cogebant res Christianorum infamia notare: de quo Theologus ait: Post te quis emersit concionator Gentilis res Christianorum traducere?

Μαυΐα ἡ τῶν σαρακlωῶν βασιλὶς, πολλὰ κατὰ τοὺς ῥωμαίους ἔδρασεν· ὕςερον δὲ εἰς σπονδὰς ἐλθοῦσα εἰρηνικὰς μωσῆν τινὰ τῶν ἀσκούντων κατὰ τlὼ ἔρημον ἐπίσκοπον δοθῆναι τοῖς χριςιανίζουσι παρ' αὐτῆ σαρακlωοῖς ἐζήτησεν· τοῦ δὲ βασιλέως σὺν πάσῃ σπουδῆ τοῦτο γενέσθαι προστάξαντος.

